

A-1-103

R. 1044

FRANCISCI

Vallesi Couarrubiani, in schola Complutensi professoris publici, octo librorum Aristotelis de physica doctrina versio recens & commen-

taria. *Alto de senda epidi de 1600*

J. Joseph de Luyorio

AD PHILIPPVM
Hispaniarum Regem.



SECUM PRIVILEGIO AD DECENNIVM. 35

COMPLVTI,

Ex officina Andreæ ab Angulo.

1562.

Esta tassado a tres maravedis el pliego.

19

SYMMA PRIVILEGII



Letio Augusti anni huius à nato Domino millesimi
 quingentesimi sexagesimi secundi expeditum est Ma
 drii edictū quo cautum est à Philippo rege Hispaniarū
 ne quis opus hoc de physica doctrina Aristotelis cum re
 centi versione & commentarijs Francisci Vallesij in aca
 demia Complutēsi professoris publici alicubi suo regno imprimat aut
 aliunde deportatum vendat inuito autore, intra decennium proximū,
 cū interminatione confiscationis librorum, & aliarum graui
 rum pœnarum, vt habetur in ipso edicto cui
 subscripsit Martinus de Vergara.

EL REY.

ROR quanto por parte de vos el doctor Valles catredatico de prima de medicina,
 dela vniuersidad de Alcalá, nos ha sido hecha relacion que vos auades cõpuesto
 vn libro intitulado Comentarios, sobre los ocho libros de Physica, aut cõsultacio
 nes en el qual auades puesto mucha industria y trabajo, acento lo qual nos súplica
 ftes os diessēmos licencia y facultad para q̄ por el tiempo que nuestra merced y vo
 luntad fuesse ninguna otra persona le pudiesse imprimir ni vender so graues penas, ni traer
 le impresso de fuera parte, sino vos el dicho doctor Valles, o la persona q̄ para ello vuestro po
 der ouiere, o que sobre ello proueyesemos como la nra merced fue: se. Lo qual visto por los
 del nuestro consejo, por quãto en el dicho libro se hizo la diligēcia q̄ la prematica por nos ago
 ra nueuamente hecho dispone. Fue acordado q̄ deuiamos mandar dar esta nuestra cedula, en
 la dicha razõ. E nos tuuimos lo por bien: por la qual vos damos licēcia y facultad para q̄ vos o
 la psona q̄ v̄ro poder ouiere podays imprimir el dicho libro q̄ de suso se haze mencio, y para
 q̄ por tiempo de diez años primeros siguiētes q̄ corran y se quenten desde el dia dela dara desta
 nuestra cedula en adelante, podays imprimir y vender el dicho libro. Y mando y desido que
 persona alguna sin vuestra licēcia durante el dicho tiempo delos dichos diez años, no lo puedã
 imprimir, so pena de perder todos los libros q̄ del ouiere imprimido, y mas diez mil marauē
 dis para la nuestra camara: cõ tanto q̄ ayays de vender y vendays cada pliego de molde dela di
 cha impressio a tres marauēdis y no mas y mado a los del nuestro cõsejo, Presidēte y Oydo
 res delas mis audiencias, alcaldes, alguaziles de mi casa y corte y chancilleria, y a todos los cor
 regidores, asistente, alcaldes, gouernadores y otros juezes y justicias, qualesquier de todas las
 ciudades villas y lugares delos nros reynos y señorios, y a cada vno y qualquier dellõs, asy a
 los q̄ agora son como a los q̄ fueren de aqui adelante que vos guardē y cumplan y hagan cõplir
 esta mi cedula y merced q̄ nos asy vos hazemos, y q̄ contra el tenor y forma della no vayan ni
 pussen ni confiesen y ni paslar por alguna manera: so pena dela nuestra merced y de veinte
 mil marauēdis para la nuestra camara. Fecha en el bõstue de Segouia a catorze dias del mes de
 agosto de mil y quinientos y sesenta y dos años

Yo el Rey

Por mandado de su Magestad
 Francisco de Eraso.

PHILIPPO SECUNDO

HISPANIARVM REGI POTENTISSI-

mo, Franciscus Vallesius felicitatem & bene agere.



NON minus ad supremam istam dignitatē spectat, rex potentissime, temp. literis & philosophia instrue re, quā armis, & militari disciplina munire. Si quidem non minus, imō plus etiam, facit ad incolumitatem, & felicem eius statum, sapiētia, quā robur. Facilius enim vincitur sapiētia robur, quā robore sapiētia. Nam & Salomon ita scripsit, Melior est sapiētia quā vires; & vir prudens quā fortis. Omnes profecto resp. quę multa secula suam dignitatē retinuerunt, scimus curasse, vt eque militia, & artes mansuetiores exercerentur. Velut enim corporis & animi viribus homo, ita resp. militia & philosophia valere debet. Atque vt sine mente corpus amens, ita sine philosophia barbara & stulta resp. publica sit, quęq; aliarum leges accipere, sit nata, imperare alijs neq; possit, neque debeat. Hinc illud fluxit, resp. fore felices, in quibus philosophi regnarent, aut reges philosopharentur. Ego verò non ita cupio reges philosophari, vt noctu diuq; meditentur, an ex nihilo aliquid fiat: an in nihilum aliquid intereat (fortasse enim non est tantum otium in ter regia negocia, maximè rebus vbique terrarum turbatissimis, vt nūc esse audio) sed tunc regem philosophari dico, cū philosphię fabet, cū philosophorum studia probat, & eorum labores (quod tu, vt alia omnia facis sanctissime) pręmijs carere, non patitur. Nam cū omnes ad eō se quantur, quę reges amant, Deus bone, quanto maiora incrementa tu philosophiæ præstes, aliorum studia laudando: quā omnes Complures magistri, quotidie docendo. Neque verò quod dico, externis, aut antiquis exemplis cōfirmare opus sit, cum habeas quod domesticum, & recens, in teipso, & in nostra rep. Ex quo dissolui cępit Romanum imperium, toto quidem terrarum orbe multum, in Hispania autem plurimum, literarum studia iacebant, nam maxima ex parte sublata sunt, & quę supererant, sophisticę & barbare tractabantur, quia ob multas barbarorum incursiones, ob turbationes rerum, ob exiguū inter promiscua arma otium, pauca tenuiaq; proposita erant præmia literarum studiosis, & vix à quopiam principum amabantur: vsque dum Augustissi-

PRÆFATIO.

mus Imperator Carolus Quintus pater tuus, & tu, qui illius, diuinum
 hac in re consilium semper consecutis, cœpistis, dignitates, magistra-
 tus, & alia omnia præmia, quæ præter æquum & bonum, superioribus
 sæculis velut iure nobilitatis petebantur, in viros probos, & doctos cõ-
 ferre. Hoc sæculo regibus seicissimo Res Hispanorum eò potètiæ per-
 uenerunt, & tam latè patere cœpit hoc regnum, vt productis terra: fini-
 bus altera mundi pars (quod neque Assyrijs, neq; Macedoni, neq; Ro-
 manis contigit) tibi iam pareat. Per hanc regum potentiam & virtutè,
 iustitia quæ languebat antea, multum conualuit, & otium & libertas
 abunde suppetentia bonis omnibus, ad excolendum literarum studia
 conuerterunt multorum animos, quorum labore, & tua, atque inui-
 ctissimi illius herois gratia & benignitate effectum est, vt vix dici pos-
 sit, quanto aliter res literaria apud Hispanos nunc, quàm haud multo
 antea tractetur. Omne enim literaturæ genus videtur iam ad antiquũ
 nitorem redire, colique aliquantum pro dignitate sine tot sophisma-
 tis, & cum aliqua linguarum peritia, qua nihil ad eam rem melius esse,
 aut etiam excogitari potest. Nam ob Græcæ linguæ ignoratiõem, & cor-
 ruptionem latinæ, sordebant hucusq; disciplinae omnes. Nunc verò re-
 uocari cœpisti his idiomatis videntur paulatim dignitatè recuperare.
 Qua in re ego, cum multis alijs qui huic labori incubunt, vt siquid pos-
 sum iuue, inter multa medicinæ opera, quæ partim in lucè prodierunt,
 partim latent in scrinijs, partim sunt in manibus, in ea parte philoso-
 phiæ, quæ ad naturã spectat, volui laborare. Cùm quia vtriq; studio po-
 terã facere satis: tum vel maximè quia hac in parte videbar pluribus p-
 futurus: nã & philologis, & medicis, & theologis, quin etiã omnibus
 studiosis. Nulla enim doctrina à philosophia naturæ omnino seiuncta
 est. Atq; proinde in omnes serpit eius corruptio, quæ per se etiã multo
 maior est, quàm aliarũ disciplinarũ. Dialectica em̃ & hæc philosophiæ pars,
 vt pote acutiores quædã disciplinæ, plura admiserunt sophismata. Multi
 quidẽ, cùm veteres, tum etiã iuniores, in hoc Aristotelis opus de natu-
 rali doctrina cõmētaria scripserunt: ita tñ, vt nris his etiã sit opus. Iunio-
 rũ enim vix vnus aut alter potuit Græcos codices cõsulere, & quid au-
 tor dicat, aut neget ab ipso petere. Veteres nõ præviderunt sophismata,
 quæ tẽpus pduxit, & ego extirpo: nõ quidẽ ego solus, neq; primus cœpe-
 runt enim ante me alij quidam non infeliciter: neq; despero fore post
 me alios, qui hoc idem perfectius exequantur. Sed vt expecto, optoq;
 vt posterì quæ in meis scriptis desiderabuntur, addant: ita me non
 pauca ijs, quæ ab antiquis imperfectius tradita sunt, addidisse puto.

Cogitans

PRAEFATIO.

Cogitans autem librum hunc tibi dicare Rex potentissime, parum ab fuit, quin tanta mageſtate terrerer. Tamen ſubinde cogitans, ita apud me ſtatui, non eſſe dicandū vt te dignum (quod enim eſſet?) ſed vt quod tua indigeret ope. Nam, laus certò ſcio, ſi tibi placere ſignificaueris, totam Hiſpaniam illum, præcipuè verò hanc ſcholam Còplutensem, quã habes addictiſſimam, quæq; nihil ad eò curat, quàm tibi morè gerere, recepturam liberiffime, amplexaturamq;. Ita fiet, vt opus quod per Ariſtolem inuulgatum Alexander hominibus inuidit, per me denuò illuſtratum, Philippus omnibus largiatur. Inflammabūtur quam plurimi ad laborem, inſudabuntq;, vt præclara edant opera: & tu potentiffime Rex philoſophiam fauore & gratia nutriens, beatis temp. cui te, præcor Deum, diutiſſimè ſeruet incolumem, & poſt neceſſaria facta, cum tuis, toto orbe terrarum clariſſimis maiori-

bus recipiat in cœlum, æternum
regnaturum.

Index rerum & verborum ordine alphabe- tico, quæ in hoc opere occurrent notatu digna. Primus nume- rus indicat paginam, secundus columnam.

Aer, id est, aëreus, disciplina & doctri-
na, eadem res est. 1. 3.
Arist. quibus argumentis utatur ut propriis,
quibus ut alienis 14. 1.
Arist. quando utatur firmissimis & quando
quibusvis argumentis 160. 2.
Arist. non eam sunt firma argumēta quam ve-
ra placita. 18. 2.
Aristoteles, & alios omnes autores cū iudicio
legi oportet 29. 1 & 117. 1.
Aristoteles vindicatur à calūnia Galeni 4. 1.
Aristoteles omnium optimè invenit principia
rerum naturalium 46. 1.
Aristoteles nomine motus, & nomine qualis
latuisse videtur, & aliis etiā nominibus con-
tra ac Sophistę. 96. 1 & 2.
Aristoteles expurgatur notantur eius enarra-
tores. 116. 1.
Arist. vindicatur à contradictione 230. 1.
Arist. qualibus cōmentariis indigeat 198. 1.
Aristoteles explicare oportet nō calumniari.
216. 1.
Aristotelis enarratores arguuntur 251. 2.
Anaximander, Empedocles, & Anaxagoras,
partim eodē modo, partim aliter sentiūt de
principiis rerum. 23. 2.
Anaximātri de quiete terrę opinio 164. 1.
Anaxagorę sententia omnium maximè distat à
sententia Aristotelis. 24. 2.
Anaxagorę sententia refutatur. 25. & vsq; ad
29. & 29 & 315 & 317.
Anaxagorę opinio nisi infinita poneret, nō ef-
set improbabilis 30. 2.
Anaxagoras & alii quidam vulgare de vacuo
opinionem refutant. 157.
Alexander notat Aristotelem. 70. 2.
Alexātri de tēpore enarratio refutatur, expli-
catur locus difficilis. 183. 2.
Argumentū acuti simū Aristotelis cōtra Ana-
xagoram explicatur 26. 1.
Ad veritatē & ad opinionē scripta, quæ & cur
vocaerit Parmenides. 32. 2.
Æquiuoci distinctio optimū disputationis ini-
tiū Aristoteli & Platoni familiare. 11. 1.
Æquiuocorum multi gradus 304. 1.
Aër an minus habeat contraria quam alia ele-
menta. 37. 2.
Aërem esse tantū humidū 37. 2.

Aër cur inflammetur raritate, & densitate fiat
aqua. 175. 1.
Ad aliquid quot modis dicatur res 95. 1 & 2.
Actio & passio an sit eadē res 103 & 104. & 105.
An agat quodcūq; naturale corp^s inspiratib⁹
omnib⁹ ei⁹ partib⁹ in actionē, disputat 116. 1.
Agrapha dogmata quæ sint 339. 2.
Antiperistasis 184. 2.
Aliquando quid significet. 195. 1.
Accretionē non esse motū perse 211. & 297.
Accretionē posse esse cōtinuā, & de accretio-
ne nō simpliciter errasse Aristotel. m. 326. 1
& 357. 2.
Alterationes specie diuersas conferri posse se-
cundū celeritatē probatur. 306. 1.
Alterationes quæ conferri secundū alterationem
possint. 306. 1.
Alterationem esse cōtinuum motū. 357. 2.
Achiles Zenonis 272. 1.
Animalia etiā moueri necessariō ab externo
anquam per se ipsa 331. 2.
Animales motus qui dicantur 331. 2 & 350. 2.

Bippes esse accidēs homini, ut negat Arist.
19. 2.

Corpus omne mobile est 1. 2.
Corpus mobile aut ens mobile aut sub-
stātiā mobilem dicere nihil refert 1. 2.
Corpora ex indiuisibilibus triangulis consti-
tere Platōe dicere, motosē interpretatur A-
ristoteles. 21. 1.
Corpora ex indiuisibilibus physicè non ma-
thematically dixit Plato 21. 1.
Continuum, & diuisio, & passiones in magni-
tudine primū, deinde in motu, vtrū in tē-
pore 180 & 181 & 252.
Continuum 214. 2.
Continuū quid significet 215. 2.
Continuum nō potest cōponi ex indiuisibili-
bus 236 & multis deinceps.
Continui ratio. 241. 1.
Causarū quatuor genera esse Aristot. 20m
cet. 1.
Causa exemplaris asseritur 1.
Causæ multiplices in quouis gener. 70.
Causæ alia ratio additur præter Aristoteles.
71. 1.

Causa

INDEX.

Causa necessaria quæ sit 91 & 92 & 93
 Constitutiones artium esse tres, & quæ sint, & Aristotelè in hoc opere ordinem resolutionis obseruasse 5. 2 & 6. 2
 Circuli quadraturæ ratio ex Hippocrate & Antiphonte 10. 1 & 2
 Contrarij ex contrarij fieri vt negat Arist. 33. 1 atque vt fiat ibidem.
 Contraria alia ex alijs fieri vt dixerit Aristor. 35. 2
 Casus à fortuna vt differat 79. 1 & 81. 1
 Casus ad fortiam non tantum dicitur quod sine deliberatione, sed etiam quod sine causa manifesta 79. 2 & 80
 Contactus nomine male intelligunt quidam commanem materiam 101. 2
 Contactus ad omnes actiones naturales necessarijs, vt dicitur secundum virtutes 188. 1 & 190. 2
 Codex emendatur 117. 2
 Cælum propriè simè est in loco, vt alia corpora 151. 2
 Cælum vt moueatur quodam tempore sine resistètia, & vt ab intelligentia 169. 1
 Cyathus quæ mensura sit 173. 2
 Categorias enumerandi ratio 208. 2
 Celeritatis & tarditatis cause 241. 2 & 242
 ibiq; Gal. sententia refutatur
 Celeritatè maximâ & minimâ philosophi ponunt, Arist. non ponit. 247. 2
 Celeritatem maiorem & minorem cuiusque motus, ex proportionè agentis & accipientis nasci explicatur 308
 Comparabilia de sententia Aristotelis quæ sint 290 & 300

D

Diogenes aërem esse vnicum principium ponebat 7. 2
 Democriti & Leucippi de vacuo opinio 158. 1
 Democriti & Leucippi de nudo opinio 313. 1
 Distichia seu infelicitas 79. 1
 Deus non indiget causa necessaria qua de re dat; natur Gal. 93. 2
 Deum esse ponebat omnes id quod immortalè, sepe ens, & per se ens esse putabat 110. 2
 De Deo sententiæ Diogenis Apoloniatris Anaximandri, Democriti, Platonis, Anaxagoræ, & Empedoclis 110. 2
 Dei infinita virtus asseritur 127. 2. probatur.
 Deum esse sine mutatione 317. 1
 Differentia rationis dicitur Aristotelis quæ scilicet differentia formalis 17. 1
 Differre numero Aristotelis, dicitur quod nec tercis differre realiter 17. 2
 Diffinitio rerum impossibilium quæ ratione continetur 127. 1

Deinceps quid significet 184. 1

E

Empedoclis sententia de mundo 313. 1
 Ens multis modis dicitur, & an vniuoce 17. 1
 Ens analogicè dicitur de substantia & accidenti de sententia Aristotelis 18. 1
 Ens non fir per se, sunt tamen per se sequenda entia 48. 1
 Exodi locus explicatur ex Aristotele. 110. 2
 Epilogistica ratio est quod ex communi hominum consensione capitur 3. 1
 Elementa ex contrarijs compacta esse vt dixerit Arist. 37. 1
 Elementa intelligibilia quæ vocat Arist. 137. 2
 Elementa dissimibola non possent se mutuo commutari 156. 1
 Ex aliquo fieri quot modis dicitur 45. 1
 Ex nihilo nihil fieri, tamen ex non ente, & ex ente fieri quodammodo aliquid explicatur 7. 2
 Eutichia seu felicitas 76. 1
 Eudæmonia 78. 2
 Entelechia quid sit 97. 2
 Explorari non requiritur veritas 115. 1
 Eiusdem & alterius ratio mathematicis consuetura 201. 2

F

Fides artium contra se habet ac inuestio 2. 1
 Fides quibus habenda in ijs quæ humanum captum superant 317. 2 & 378. 2
 Fieri simpliciter, fieri aliquid, & fieri ex aliquo 42 & 53. 2
 Fortuna quid sit inuestigat Arist. 75 & 76
 De fortuna multa disputantur 76 & 77
 Fortalle non semper dicitur ob dubitationem. 204. 2
 Forma non est finis rei naturalis, sed ortus rei. 83. 1
 Formæ rerum non solo sensu, sed adiuncta ratione distinguendæ 304. 2

G

Galeni sententia refutatur 233. 2 & 241. 1 & 93. 2
 Græci nominibus accidentium in distinctè videntur, nunc attributis, nunc vt abstractis 33. 1
 Græci alienis placitis sepe vtuntur 297. 1
 Generatio duplex 205. 1
 Generatio vt sit celerior & tardior 306 & 307
 Generationis esse primum mutatum esse vt negat Arist. 260
 Gravia & leuia & quæcumque naturaliter mouentur moueri à seipsis 282. 2 & 281. 1 & 333

H

Heraclitus ignem esse vnicum rerum principium ponebat 7. 2

INDEX.

Hipp. geometria quis fuerit	109.2	tur	211.2
Haroum in sardo fabula	181.1	Inter quid significet	215.1
Homo qua in re maximè à brutis differat	202.1	Indivisibilia phyfica & mathematica quæ sine	274.2. & 221
Hoc aliquid quid significet Arist.	185.1	Indivisibile nõ posse moveri	275. & 276
I ta putamus, quid significet	25.2	Impossibile multis modis dicitur	278.1
Idem posse esse contrariõrum causam per presentiam & absentiam, ut dicat Aristoteles	67.2	Inspiratio an trahit fit	288.2
Infini seu de infinito disputationem ad physicum pertinere probatur	107.1 & 110.1	Initium sapientia, timor domini	296.2
De infinito sententia Pythagoreõrum explicatur	107.2	In specie atomis, sic comparatio	300.2
De infinito & de deis sententia Platonis explicatur	108.1	In genere latent multa	303.2, 304.1
De infinito sententia Pythagora, Platonis, Empedoclis, Democriti, & Anaxagora, & aliorum naturalium explicatur	109	L	
Infinitem principium rerum esse omnes posuisse	110	L ycophron & alii quidam tollebat verbu est ab orationib ⁹ ne vnu multa facerent	33.1
Infinitem an sit	111.1 & 2	Lineæ giratiuæ sopsissima diluitur ac cũ coalia multa de infinito	331
Infinitem quot modis dicatur	112.2 & 112.2 & 243.1	Locum esse, probatur	134.2
Infinitem actu omnino nõ esse probatur	112 & vsque ad 119	Loci esse magnã vim cur dicat	136.1
Infinitu corpus quietu supra celu si quis poneret sperasse nõ posses convinci	119.1. & 121.1	Loca elementorum esse regiones quatuor refutatur	135.3
Infinitem nullum esse naturale corpus, monstratum est ab Arist.	119.2	Loco in esse vim trahendi refutatur	135.2
Infinitem aliquo modo esse potentia scilicet probatur & explicatur	123.1 & 2.	Locis quibusdã certis & regionibus esse vim feruandi refutatur	136.2
Infinitem additione & deductione quid & in quibus	123	Loca ordinis amant res, nõ certa quædã	135.2 & 136.1 & 135.2 & 163.2
Infinitem additione nullu re vera est	124.2	Locum priorum esse aliis rebus explicatur, & quorundã enarrationes refutatur	136.2
Infinitem additione esse rei natura potest etia in rebus permanentibus	124.2 & 130.1	Locum non esse, disputandi gratia probatur	136. vsque ad 140
Infinite partes in continuo vt sint	131.1	Locum nec materia nec formam esse	144.2
Infinitu est in genere cataru vt materia	131.1	Locum esse quod continet	145.2
Infinitem actu potentiu argumentis respondetur	131.2	Locum separari posse à re quacumq; vbi notatur enarratio vulgaris	145.2
Infinitem finito tempore aut finitem in infinito moveri non potest	162 & 263	In loco naturali nihil mouetur naturaliter.	145.1 & 155.2
Infinitem spatii finito tempore percurri nõ potest	264.2	Loci duæ tantum differentiæ supra & infra vna habent mouendi corpora	146.1
Infinitem tempore finito per finitã viam nõ posse ferri.	266.1 & 2	Locus definitur ab Arist.	148.1 & 149.1
In aliquo esse aliquid quot modis dicatur	141 & 142	Loci definitio refutatur	150.2
In seiplo potest aliquid esse per aliud	142	De loco vera sententia	151.1
In seiplo primo, nullo modo potest quidpiam esse	142	Locus vniuersi & locue ordinis	151.2
Iam quid significet	195.2	Locus mundi per partes definitur	151.2
Interioris ab externis causis fieri ortus naturalis ab internis	196.2	Locum esse extremitatem refutatur	153.2
Immobile quid sit primo & quot modis dicatur		Locus & situs qui differant	154.1
		Locum non esse argumenta disputantium diluuntur	154.2
		Locum spatii appellat Arist.	160.1 & 2
		Leue & graue male definiuit Plato	176.2
		Leuitas non in raritate per se, sed in tenuitate est grauitas in crassitie nõ in densitate	176.2
		Leuitas & grauitas quid sit	176.2
		Lationes & secundum locum quieries naturales & præter naturam que sunt	231. & 2
		Latio quæ circulo agitur sola potest esse infinitus tempore motus	278 & 370
		Latio	

INDEX.

Latio prima est quæ circulo agitur quare & primus motus 373
 Latio recta nunquā est equalis & cur. 374.1
 Lationis quatuor species 286.2
 Latione rectam circulari cōparari posse probatur & deseritur 302 & 303
 Latione esse primum motum 355
 Librum septimum huius operis non esse ab Arist. elaboratum 291 & 163.2
 Libri octavi argumentum 314.2
 Libri octavi contemplatio plusquā physica est 313.2

M

Methodus Aristotelis laudatur 1.1
 Methoda nec lecta multi scriptores sunt facti inutiles 2.1
 Melisi & Parmenidis sententiæ qui differant 12.1
 Melisus totū esse immobile probat 158.2
 Melisi sententia explicatur ex Galeno 14.1
 Magnum & paruum quomodo posuerit Plato in principis & ut maligne explicetur ab Aristotele 23.1
 Maximi & minimi, siue de maximo & minimo disputatio 26.2 & 27 & 28 & 39.2
 Motus cuius categoriz sit 96.2 & 217.1
 Motus definitio explicatur 97.98.99.
 Motus definitio Aristoteleā nō omnino probatur alia motus definitio 98.2.99.100.2
 Motus sit etiam Platonis quid sit declaratur 100.1
 Motum esse in eo quod mouetur 103
 Moueri cum aliquo & moueri in aliquo quæ dicantur 146.2
 Motus ad locum duplex 147.1
 Motus ad magnitudinē nō est per se 147.1 & 148.1
 Motus naturalis rerū in tua loca causā explicatur 155.1 & 2 & 156.1
 Motus celeritatem agnoscendi duplex ratio ex Arist. & Galeno 179.1 & 2
 Motus est passio omnium naturalium corporū quia naturalia 2.1
 Motus ut numeretur cum sit cōtinuatus 182.2
 Motū nō esse sensibile Galeni opinio 185.1
 Motus cōtrarios posse esse sine quiete media 186.2
 Ad motū necessaria quinq; sunt 203.2
 Motū ad substantiā ad aliquid quando agere & pati non esse 208.2
 Motus esse tres species docet Arist. 210
 Motus duas tantū species posuerat Plato & Galenus 210.2. probatur ita habere 211
 Motus ad speciem aliquā duobus modis potest per se dici 211.1
 Motū esse ad sitū per accidēs ad locū per se aut 2

Motus idē & diuersus genere, specie & simpliciter quid sit 217 vsque ad 223
 Motus contigui qui sint 220.1
 Motus nullus videtur esse posse multiformis gratia temporis aut eius in quod 222.2
 Motus cōtrarii qui sint 224 vsque ad 226 & rursus 234.2
 Motus cōtrarii non qui in contrariis, sed qui versus contraria 226.1
 Motus contrarios nullatenus posse simul fieri 233.2
 Motū sensibilem non esse cōtinuum Galeni sententia 244.1
 Motus quorū modis diuidatur 249 & 250
 Motus & moueri aut idem 250.2
 Motus diuisio maximē propria 251.1
 Motus nulla pars potest esse prima 256.1 & 257.1 & 2
 Motus nō est primū instans quo sit, nec forme, quæ motū cōparatur, sed vltimū quo nō sit 256.1 & 317.2
 Motus non habet vltimū quo sit, sed primū quo non sit 318
 Motū cōparata forma nō habet primū instans quo sit, sed primū quo sit tanta 256.1
 Motū esse ante quodlibet mutatum esse & contra 259.1 & 2
 Mouēs & quod mouetur simul esse 286.1 & 2 idem de alteratione 289.2 & 290
 Motus incipit & finitur extremis internis 318.1 & 2
 Motus secundū celeritatem cōparabiles qui sint 303.1 & 2
 Motu omnes artes vtuntur 327.2
 Motum omnē posse esse cōtinuum 358
 Motus cōtrarios semper habere quietē mediā cōtendit 361 & 362 & rursus 367
 Motus contrarios nulla quiete separatos esse posse probatur 368.2
 Motus contrarii qui habeant mediā quietē necessario 369.1
 Mutari & mutare per accidēs quæ & quot modis dicantur quæq; per se 203.2
 Mutatio ab eo in quod, dicitur potius quā ab eo ex quo 204.1
 Mutatio per se semper fit ex contrario. 204.2
ΜΥΤΑΒΛΗ unde dicitur 205.1
 Mutatio quatuor modis fieri potest 205.1
 Mutationis nō est aliā mutationē probatur multis 209
 Mundi initiū fuisse probatur 124.2 & 195.2 & 316
 Mundū fuisse ab æterno multis disputat Arist. 314.2
 Mundum

INDEX.

Mundum ex nullis materiis factum monstra-
tur 317.1
 Mathematici non indigent subito quod sit,
 sed quod intelligatur 130.1
 Materiam inter philosophos etiam posse habere
 hancque primos 136.2
 Materiam cognosci per analogiam ad formam bar-
 barij similem interpretantur 44.2
 Materiam primam analogiam cognosci 44.1
 Materiam esse hoc aliquid Arist. ut dixerit &
 negauerit 45.1
 Materiam à privatione differre pbat Arist 40.1
 Materie definitio explicatur 50.2
 Materiam ut opter formam disputatur 52.1 & 2
 Materiam non molitur maleficium forme, sed
 privatio 52.2
 Materiam prima nullum ortum facit aut natu-
 ralem aut præter naturam 52.2
 Materiam non esse naturam probat 51 & 54.
 que ad 60 & 67
 Motus nullus est cum voluptate 230.2
 Motum iniquum ad vivos neque ad mortuos
 pertinere dicit Socrates 248.2
 Magnitudinis motus & respectus eadē est ratio
 continuus & discontinuus 258.1

N

Natura multiplex appellatio 112 & 13.2
 Natura proprie dicitur definitio explicata
 tur & defenditur 182 & 51.1 & respō
 detur quibusdam objectionibus.
 Naturaliū & arte constantiū duplex differentia.
 51.1
 Naturam esse, non probatur quia per se con-
 stat 57.1
 Naturam operari propter suam, non temere
 probatur 85 vsque ad 89
 Naturalis sententia & mathematicæ ut versen-
 tur circa corpora 1.2
 Naturalis & præter naturam essentia omni motus
 generis non in inactione pbat 279.1 & 2
 Naturalis & violenti motus ut cōparent & im-
 mittant celeritatem 292.2
 Numeri definiti unitate non esset contradic-
 ctione 129.2
 Numeri duplex qui numeratus & quo 182.1
 & 186.1
 Numerus prior est magnitudine 219.2
 Nunc habet ad modum et tempus ad motum 4.1
 Nunc ducto sit tempus ut ducto puncto linea.
 184.1
 Nunc idē est initium futuri & finis præteriti.
 186.2
 Nunc non est pars temporis 187.1
 Nunc, quid significet 194.2
 In nunc nec quiete nec motu esse 246.1 & 2

Nuper, quid significet 196.1
 Notiora nobis & notiora natura que sint an
 vniuersalia an singularia disputatur & expli-
 catur loca difficultia & de eadem re varie ten-
 tentiæ referuntur 4.1
 Non ens, quot modis dicatur apud Platonic.
 20.2 & 49.1
 Non ens alio significato quot modis dicatur.
 206.1
 Non posse esse causis duas eiusdem rei, ut di-
 xerit Arist. explicatur 67.2
 Non posse fieri quod non potest esse factum
 disputatur 273

O

Obscuritas Aristotelece, vituperatur 1.1
 Omnia esse vniū refutat 12 et 13 et 14
 Omnia si essent vniū non doleremus, non
 recte dixit Hippocrates
 Omnia moueri semper probabile est 325.2
 Omnia moueri quia omnia quiescere minus
 improbabile 355.2
 Omne quod mouetur ab alio moueri dispu-
 tatur 138
 Osm quid significet 266.1
 Ortus & interitus rerum ut in naturales aut
 non 230.1
 Ordo librorum philosophiæ naturalis expli-
 catur 1. & 2

P

Principii causæ & elementi rationes expli-
 cantur 2.2 & 4.1
 Principium quid sit ad primam philosophiam
 pertinet 7.2
 Principium ab elemento non distinctiū aut
 quos Galenus est 8.2
 Principia negantes ne referandi quidē sunt.
 9.1 & 32.4.1
 Principia non multo aliter sternerunt antiqui
 philosophiæ Arist. de elementis magis er-
 tarunt 12.2
 Principia ortus & interitus philosophi omnes
 ponit contraria alia priora alia posteriora 34.1
 Principia esse plura duobus probatur, & nota-
 tur vulgaris enarratio 38.1 & 39.1
 Principia rerum esse tria 43.1 & 45.1
 Principia rerum naturalium non satis exacte do-
 cuit Galenus 46.1
 Philosophia ex hesitatione nata est 7.2
 Philosophiæ gratia infantilis protulit multas co-
 piones 7.2
 Philosophi omnes stoici academici & peripa-
 tetici receperunt quatuor elementa ab Hip-
 pocrate, que sententia probatur. 22.2
 Philosophi ponentes vniū elementum, terrā
 alii, alii aquā, alii ignē, aërem alii cōstituta pro-
 feruntur

INDEX.

frentur & eodem modo sentiunt 22.2
 Parmenidis & Melisii opinio de vno principio 7.2
 Parmenidē & Melisum cur nō vocet physicos Arist. 22.1
 Plato in Parmenide & Sophista notatur 14.1 & 20.2
 Plato expurgatur 51.1 & 52.1 & 53.2. defenditur 100.2 & 108.1 & 126.1 & 128.1 & 131.2
 Privationē p accidēs esse rerū principii 41.2
 Privatio ori' principii est q̄ magis rei 45.2
μάθησις & *μάθησις* id est passio & affectus vt differant apud antiquos auctores 106.2
 Passione nō esse motum 104.1
 Pythagoram & Platonē alicubi vocat natura les, alicubi non, cur? 108.2
 Pythagoreorū sententia de vacuo 118.2
 Pythagorici sonos triuecbar̄ celo 160.2
 Per se, quaten' hoc, & secundū accidēs, quid apud Arist. & Platonē significet 143.2 & 144.1
 Plumbū cur graui' ferro, cū sit mollius 175.2
 Pori duplices in rebus 176.1
 Punctus vt ab vnitare vt differat 235
 Puncta nō possunt sese mutuo tāgere 236.2
 Puncta nō possunt esse posita deinceps 236.2
 Proximū quid dicatur 214.2
 Primā motū causam immobilem esse 283 & rursum 335 vsque ad 346 monstratur 345
 Primū mobile negatur 284.2 & 285.1 & 352
 Prima causa non potest in physicis habere demonstrationem 285.1
 Primū motorē esse æternum 347 & 348
 Primā causam esse sine corpore 376 & 377 & vsque ad finem operis

Pulsio 286.2
 Projectionis ratio 381.2
 Projecta cur cōsulant 382.1
 Proportionalitas quæ voceretur 391
 Physicus & mathematicus de eisdem rebus, sed non eodem modo agunt 61
 Physicus non debet separare à materia 62.1 & 63.1 & 2
 Physici est de causarum generibus agere 82

Quius naturalis non est cessatio, sed actio quædam 56.2 & 171.1
 Quies definitur 211.2
 Quies quieti & motui contraria 217.1 & 2
 Quietatio quid 227.2
 Quietescere *ἠσθαι*, duobus modis dicitur. 232.1 & 269 & 269.2
 Quies pores esse sine motu, & si motus posset esse sine quiete 268.1 & 2
 Quietis principium ex quo sedari incipit motus

tus 268.2
 Quietis non esse primam partem 268.2 & 270.1
 Qualitates contrarias in eadem substantia esse 210.2 & 255.2
 Qualitatum esse diuisionem propriam præter diuisionē subiecti, & si ea diuisio nō adeo videatur esse physica 251.1 & 2 & 261.1 & 262.2 & 264.1
 Qualitatis propriam magnitudinem attingit Arist. quaquam reliquo opere refugeret. 306.1
 Quod dicitur secundū min' an semper habeat admixtionē contrarii 223.1
 Quod mouetur necesse est esse diuisibile. 247.1 & 248.1
 Quod n' ratur statim ac mutatur necesse est esse in eo ad quod mutatur 254.2
 Quod est, significat Aristotel. primā causam vt & sacris literis 351.2
 Quædam semper mouetur, quædam semper quiete, quædam alterutrum 323.2

R

Res fluentes & permanentes 123.2
 Resistentia interna in pleriq; rebus est, sed ad motū in vacuo nil facit 169.1
 Raritatis & densitatis modū Arist. nō dicit, sed negat vacuo fieri 174.2
 Raritatis & densitatis vera ratio 175
 Raritas & densitas vt differunt à tenuitate & crassitie 174.2
 Repente, quid significet 196.1
 Respiratio est motus animalis 350.2

S

Sciētia est notitia principiorū & causarū 2.2
 Sciētia quies animi & discere quietari 296
 Simplicius & Alexāder notantur & explicarur locus difficultis Aristotelis 24.1 & 2
 Simul & seorsum quid significet 219.1
 Sphericū & planū tāgūt se secundū puncta 257.1
 Sorites argumentum 247.1
 Substantia incipit esse per primū instans quod sit 256.2
 Substantias esse numeros, vt dixerint Platonicū & Pythagoricū, explicatur 306.2
 Sensum passionē esse e' sententiā Arist. 290.1
 Sensum ratione corrigere stultus est 328.1
 Sensu & ratione simul agendū in retrū distinctione 304.2

T

Titulus huius operis explicatur 1.1
 Thales ponebat aquam vnicum rerū principium 7.2
 Thales vnicum rerū principium quosdam posuisse auctor est Hippocrates & si videat negare

INDEX.

negare Arist. & Thomas negat	7.1 & 22.2
Thomas in articulo notatur	8.1 & 21.2 & 26.2 & 33.1 & 34.2 & 35.2 & 70.2 & 186.2
Totum & perfectum idem	126.2
Tempus non esse disputatur	178
Tempus non esse motum probatur	179.1
Tempus non esse sine motu	180 & 181
Tēpus & motus eadem res numero	182
Temporis esse prius & posterius, æternitatis nō esse, Plato differensime docuit	182.1
Tempus quid sit	182
Tēp is idē esse vbiq; & notatur enartatio vul garis classicorum	187.1 & 190.2 & 200.2
Tempus minimum non est	190.1
Tempus nō esse velox aut tardum	190.1
Tempus vt recurat	190.2
In tēpore esse quo pacto res dicantur & quæ res	191 & 192 & 193
Tempus vt quædā tollit ita quædam producit	192.1 & 196.2
Tempus vt sit mensura quietis	192.2
Tempore absolutæ assertiones, quæ & cur di cantur	193.1 & 2
Tempus carere principio malè probat Arist.	195.2
Tempus an esset sublata omni anima disputa tur	198.1
Tempus nō solius motus cæli est mēsurā, sed aliorum motuum etiā	200.2
Tēpus nō cōponi ex indivisibilibus	366.2
Tangere & tangi quid sit	213.1
Tractio	286.2

V	
Vas est locus mobilis	149.2
Vacuum quid sit inuestigatur	160.1 & 2
Vacuum nō esse in rebus probatur	161.1 & 163 & 164 & vltiq; ad 172
Vacuum ponentū argumenta diluuntur	161. 1 & 2
Vacuum ponentium duplex opinio	163.1
Per vacuum nihil ferretur neq; in inflātū, nec tempore quodam	168.1
Vacui vitandi causā an moueātur res naturali ter & cur	171.2
Vacui causā non esse naturalem motum opini o singularis	171.1
Vacui causā tā agitur quies quā motus	171.2
Velox aut tardum nō sunt differentię motus	222.2
Versus aliquid, quid significet	226.1
Voluntatio	236.2
Vectio	236.2
Vniuersalia à brutis sentiri vt dixerit Galenus	4.2

Z	
Zelus omnia fluuare opinabat	173.2
Zenonis de motu sentētia quæ fuerit & vt differat à sententia Galeni	243.2 & 245.1 & 271.2
Zenonis argumēto responderetur	244.1 & 2
Zenonis quatuor argumentis responderetur.	271 & 272
Zenonis sophisma diluitur	309
Zenonis argumentis respōdetur	364 & 365

*Hæc errata occurrerunt legenti cursim, præter alia minutula
quæ non excepiimus.*

P Ag. 10. col. 1. linea. 12. & linea. 15. pro octuplū, lege
quadruplum, & lin. 31 pro octuplus, lege quadrus
plus. Pag. 15. col. 1. lin. 33. pro Parmenidis, lege Meli
si. Fac. 4. col. 1. lin. 25. pro vnū, lege vtrū. Fac. 47. col. 1.
lin. 12. pro notationem, lege mutationē. Fac. 8. col. 2. in
lineis vltimis redundāt quædā quæ manu deleui. Fac.
345. col. 2. lin. 12. pro nihil, lege mihi. Fac. 81. col. 2. lin.
3. pro in mobilibus, lege in immobilibus. Fac. 113. col. 1.
lin. 5. vbi habetur, esse in substantia aliqua, lege, esse ni
si in substantia aliqua. Fac. 113. col. 2. lin. 30. pro infinita
lege finita. Fac. 114. col. 1. lin. 35. vbi infinitum, lege fini
tum. Fac. 124. col. 1. lin. 3. pro infinitū, lege finitum.

ARISTOTELIS PHYSI-
CAE DOCTRINAE AVT DE NATV-
ralibus principiis liber primus,
sive de motu.

CAP. PRIMVM.



VANDO-
quidem omnis cogni-
tio & scientia in o-
mnibus methodis,
quarum sunt princi-
pia, vel causa, vel elementa, ab eorum
cognitione procedit, (tunc enim existi-
mamus agnoscere rem quamcumque,
cum causas primas agnoscimus, & pri-
ma principia, usque ad elementa) con-
stat & in scientia de natura curandū
esse, definire ea, quae spectant ad princi-
pia.

*I. Institutio
methodus
vniuersas
tur ab Arist.
et Arist.*

Cum nihil in Aristotele non sit laude di-
gnum (praeter sermonis obliquitatem, nam
hanc semper vitupero) nihil tamen laudari
magis debet quam methodus, quae semper
vtilis est in disciplinis: haec enim omnia illu-
strat, sine hac nihil potest non esse confusum
& conturbatum. Facit ergo Arist. primū o-
mnium quod maximè expectandum erat ad-
discipulis, & quod oēs qui in precio sunt
aurores videmus imitatos. Dicit quae de re
opus sit scripturus, & quam methodum sit
obseruaturus. Quae de re hoc opus sit, vel ex
inscriptione erat manifestum: ita enim legi-
tur, *ἡ ἀρχὴ τῆς ἀπορίας ἐστὶν ἡ ἀπορία*, id est, in
quatuor vltimis libris *ἡ ἀρχὴ τῆς ἀπορίας ἐστὶν ἡ ἀπορία*, id est, in
naturalis doctrina, vel de naturalibus princi-
piis, vel de motu. Doctrina significat hoc no-
mine ἀρχὴ τῆς ἀπορίας, id est auditus aut auditio (ut
ita dicam) nā vt eadē res dicitur doctrina quia
docetur, & disciplina quia discitur ita auditio,
quia auditur: nimirum discipuli audien-
tes ex praecceptoribus ediscunt. Cum scripsit
set de naturali doctrina, addidit, vel de natu-

ralibus principiis, vel de motu. Quia natura
lis doctrina non solum continetur his octo
libris, quorum enarrationem modo aggre-
dimur, sed multis operibus quae de natura
scripta sunt: quorum haec est primus, et
succedit statim opus de caelo, deinde aliud
de ortu & interitu, aliud de caelo, aliud de
relogiorum, aliud de animis, & alia tur-
num de animalū historia, & partibus.
Igitur de natura omnibus illis libris agitur,
verū in his quos modo enarramus, & pote-
naturalis scientiae primam partem continen-
tibus, non tam agitur de omni natura, quam
de natura principis & de motu. Nimirum toti
doctrinae naturalis est communis quaedam ma-
teria: singulis illius partibus, quae propriis li-
bris continentur, est sua propria. Natura ap-
pellatione communi significat id, quo qua-
cumque res est id quod est, & habet princi-
pia agendi, id quod innatū ei est agere. Ita est
hominis natura, & angelī natura, & diuina
summi Dei natura, & caudoris & ingratū
natura. Itaque haec appellatione omnibus re-
bus est naturam propriam nuncupata na-
tura est, vt Arist. ipse docet 4. Metaphysico,
cap. 4. Essentia eorum quae in seipsis, vt ipsa
sunt, motus principium habent: constat ve-
rō huiusmodi esse substantias corporeas, vt
caelum & quatuor corpora simplicia, & quae
ex his constant, compositae: nam incorporeae
substantiae non possunt moueri. Ergo natu-
ralis scientia versatur circa corpus: non qui-
dem vt corpora sunt, sed vt in seipsis accipie-
runt: nam haec considerant Mathematicae sci-
entiae) sed vt possunt moueri. Nam corpus nul-
lum est quod omnino moueri non possit: &
ea ipsa essentia, quae corpus sit motus capax,
natura est. Ergo materia circa qua versatur
naturalis doctrina, est corpus mobile, aut
ens mobile, aut substantia mobilis: nam dum
addas rationem mobilis, quae non potest esse
nisi in substantia corpore: Sophistae est &
futi-

DE NATURALI. PRINCIPIIS.

facilis omnino hominis de illis nominibus al-
 terari. Quod in ea materia consideratur est
 natura, passio omnibus rebus naturalibus,
 ut sunt naturalia communis, est motus. Ma-
 teria propria huius operis sunt prima prin-
 cipia rei naturalis: quandoquidem doctri-
 na omnis à notitia principiorum nascitur,
 nimirum ut ab eodem autore, primo Post-
 Resolat. dictum est. Optima ratio aliquid
 sciendi est per notitiam causarum & princi-
 piorum. Qui enim principia & causas
 verè scit, eius de quo disputat, ut, is verè scit
 rem rei est consequens. Qui autem scit, sine
 causis (inquam) & principis, sed ex ipsis re-
 bus per se, is potest quidem fidem quandã
 habere rerum, magis quàm veram scientiam.
 Ita certè contingit in omnibus artibus, qui
 ex principiorum notitia artem sibi compa-
 rant, is verè scit que in ea arte sciri pos-
 sunt: qui verò neglecta principiorum do-
 ctina (ut in Medicina multis accidit) res ip-
 sas artis habet exploratas, profectò non
 habet scientiam artis, sed fidem. Hoc est quòd
 à Galeno dicitur. 3. de Crisibus cap. 8. Fides
 siquidem artium contra se habet quàm in-
 uentiones: credunt enim ex operibus, in-
 ueniuntur ex principis. Verè ergo Aristote-
 les affirmat modò omnia cognitionem seu
 scientiam (nam hoc loco eadem res duobus
 his nominibus significatur) in omnibus me-
 thodis, id est in omnibus doctrinis metho-
 do constitutis, quarum sunt principia, vel
 causa, vel elementa, ab eorum cognitione
 procedere. Multi profectò inter barbaros
 principie auctores (nã Græci & veteres Latini
 methodos semper obseruabant, quicquid
 perperam ut Aristoteles) methodum hanc ne-
 glexere in tradendis disciplinis, & res ipsas
 alioqui non inutiles congerentes & incul-
 cantes, sordidissimos libros reliquerunt. Cer-
 tè ad docendum aut scribendum meo iudi-
 cio inusitatus est qui methodi est ignarus,
 quanquam sit alioqui eruditus: quàm qui,
 cum non sit ad eruditum, methodo tamen
 vitur, quòd nonnò hoc seculo in multis
 scriptoribus habemus expertissimè: proba-
 tur enim in omnibus disciplinis neotericis,
 quòd multos scimus nò esse admodum re-
 còditiæ eruditionis præ superioris seculi scri-
 ptoribus, barbaris quidè & metho-
 dis, tam enim illorù nonnullis acutissimis & multarum
 rerù notitia abundantibus. Sed redco ad A-
 rist. Principiù, causa, & elementum nò est eadè
 omnino res, sed diuersa. Definitiones horum

scripsit Arist. ipse. 4. Metaphysico. & Gal. r.
 de natura humana com. 2. sed eas in modò ab
 Arist. ipso accipiã. Principiù est illud à quo
 aliquid primò est. Dicitur verò aliquid ab
 alio multis modis, ut locus à quo, est princi-
 più motus qui fit, & oppositum est oppositum
 principiù, ut non album albi, quia e: non al-
 bo albe scit, & ex patre proles, & ex còiune
 lia bellii, & multa alia. Causa verò rei dicitur,
 quod est rei aut materia, aut forma, aut effi-
 ciens, aut finis, aut quod ad horum aliquid re-
 fertur. Elementum est res, quæ est alicuius spe-
 ciei, per se tota in diuisibilis secundum spe-
 ciem, ex qua còponitur primò aliquid. Ut li-
 teræ sunt elementa syllabarum & verborum, &
 ignis, aer, aqua, & terra sunt elementa corpo-
 rum mixtorum. Còstat ex his, hæc tria, prin-
 cipium, causa, & elementum in hoc ordine ha-
 bere rationem magis & minus vniuersalis.
 Omne elementum est causa, nã (si nihil aliud)
 habet rationem materię: & omnis causa est
 principiù, quia ab omni causa initium acci-
 pit res que fit: tamen neque omne principium
 est causa (privatio enim non est causa) neque
 omnis causa est elementum, nã finis & effi-
 ciens causa & forma nihil minus est quàm
 elementum. Sed neque prima materia ele-
 metum est. Hac ratione principii primùm,
 deinde causæ, & deinde elementi mentionem
 fecit Arist. nimirum procedit ab vniuersali-
 bus ad minus vniuersalia. Hac quoque ratio-
 ne colligitur, agendum in hoc opere esse de prin-
 cipis naturalibus, & his que concernunt prin-
 cipia, nimirum principia sunt magis vniuer-
 salia. Proinde in hoc opere de principis agi-
 tur prius, deinde de causis. In reliquis natu-
 ralis partis operibus de causis & elementis
 magis. Quod dictum est in omnibus metho-
 dis, quarum sunt principia, causæ, aut elemen-
 ta, per Pleonasmum dictum est: nã nulla est
 scientia, cuius non sint principia, causæ, aut
 elementa, nam aliter neque scientia fit. Fac-
 ta hac propositione, dicit methodum, quæ
 est obseruaturus.

¶ Est autem naturalis via à notiori-
 bus nobis & illastrioribus, ad illastro-
 ra naturæ, & apertiora. Non enim
 eadem nobis nota & omnino. Qua-
 re necesse est hoc modo progredi, ab us-
 que obscuriora naturæ sunt, nobis ve-
 rò clariora, ad clariora naturæ & no-

iora. Sunt autem nobis primum manifestata & nota ea que confusa sunt, postea principia & elementa diuisibus, hæc nota ex his sunt. Quocirca ab vniuersalibus ad singularia procedendum est. Nam totum sensu notius. Id autem quod est vniuersale, totum quiddam est: multa enim continet vt partes, quod est vniuersale. Est hoc idem quoddam modo & in nominibus ad rationem, totum enim quiddam & confuse significat, vt circulus. Diffinitio autem illius distinguit per partes singulas. Et pueri primum quidem omnes homines patres appellant, & mulieres matres, deinde autem distinguunt vtrunque horum.

¶ Aristoteles modo vti incipit ea methodo, quam secundo cap. 1. Posterio. Resoluit docuit: ea est incipiendo ab iis que omnibus hominibus notiora sunt, ad ea que sunt minus nota, progredi. Nam cum omnis doctrina eodem autore fiat ex prioribus cognitione, constat priorem illam cognitionem clariorem notioreque debere esse posteriori: esset aliòqui notum per ignotum, quod est in proverbio, quo nihil potest esse stultius aut magis amethodum. Aristoteles profectò in exordio librorum ex communi loquimini sensu solet principia ratione epilogistica confirmare, innuens apertè, principia debere esse omnibus nota. Itaque quamcumque methodum constituendi doctrinam (sunt enim multe, vt statim dicam) tenere velis, illud tamen debes præstare, vt à notioribus procedas ad minus nota. Nam omni doctrinæ ordini est hoc commune, atque hæc est naturalis via doctrinæ tradendæ. Nam illa est naturalis discendi methodus, quæ omnium mortalium mentibus insita est, constat verò omnes eos etiam, qui nullas artes didicerunt, cum aliquid quod ignorant cupiunt discere, solere ex iis que se habent coniectare: Ergo naturalis via docendi est à notioribus Nobis ad minus nota. In quam sententiam Plato Dialogo de ente ita scripsit, Hæc vti que via à puer eundem necessario puto, vt que: faciliora videntur primum

discutiamus, ne rerum difficultate deterriti ab inceptis prociuis desistamus, sed vt facile communi consensu dissentendo pergamus, quasi facile ac bene de his iudicare possimus. Sed vt eodem loco. i. Posterio. Resolutum dictum est, quæ sunt nobis notiora, sunt naturâ, id est per se, aut simpliciter aut omnino (nâ nihil interest) minus nota, Et quæ nobis minus nota, sunt omnino, & per se notiora. Ergo, inquit, naturalis via est à notioribus nobis ad notiora naturâ. Sunt autem nobis notiora, quæ per se sunt confusa, cuiusmodi sunt vniuersalia: minus nota nobis, quæ per se sunt distincta, cuiusmodi singularia. Ergo procedendum, inquit, est ab vniuersalibus ad singularia. Confirmat deinde quod accipit, putâ vniuersalia esse confusa per se, & notiora nobis, quibus idâ argumentis. Primo. Totum est notius sensu quàm partes (desideratur hic maior propositio quæ. i. Postscripta est, videlicet, Ea sunt nobis notiora quæ sunt sensu propinquiora) sed vniuersalia est vt totum, & continet multa singularia vt partes, ergo vniuersale est nobis notius. Explicat exemplo quodam totum cognoscitur quàm partes à nobis, quamquam partes clariorem deinde præsent cognitionem totius. Nam hoc euenit rebus quæ sunt notiores nobis, & iis quæ sunt simpliciter notiores, illæ citius cognoscuntur quàm hæc, confusa tamen & obscura cognitione, hæc tardius sed distinctius. Vt nomen quoduis in primis quidem significat rem totam confusè, tamen ea confusa notitia audito nomine statim occurrit, distinctio (nam nomê ratio nis definitionem hoc loco significat) vt intelligatur per inque indiget animaduersione, & singularum particularum examinatione, tamen postea distinguens per partes singulas, clariorem notitiam parit eius quod obscure cognoscebatur. Vt ut deinceps alio argumento ducto à puerorum cognitione prima, non enim possit aliunde melius intelligi quid sit quod prius sentitur, aut posteriori: hi verò in primis omnes homines appellant patres, & mulieres matres, deinde hominè ab hominè valentes distinguere, agnoscunt proprios parentes. Idem argumentum ducitur ab hominè qui longè venientè alii videret, in primis enim sentit animè esse, deinceps hominè, vltimò hunc hominè. Hæc que Arist. dicit, his omnibus doctis nihil aliud, quàm agèdum sibi esse hoc opere de principis naturæ, incipiendumque esse ab vni-

Prima ob-
iectio.

uerſalibus. Verùm duo hic ſunt, quæ viden-
tur nõ poſſe ſine diſputatione præteriri. Pri-
mùm, non videtur Ariſto. ſatis conſtare ſi-
bi eùm hæc affirmet, neque ſine argumen-
tis, vniuerſalia notiora nobis eſſe ſingulari-
bus, & primo Poſterio. Reſoluit. affirmat.
rit, ſingularia eſſe nobis notiora, quippe quæ
ſenſu percipiuntur, vniuerſalia naturâ aut
omnino. Sed quo diſputatio apertè procedat,
iubeat verba hæc Græcè, vt ab ipſo ſcrip-
ta ſunt, & Latinè transferre, λέγω δὲ
πρὸς ἡμᾶς μὴ πρὸ τετρακτῆς γνωρίμα' τετρα,
τὰ ἐγγύτερον τῆς ἀσίνεως, ἀπλάσ δὲ πρὸ
τετρακτῆς γνωρίμα' τετρα. τὰ πρὸς ἄλλους, ἔστι
δὲ πρὸς τὴν τω μὲν τὰ κεφάλαιον μάλιστά, ἐγ-
γυτάτω δὲ τὰ κατώτερα, id eſt, Dico au-
tem ad nos priora & notiora, quæ propius
ad ſenſum ſunt, omnino autè priora & notio-
ra, quæ longius. Sũt autè remotiſſima vniuer-
ſalia præcipuè, coniuñctiſſima autem ſin-

Reſpondet
D. Tho-
mas.

gularia. Dicitur Thomas reſponderi Ari-
ſtoſtelem, primo Poſterio. Reſoluit. loquum-
tur eſſe de veris vniuerſalibus & ſingu-
laribus, atque verè dixiſſe ſingularia eſſe no-
tiora nobis, quia ſingularia ſenſu, vniuerſa-
lia intellectu percipiuntur: & ſenſus ante-
cedit intellectum. Hic verò appellare
eum ſingularia, nõ quæ verè ſingularia ſunt,
ſed quæ minus vniuerſalia, vt ſpecies ad ge-
nera, quæ longius. Itaque eſt dicta cauſa ſingularia no-
tiora nobis ſunt quàm vniuerſalia, tamen
in iſis vniuerſalibus, quæ magis vniuer-
ſalia ſunt eſſe nobis notiora. Ita animal
notius nobis eſt homine, quia conſultum
eſt: hominem notiorè naturâ, quia perfe-
ctiorem iam habet naturam. Hęc Dicitur
Thomas. Verùm multis modis fallitur, nam
exemplis quibus Ariſtoſteles vſus eſt redar-
guitur. Non enim appoſuit exemplum ge-
neris & ſpeciei, ſed vniuerſalis & verè ſin-
gularis. Pueri, inquit, primùm omnes ho-
mines appellant patres, deinde agnoſcunt
proprium patrem. Nunquid proprius pater
eſt ſpecies quædam, an verè ſingularis ho-
mo: Accedit, quod eſt id illi concedamus,
nendum Ariſtoſtelis verba carebant calum-
nia, nam falſid dixerit primo Poſterio. pri-
ora & notiora omnino ſunt quæ longius ab-
ſunt à ſenſu, nam genus tanto longius abeſt
à ſenſu quàm ſpecies, quanto longius abeſt à
ſingulari re. Philoponus ita reſponderi, Vni-
uerſalia, inquit, aut agnoſcuntur per ſe, id
eſt à ſingularibus cogitatione ſeparata, aut

Reſpondet
Philoponus

in ipſis ſingularibus, vt ſi quis' inueſtigit ho-
minis naturam ſine cuiuſpiam hominis re-
cordatione, iſ proſectò concipit mente vni-
uerſale ipſum per ſeſi quis verò intuens So-
cratem dicat animal eſt hoc, haud agnoſcens
an homo ſit, cognoviſcit vniuerſale, ſed in ſin-
gulari. Hoc quod ego vniuerſale in ſingulari
dico, vocat Dialectici vulgares ſingulare va-
gum, eſt enim re vera ſingulare, quanquam
in eo ratio vniuerſalis agroſcitur, vniuerſale
per ſe nullatenus ſenſu percipi poteſt, nã
ſenſus ſemper agnoſcit cum materia, tamen
vniuerſale in ſingularibus non ſolum ſenſu
ſentitur, ſed etiam multo faciliùs quàm ſo-
lum ſingulare, & quo magis vniuerſale eſt,
tanto faciliùs ſentitur. Nam eùm deſpicio à
longè Socrate, primùm ſentio corpus quod-
dam me videre, deinde animal quoddã etiã
eſſe, dein de hominem quendam: tandem ag-
noſco Socratem. Vt iam hinc manifeſtum
ſit quid Galenus velit ſecundo lib. Metho-
di affirmans vniuerſalia à brutis etiam ſen-
tiri quæ ſolo ſenſu prædita ſunt, ſcilicet vni-
uerſalia in ſingularibus. Ariſtoſteles itaq;
primo Poſterio. Reſoluit. de vniuerſalibus &
ſingularibus per ſe diſputat, hic de vniuer-
ſalibus in ſingularibus, quæ re vera ſingu-
laria ſunt. Atque ita nihil mirum Ariſto-
ſtelem dicere hoc loco vniuerſale eſſe ſen-
ſu notius quàm ſingularia. Dixit enim id
in eandem ſententiam, qua Galenus vni-
uerſale in ſingulari notius eſſe ſenſu, quàm
ſingulare per ſe. Cum hæc expoſitione
videntur congruere optimè exempla. Sed
ſi hoc ita habet, videtur præter rem Ari-
ſtoſteles loquutus eſſe, atque id quod dicitur
nihil facere ad inſtitutum huius loci.
Nam inſtitutum erat docere in conſtitu-
tione doctrinarum (voco conſtitutionem
doctrinæ eam methodoſam qua docetur, aut
ſcribitur) procedendum eſſe ab vniuerſa-
libus ad ſingularia. Conſtat verò ſcientiã
non incipere ab vniuerſalibus in ſingula-
ribus, nam hæc ſunt re vera ſingularia de
quibus non eſt ſcientia, ſed à veris vniuer-
ſalibus. Ergo aut loquitur hic de veris vni-
uerſalibus, aut loquitur præter rem. Pro-
inde ego dicam quod ſentio. Biſtatiam vni-
uerſale eſt nobis notius ſingulari, aut
eùm ſentitur in ſingulari (nam hoc verè
dicebatur) aut eùm ipſum vniuerſale de re
alia dicitur, nimirum in aſſertione aliqua
poteſt quoddam vniuerſale de alio dici, ſue
aliud de ipſo. Aſſertiones quæ communi-

Vniuerſa-
lia à brutis
ſentiri quo
pacte dixit
Gale-
nus.

Obiectio in
Philoponũ


Conſtitutio
doctrinæ
quid ſit.

cant in extremo primo, quo id quod de eo dicitur magis vniuersale est, tanto illa sunt nobis notiores. Nam citius assentiemur, si quis dicat, omnis homo est substantia, quam si dicat omnis homo est animal. Nam qui huic assentitur, omnis homo est animal, non potest hanc ignorare omnis homo est substantia: quanquam potest huic assentiri, illam ignorans. Verum naturam & propria accidentia vniuersalium difficilior est nobis inuenire quam singularium, aut eorum quae minus vniuersalia sunt, quia longius à sensu abest eorum notitia. Ergo Aristoteles loco illo, ex Posterioribus Resolutionibus affirmat notitiam vniuersalium per se, qualis ad Metaphysica pertinet, obscuriorem nobis esse, & longius abesse à nostro sensu. Hic affirmat scientiam quamcumque incipere debere ab assertionibus in quibus ea quae dicuntur de scientia subiecto (praedicata vocant) sunt maxime vniuersalia, illinc per minus vniuersalia usque ad singularia esse procedendum. Non quidem vsque ad singularia, nam singularium omnium non est scientia, cum sint infinita numero, sed vsque ad omnia simul singularia in specie infima. Vt si quis vellet rimari quae esset hominis natura, accipere in primis deberet aliquid quod esset maxime vniuersale, omnibus notum, et si obsecram de homine notitiam exhiberet, per omnem hominem esse omnino, deinde id quod est, non esse alteri rei accidens, quare esse substantiam aliquam: deinde eam non esse sine materia, quare esse corpoream: rursum id corpus non esse immobile & sensus expertum, quare esse animal, deinde id animal non esse ignarum boni & mali neque alogum, quare esse animal rationale. En vno exemplo expressi, quod in constitutionibus doctrinarum obseruari debere censet Aristoteles, quia quanto id quod de re aliqua dicitur est magis vniuersale, tanto assertio est nobis notior. Quia quo vniuersalius est attributum, eo est magis confisum, atque si id quod subicitur non est magis vniuersale, tota assertio non abest longius à materia. Nam in assertionibus, subiectum habet vicem materiae, & attributum formae. Itaque assertio quacumque nobis est notior, quanto attributum est vniuersalius. Quod à simili translata ratione declarat Aristoteles:

les: nimirum ve vniuersalia in singularibus tanto sentiantur citius, quanto sunt magis vniuersalia, quod puerorum sensus indicat: ita quanto id quod de re aliqua dicitur est magis vniuersale, tanto assertio est nobis notior. Itaque (nam huc referuntur haec omnia) incipiendum est à principis natura in vniuersum, deinde veniendum ad minus vniuersalia, atque ita decurrendum per vniuersam doctrinam vsque ad summum. Superest aliud quod disputatione indigere nuper dixi. Videtur Aristoteles in constitutione doctrinae de natura non praestare quod proponit, neque eam methodum, quam initio pollicetur, obseruare, quod ut aperte disputeretur libet rem aliquantulum altius repetere, quod ed libentius ego faciam, quod vnde enarratores Aristotelis parum curate methodum & artem docendi, neque est quoddam quod molestè ferat in exordio potissimum. Tres sunt modi constituendi doctrinam, diuisionis, compositionis, aut distributionis. Nam qui artem aliquam docet, scribit, aut vtriusque constituit, procedere debet diuidendo id de quo disputatio suscipitur per partes, aut componendo id ex partibus, aut à definitione exortus, singulas distributionis partes sigillatim enarrando. Vt si quis humani corporis naturam volens inuenire, primum accipiat, hoc quod humanum corpus dicimus consistere capite, ventre, thorace, brachijs, & cruribus: deinceps, quamcumque harum partium consistere quibusdam alijs, vt caput, occipite, syncephite, & facie, &c. harum partium singulas consistere alijs, & aliarum omnium quamcumque consistere partibus quae appellantur simplices, vt carne, neruo, osse, membranis cartilagine, atque omnes has partes simplices consistere calido, frigido, humido & secco: & tandem quatuor haec monstrat esse elementa prima, vt iam hinc manifestè constet, totum hominis corpus in calidi, frigidi, humidi, & seci commoderatione retinere suam naturam, atque aded hanc commoderationem esse illius naturam, aut ex ea nasci, hic certe ordinem fecerit resolutionis. Si quis verdè disputatione de elementis exortus, per temperamenta, partes simplices, & instrumenta vsque ad totius humani corporis notitiam gradatim ascendat, fecerit ordinem compositionis.

Secunda obiectio.

Tres constitutiones aritmeticae.



Porro, si quis humani corporis definitionem quamplurimam in initio operis scripserit, quæ sibi videatur partes omnes rei continere, & ad eam rem accommodatissima, ac deinceps singulas definitionis partes percurrrens exponat, fecerit ordinem definitionis. Vt si proponat humanum corpus esse corpus quoddam bipes & erectum, optima constructione, optimo temperamento, numero, magnitudine, & positu partium maxime decenti, & in variis vitiis accommodatissimo, atque deinceps in enarratione singularum partium, de omni eius corporis compositione, & temperamento edisserat. Præter has tres omnis doctrinæ constructio erit amethoda. Videri verò possit Aristoteles modum alium constitutionis Philosophiæ de natura obseruare ac proposuerit, nam videretur ordinem distributionis polliceri, si quidem ab vniuersalibus incipere, & diuidendo ad singula elementa, & principia procedere parat: et videntur obseruasse deinceps in Philosophiâ decursu ordinem compositionis, nam procedit semper à simplicioribus rebus ad compositiores: siquidem hoc primo opere disputat de partibus naturalibus rerum omnium natura constantiam, de materia (inquam) & forma, quæ ne res quidem sunt per se, sed rerum partes. Secundo loco disputat de cælo, quod omnium corporum est simplicissimum. Tertio de elementis, igne (inquam) aëre, aqua, & terra, quæ quam cælum aliquanto minus pura, sit phæta, tamen adhuc corpora sunt. Deinceps tribus primis libris Meteororum de multis imperfectis, quarto de perfectis, quæ ut sunt persfectiora, ita & compositiora sunt. Vltimo disputat de perfectissimis corporum mixturam, iniquæ quæ multiformia iam sunt, & ex multorum inuicem conuersione consistunt, quæ sunt viuientia corpora. Totus ergo hic decursus videtur compositionis, quamquam Aristoteles ordinem diuisionis in hoc proœmio pollicetur. Verùm hæc obiecimus, non vt Aristotelem perturbati ordinis conuincamus, obiciuauit enim methodum diligentissimè, sed vt artificium magis detegamus. Quæcumque methodus constitutionis doctrinæ obseruetur, semper proceditur à quodam toto ad partes, & à nobis notionibus ad minus nota. Nam hoc quod

Dilatio.

Aristoteles fieri debere affirmat, non est allicuius methodi proprium, sed omni ordini qui non sit amethodus commune. In ordine definitionis id palam fir, nam vt Aristoteles ipse dicit, nomen totum quiddam con fuses significat, vt circulus: diffinitio autem illius per partes singulas distinguit. In ordine diuisionis quibus assentietur à toto quodam ad partes esse proceditur. Sed & in ordine compositionis ita proceditur apertè, nam vt singulare quidem ratione est totum ad vniuersale, vt sciatur constar vniuersalibus contractis, ita vniuersale habet rationem aliam totius ad singulare, nempe vt continens singularia. Constat verò vt in ordine compositionis ab vniuersalibus ad minus vniuersalia processus sit, nam qui vt ager de homine, ab elementis incipit atque illinc procedit componendo, primùm agit de elementis omnium rerum: quæ natura compositionis sunt: deinde agit de partibus simplicibus, vt carne, neruo, osse, membrana, quæ sunt quasi peculiararia animantium elementa: deinde de illis agit quæ vel hominibus solis propria sunt. Ergo ex dictis satis constat eum qui pollicetur se ab vniuersalibus inceperit, & vniuersalium diuisione processurum, non statim polliceri ordinem diuisionis. Quare neque si Aristotelem in naturali Philosophiâ, ordinem compositionis obseruare demonstraretur, conuinceretur ab instituto deuiasse, sed re vera Aristoteles obseruat ordinem resolutionis, ac diuisionis: non non est ei institutum agere de re quapiam, cuius partes sint hæc principia à quibus incipit: sed de ipsa natura rerum in communi. Atque ita cum velit agere de corpore naturali, & de natura rerum ac de motu (nam horum omnium diximus eandem esse doctrinam) agit in primis de corpore naturali, & de naturalibus principiis, & de motu in communi, deinde de corpore, & natura, & motu cæli (hoc enim est vnum in naturalibus) deinde de natura, & commutatione elementis peculiari, deinde de natura, & motu viuientium, & de propria illorum forma, hoc est de animo. Igitur ordo hic resolutionis est, & ab vniuersalibus procedit ad peculiararia. Certe si disputatio hæc quæ est de communibus principiis, & quæ de elementis postea succedit, referretur

*Arist. or
dine resolu
tionis ob
seruat.*

retur ad notitiam rei alicuius, cuius hæc esse sent partes, vt hominis aut equi, aut leonis, ordo esse compositionis: sed quia non refertur, sed ad omnia corpora natura constantia in communi, ordo resolutionis est. Itaque Medicinæ, quæ ab elementis incipit, quantum ea sunt principia communia omnibus mixtis naturalibus, tamen quia ad notitiam corporis humani tendit, ordo est compositionis. Atque Philosophia cum Medicina coniuncta ordinem facit compositionis: tamen sola Philosophia, quæ Arist. modo docere incipit, resolutionis. Sed hæc videntur plene enarrata.

CAP. SECVNDVM.

*N*ecessè est aut vnum principium esse, aut multa, atque si vnum est, aut immobile, vt dicunt Parmenides & Melissus, aut mobile vt Physici, partim aërem, partim aquam dicentes esse principium primum. Si plura, aut certa & finita, aut innumerabilia. Atqui si finita (plura autem vno) vel duo, vel tria, vel quatuor, aut alio quodam numero. Si innumerabilia, aut vt Democritus genere vnum, figuris & speciebus diuersa, aut etiam contraria. Eodem modo querunt qui querunt, quot sint ea que sunt. Querunt enim primum, ea ex quibus constant que sunt, an vnum, an multa sint, atque si multa, finitane an infinita. Quare principium & elementum, querunt, an vnum, an multa sint.

¶ Aristoteles incipit disputationem de principis naturæ persequi, à refutatione falsorum dogmatum, vt in plerisque aliis operibus solet: nimirum procedit optimè veræ sententiæ investigatio ex falsarum refutatione, potissimùm, cum nulla earum opi-

nionum quæ de re aliqua esse possunt, relinquatur non refutata: ita enim veræ opinio vel per se ipsam manet confirmata. Huc respiciens Aristoteles diuisione colligit, quot possint esse sententiæ de principis naturæ. Fuerunt verò antiquis Philosophis tres quot possunt esse, nam in infantili illa, & adhuc nascente Philosophia, quæ quàm minimum erat lucis, nulli degmati quod per hæc sitationem occurreret, desuit asseri. Philosophia verò ex habitatione nata est. Ergo de principis naturæ continget primum dubitare, quid sit principium: hæc tamen dubitatio non est huius doctrinæ, sed primæ Philosophiæ, atque ita Aristoteles suo loco id docuit, & ego illinc acceptum maioris claritatis gratia huc reuoluam hæc doctrinam quæ alia dubitatio de principis possit prius occurrere, quàm sine vnum principium an plura? deinceps, si vnum est, an possit accipere commutationem, an ab omni commutatione sit liberum: si plura vno, an finita, an infinita: si finita & certo quodam numero sunt, quo numero sint: si infinita, an infinita numero & specie, vt infinita rerum coëquentiū species sint, an omnia specie vna sint, figuris & formis diuersa. Tot possunt contingere opiniones, quot sunt dubitationes. Vnum esse principium multi fundopinati, sed non omnes eodem modo. Parmenides & Melissus opinati sunt esse substantiam quandam, extra quam nihil esset, quæ esset totum, & vnum, & quæ nihil esset eorum quibus nos propria nomina dedimus, neque ignis, neque aër, neque aqua, neque terra, neque caro, neque os, neque denique cognita quæpiam substantia, sed illis omnibus subiecta. Aliorum multi staretabant principium vnicum aliquod eorum, quæ postea Stoici, & Peripatetici, & Academici omnes elementa rerum esse cognouerunt: alii ignem, vt Heracites: alii aërem, vt Diogenes: alii aquam, vt Thales: alii etiam terram. Quanquam Diuus Thomas nescio quam rationem reddit, quæ nullus est opinatus terram esse omnium rerum principium, & Aristoteles ipse quarto capite huius libelli insinuat. Sed de hac re credendum magis est scriptorati: qui in illorum virorum seculo vixit, & primo de natura hominis ita scripsit. Dicunt quidem (loquitur de Philosophis) alius aërem hunc esse id quod est

vnum & totum, alius ignem, alius aquam, alius terram. Moellius dicebat illud suū principium esse per se incommutabile, & semper idē. Alii non na, sed commutabile, & eius densatione aut rarefactione reliqua omnia generant. Esse multa principia, sed certo quodam numero, multi etiam affirmarunt, atque non eodem numero omnes, nam alii dicebant esse duo, alii tria: quatuor omnes Stoici, Empedocles sex, ærem, aquam, ignem, & terram, & item, & amicicam. Innumerabilia principia esse multis quoque visum est; ut Anaxagoræ, Democrito, Leucippo, & Epicuro. Anaxagoras verò putabat illa principia esse diuersa speciebus, esse enim substantias omnines simplices & vniuersales, ut os, carnem, neruū & similia. Alii verò dicebant, esse corpuscula numero infinita, insecabilia, quorū omnium sit vnica substantia, & natura: figura verò & formæ, multa ac variæ, horumq; varia concursione, variis figuris, vario ordine & positu omnia constare, neque hi differant quamvis in principis starebāt, sed contraria etiam eis inesse, in generis, ut acutum & obtusum, rectum & curuum. Constat autē, hæc contraria non esse principia commutationis ipsorum corpusculorum & aliarū omnium rerum. Non enim vt calidum & frigidum sese causa contraria commutat, ita rectum & curuum. Sed corpuscula talia semper manent, qualia ipsa sunt, & res variæ variis concursionibus illorum producuntur. Vnde constat vanum prorsum esse, quod Diuus Thomas hoc loco notat, Aristoteli scilicet non diuisisse principia multa in mobilia & immobilia, vt diuiserat principium vnicum, eò quod non possint esse multa principia, & immobilia, cum quæ multa sunt, necessariò habeant rationem contrarii: sed eius rationis diuidendi qua Aristoteles vitur alia est causā, nimirū qui multa sed certo quodam numero sicut dicunt, omnes dicunt ea esse commutabilia. Nam in calido, frigido, humido, & sicco, aut horū aliquibus principia collocant. Qui innumerabilia, omnes etiam & incommutabilia esse dicunt per se tota, sed variis concursionibus: nisi fortè Anaxagoras, qui mihi videtur posse iuxta suū dogma stare mobile, & innumerabilia res varias consistare: ergo referebat parum cum dixisset, aut fuit certa quædam aut innumerabilia, dicere, aut mobilia, aut immobilia, cum enumerationem fecisset omnium opinionū que de principis sunt, & questionum. Sub

iangit. Eodem modo querunt, qui querūt quot sint ea que sunt. Querunt enim primæmnes ex quibus constant que sunt, an vnum an multa sint: atque si multa, finiant an infinita: Quare principium & elementum querunt, an vnum an multa sint, quod non aliorum dixit Aristoteles quam vt significaret, quod Galenus, de natura humana scripsit, antiquos Philosophos principium ab elemento non distinxisse, neque de eorū differentia cogitasse, atq; proinde eadem questiones de elementis, & de principis disputasse. Aristoteles quidē separauit acutè principium ab elemento, quod quia illi confuderant, coactus est has omnes sententias hic inter differendum de principis referre, atq; eandem rursus r. de ortu & interitu inter differendam de elementis.


An vnum & immobile sit id quod est, non est scientia de natura querere. Vt neque Geometra sermo est contra eū qui tollit principia, sed aut alterius scientiæ, aut communis omnium. Sic neque eū qui de principis. Non enim iam principium est, si vnum tantum, at que ita vnum est. Principium enim alius cuius, aut aliquorum est. Perinde enim est disputare, an ita vnū sit, ac si de quacunque alia positione, quam quispiam posuerit disputationis tantum gratia, vt de positione Heracliti, aut si quis asserat hominem vnum esse id quod est: aut soluere sermonem captiosum, qualis in vtriusq; Parmenidis inquam & Melisii argumentationibus est. Nam falsa accipiunt, & male colligunt. Magis autem captiosus est sermo Melisii, & nihil habens dubitationis: sed dato vno quod sit absurdum alia sequitur, hoc autem nihil est difficile. Nobis autem possum est, aut omnia aut quedā naturā mobilia esse. Manifestum autem est ex inductione. Eodem modo ne que

quæ diluere omnia oportet, sed quæ quispiam ex principijs fallaciter colligat, non autem quæ aliter. Vt quadraturâ eam quidem quæ per sectiones fit Geometrie est dissoluere, ea verò quæ est Antiphonis non est Geometria. Verum quandoquidē non de natura, sed naturales dubitationes proferunt, forte expedit, vt de ipsis tantillum disputemus. Est enim hæc disputatio cū Philosophia coniuncta.

Incipit Aristoteles refutare antiquorū sententias: atque primū omnium inueniatur in sententiam Melisi & Parmenidis, affirmantium vnicum esse principium, & immobile. Primū omnium (inquit) hanc sententiam vel refutatione esse indignam, neque teneri conditione huius operis, eam refutare, neque illorum argumenta diluere. Quia nulla scientia tenetur monstrare principia sua, sed ponere, atque ex illis monstrare quæ sequuntur. Quare si quis contra artis cuiuspiam principia aliquid affirmat, nō est quod refutetur ab illius artis peritis, sed aut in alia arte, vt si ars illa sit artium ordine prior, (vt Philosophia probat principia Medicinæ) aut in doctrinâ communi, vt in Metaphysicis. Ea enim scientia disputat in communi de eo quod est, & de omnium artium principijs. Certè si quis in Medicina acciperet curatio nem morborum similibus medicamentis agi, nō teneretur Medicus, quia Medicus est, refutare, sed ad scholam remittere Philosophorum, qui principium hoc Medicinæ confirmarent, contraria contrariis curantur. Ita (inquit Aristoteles) disputare, an principij sit vnicum, atque ita vnicum vt immobile etiam sit, non est eius qui disputat de principijs, quia per id est contrarium principio. Nā in disputatione de principijs, per se constat, & principium est, principium alicuius esse principium: quod tamen tollit, qui affirmat principium esse vnicum & immobile. Nam si ita est, nihil est omnino nisi principium: ergo principium nullus est principium, nā sui ipsius non erit principium: ergo hoc dogma repugnat sibi ipsi suo sermone, & principio huius scientiæ. Videor ergo non minus extra rem esse hæc in parte disputare, an

unicum & immobile principium sit, quàm si de re alia quaeris, disputationis tantum causa, disputetur, est præter rem sit, & falsa, ac per se improbabilis. Vt si quis disputet de placito Heracliti, qui (vt Arist. ipse refert. 8. huius operis cap. 3. & 3. de celo cap. 1.) omnia esse in motu perpetuo affirmabat, aut si quis asserat, hominem vnicum esse omnia quæ sunt. Neque est Physici soluere aut diluere sermones captiosos & fallaces, quilibet vruntur Parmenides & Melisus in argumentis. Nam accipiunt falsa, & male colligunt. Quamquam (inquit) magis captiosus est sermo Melisi, & qui nihil potest asserere dubitationis, neque difficultatis (veram esse censuram Arist. de argumentis Parmenidis & Melisi hoc ipso libro procedente sermone patebit) sed his accidit, vt ex vno absurdo quod accipiunt, multa absurda sequuntur: alia verò argumenta nihil asserunt difficultatis, proinde neque dilutionem videntur mereri, colligunt enim captiosus his argumentis, & ex falsis propositionibus, omnia esse vnum, idque vnum immobile: cum tamen nos ponamus vt principium huius doctrinæ, omnia aut quædam mobilia esse: idque probetur in inductione per res ipsas; hoc est, experimento capto ex ipsis rebus, & ipsarum rerum mobilitatem enumeratione. Itaque talia argumenta, quæ omnino futilia sunt, & contraria principijs accipiunt, contemni magis censet Aristoteles quàm dilui, ea enim solū dilui debent in quaeris arte, quæ est colligant fallaciter, tamen procedunt ex artis principijs, non autem quæ aliter, id est, quæ non procedant ex principijs. Prolicet ita tunc duo exempla argumentorum in Geometria, quorum aliud debet à Geometria dilui, aliud non debet. In docendo quadraturam circuli, hoc est, inuenire circuli areæ æream quadrati æqualem, multi laborauerunt, nimirum omnes homines scire student, id potissimum quod ab aliis sciunt ignorari: sciri tamen posse non diffidunt. Inter reliquos quidam tenebat id docere per sectiones quadam circuli, siue lunulas. Hæc erat, vt Aristoteles ipse dicit. 1. Elenchorum cap. 10. Hippocrates est quidam, non noster Hippocrates, sed quidam alius, quem 7. Ethicorum ad Eudemam affirmat Geometram præstantissimū fuisse, in cæteris tamen imperitum & stupidum. Alius Antiphon nomine ad monstrandum circuli quadrationem sectione laterum quadrati utebatur. Hippocratis ratio

procedebat ex veris Geometricis principiis, tamēn concludēbat fallaciter: quare ad Geometram pertinere illius diluitor Antiphontis verbis, accipiebat aduerſaria principiis, quare à Geometra, neque dilui quidem debet. Hippocrates enim inuenit quadratiōē lunulæ apertæ, atque ex Geometricis principiis, quod in hac figura indicatur.



Nam cūm ex ſecunda. 12. Euclidis, proportio circuloꝝ ſit proportio quadratoꝝ diametꝝ, conſtat magnum huius figuræ circulum octuplum eſſe circuli minoris, qui deſcriptus eſt ſuper dimidiata diametro. Nam cūm diameter diametri ſit duplus, circulus circuli erit octuplum. Rurſum circulus cuiꝝ diameter eſt B C, cuius pars eſt lunula erit duplo maior diſto paruo circulo, cūm ex. 4. 6. primi. In oĩ triangulo reſtanguulo quadratoꝝ quod à latere, reſcto angulo oppoſito deſcribitur duobus quadratis reliquoꝝ laterum ſit æquale. Cūm ergo in triangulo B C A, angulus A ſit reſctus, quadratum lineæ B C erit æquale quadratis aliarum: & cūm alie duę lineę ſint æquales, nam ſunt à centro ad peripherias circuli, erit duplum quadrato cuiuſque illarum. Quadratoꝝ & circuloꝝ eſt eadem proportio ex ſecunda. 12. ergo erit circulus cuiꝝ diameter eſt B C, ergo circulus magnus cūm ſit octuplus parui, cuius eſt duplus circulus ſuper lineæ B C. erit duplus circuli deſcripti ſuper lineæ B C, ergo quarta pars circuli magni æqualis eſt dimidiato circulo, qui deſcriptus eſt ſuper B C, ergo ſi ab utriſque dematur illud quod eſt commune, illud ſcilicet quod eſt inter lineam B C & partem peripheriæ magni circuli, remanebunt æquales lunula illa & triangulus B C A, ſed triangulo quadratoꝝ æquale dare eſt facile, ſit ergo quadrato lunulæ, hæc verò eſt circuli pars: ergo

multiplicatiōe illius, & quadratoꝝ illi æqualium, ſit quadratio circuli. En ratio quadratiōis circuli Hippocratis, qui vñ conſtat vñ quæ ad lunulæ quadratiōem proceſſit per principia Geometrica, eo tamen fallēbatur, quod cūm lunulæ quadratiōē dixiſſet, circuli totius quadratiōē inueniſſe putabar, quod tamen non enenit: quia non conſtat quæ circuli pars ſit lunula, vñ ita multiplicetur quadratum. Illud tamen euidenter moſtrauit Hippocrates poſſe ſciri quadratiōē circuli: eſi adhuc ignoretur: quia moſtrauit figuræ curuilineę aliquam reſtlineam æqualem eſſe. Antiphon deſcribebat intra circuli quadratum, cuius latera ſecabat per medium, & ab angulis ad puncta ſectiōnũ ducens lineas deſcribebat octagonũ, ita ruſum faciens, faciebat decem & ſex angulos, atque ita procedens, ſperabat ſe aliquando totum circulum replere poſſe, non videns ſecandi reſctam lineam non poſſe eſſe ſinem, cūm omnem lineam reſctam per medium ſecari ſit principium Geometricæ. Sed de hiſ fatis, nam hæc exēpli gratia diſta ſunt, cūm ſit alterius loci. Vñ ergo ratio Hippocratis dilui debet à Geometra, quia procedit per Geometrica principia, ratio verò Antiphontis minimè: ita ſi Parmenides & Meliſtus neque contraria principis Philoſophiæ affirmarent, neque inter diſputandum acceptiſſent, haud dubiè teneretur Ariſtoteles hęc de illorum placito diſputare, & argumentis reſpondere: modo tamen non videtur teneꝝ. Nihilominus quia quamuis queſtiones, quas mouent non ſunt verè Philoſophicę, ſunt tamen quadam ratione cum Philoſophia coniunctę, cęſer Ariſtoteles expedire, vñ de illis tantillum diſputetur. Nimirum falſoꝝ & repugnantium dogmatum reſutatio, ad vera dogmata viam facit.


¶ *Accommodatiſſimum autem principium ſit, cūm multis modis dicatur id quod eſt, rogare quo pacto dicant, qui dicunt omnia eſſe vnum, nunquid ſubſtantiam omnia: an quanta: an qualia? Rurſus, an ſubſtantiam vnam, vñ hominem vnum: aut equum vnum: aut animal vnum? An quale, vnum autem illud vñ album, aut calidum, aut aliud huiusmodi: nam hæc omnia eſt valde diſfe-*

differunt, & dici non possunt. Si enim sunt, & substantia, & quale & quantum, atque hæc à seipsis separata, aut non, multa sunt ea quæ sunt. Si autem omnia sunt, quantum, aut quale, siue substantiam esse etiam ponant, siue nō, absurdum est, si modo oportet absurdū dicere, quod fieri non potest. Nihil enim separatū, ac per se est præter substantiam: omnia enim dicuntur de subiecta substantia. Melissus autem id quod est infinitum esse dicit. Nunquid quantum est id quod est: nam infinitū in quanto est: & substantia infinita, aut qualitas, aut passio esse non potest, nisi per accidens, si simul & quædam quædam sint. Nam ratio infiniti quantitatem adhibet, non tamen substantiam, neque qualitatem. Igitur si substantia est & quantitas, duo & non vñ est id quod est: si autem substantia solum, neque infinitum est, neque magnitudinem quampiam habet, quanta enim esset.

¶ Optimum initium disputationis cuiusq; Platoni & Aristoteli maximè familiare, capitur à distinctione eius quod multifariam dici, & intelligi potest: ita enim facta placita maximè dereguntur. Ergo incipiens disputare aduersus Melissum & Parmenidem, qui omnia esse vnum affirmabant (hac vnicam in re differentes, quod Melissus infinitum esse id quod est, Parmenides finitū dicebat) primum argumentatur à distinctione eius quod est, deinde à distinctione eius quod dicitur vnum. Ens tot modis intelligi potest, quot modis de rebus dicitur (docet Aristoteles. 1. Metaphysicorum c. 7.) hoc est secundum rationes generum, quæ sunt primò diuersa: has vocant Categorias, ergo quot sunt hæc genera, tot modis dicitur ens

(licet hoc nomine toto hoc opere vñ) substantia videlicet, quantitas, qualitas ad aliquid, agens aliquid, aut patiens, vbi &, quādo, atque si ab his diuersa sunt situm esse & habere. Cū ens tot modis dicitur, illud quod omnia esse dicunt, aliquo horum modorum dicitur, ergo aut est substantia, aut quantitas, aut qualitas (tacuit reliqua, & quia minus erat opinabile quodpiam aliorum esse, & quia quodcumque aliorum diceretur, esset eadem ratio referandū) atque si substantia, aut est homo, aut equus, aut animus, aut denique substantia alia quædam. Si qualitas est, candor, aut calor, aut aliud huiusmodi: interest enim multum vitio horum assermetur. Sed quodcumque dicitur, videtur falsum & repugnans placito, nā aut sunt hæc omnia, substantia, dico, quātum, & qualitas: aut aliquod illorum, tūc; aut solum quantum, vel quale, aut sola substantia. Si sunt hæc omnia, falsū dicebatur omnia esse vnum: nam hæc multa sunt, siue separatim siue simul esse dicantur, separatim, vt si quis ponat aliud principium substantiam esse, aliud quantum, aliud quale: simul, vt in Socrate magno & candido, est substantia, quantum, & quale: Vt cumque tamen id dicitur, multa dicuntur non vnum. Si autem omnia dicitur esse quantum, aut quale, esseque vnum, non possunt effugere absurditatem. Nam aut est simul substantia in eo quod est, atque ita falsū affirmabant esse solum quantum, aut quale: aut non est substantia, sique vt sit quantum, aut quale sine substantia quod fieri omnino non potest, cū sola substantia possit consistere per se, & reliqua omnia dicantur de substantia. Nam magnum aut alium per se nunquam est, sed magnum aut alius homo, aut equus, aut lapis, aut aliud huiusmodi dicitur. Si omnia dicunt esse substantiam, atque ita esse vnum, tunc quoque falsū dixit Melissus, illud esse infinitum. Nam ratio infiniti est in quantitate, quantitate enim dicitur aliquid finitum aut infinitum esse, nam substantia per se, neque finita neque infinita, neque omnino quanta est, nisi per quantitatem quæ ei accidit: ergo si substantia infinita est, est quanta, substantia autem & quantitas duo sunt non vnum, quare nō sunt omnia vnum. Quod si substantia sola omnia sunt, neque infinita neque omnino quantitate aliquæ prædita est. Nam si esset haberet quantitatem, quare non esset sola. Hæc est prima ratio

procedebat ex veris Geometriæ principis, ra-
men concludere salaciter: quare ad Geo-
metriam pertinet. Plus dilator. Antiphon-
tis verò, accipiebatur aduersa principis, qua-
re à Geometra, neque dilu. quidem debet.
Hippocrates enim inuenit quadrationē lu-
nulae apertæ, atq; ex Geometriæ principis,
quod in hac figura indicatur.



Nam cum ex secunda. 12. Euclidis, propor-
tio circulorum sit proportio quadratorum
diametrorum, constat magnum huius figu-
ræ circulum octuplum esse circuli mino-
ris, qui descriptus est super dimidiata diame-
tro. Nam cum diameter diametri sit dupl.,
circulus circuli erit octuplum. Rursus cir-
culus cuius diameter erit B C, cuius par. est
lunula erit duplo maior dicto paruo cir-
culo, cum ex. 4. 6. primi. In otriangulo rectan-
gulo quadratum quod à latere, recto angulo
opposito describitur duobus quadratis
reliquorum laterum sit æquale. Cum ergo
in triangulo B C A, angulus A sit rectus,
quadratum linee B C erit æquale quadratis
aliorum: & cum alie duæ lineæ sint æquales,
non sunt à centro ad peripherias circuli, e-
rit duplum quadrato cuiusque illarum. Qua-
dratorum & circulorum est eadem propor-
tio ex secunda. 12. ergo erit circulus cuius
diameter est B C duplus circuli, cuius dia-
meter est B A, ergo circulus magnus cum sit
octuplus parui, cuius est duplus circulus su-
per linea B C, erit duplus circuli descripti su-
per linea B C, ergo quarta pars circuli maj-
gni æqualis est dimidiato circulo, qui descri-
ptus est super B C, ergo si ab vtrisque dema-
tur illud quod est commune, illud scilicet
quod est inter lineam B C & partem peri-
pheriæ magni circuli, remanebunt æquales
lunula illa & triangulus B C A, sed triangulo
quadratum æquale dicitur esse facile, sit ergo qua-
dratio lunulae, hæc verò est circuli pars: ergo

multiplicatione illius, & quadratorum illi æqua-
lium, fiet quadratio circuli. En ratio quadra-
tionis circuli Hippocratis, qui et constat vt
que ad lunulae quadrationem processit per
principia Geometriæ, eo tamen falleretur,
quod cum lunulae quadratione dixisset, cir-
culi rotius quadratione inuenisse putabat,
quod tamen non euenit: quia non constat
quarta circuli pars sit lunula, vt ita multiplice-
tur quadratum. Illud tamen euidenter mō-
strauit Hippocrates posse sciri quadratione
circuli: et si adhuc ignoretur, quia non mō-
stratur figuræ curuilineæ aliquam rectilineam
æqualem esse. Antiphon describebat intra
circulū quadratum, cuius latera secabat per
medium, & ab angulis ad puncta sectionū
ducens lineas describebat octagonū, ita rur-
sum faciens, faciebat decem & sex angulos,
atque ita procedens, sperabat se aliquando
totum circulum replere posse, non videns
secandi rectam lineam non posse esse finem,
cum omnem lineam rectam per medium se-
cari sit principium Geometriæ. Sed de his
satis, nam hæc ex epli gratia dicta sunt, cum
sint alterius loci. Vt ergo ratio Hippocratis
dilu. debet à Geometra, quia procedit per
Geometriæ principia, ratio verò Antiphon-
tis minime: ita si Parmenides & Melissus ne-
que contraria principis Philosophiæ affir-
massent, neque inter disputandum accepis-
sent, haud dubie teneretur Aristoteles hic
de illorum placito disputare, & argumentis
respondere: modo tamen non videtur tene-
ri. Nihilominus quia quamuis quæstiones,
quas mouent non sunt verè Philosophicæ,
sunt tamen quadam ratione cum Philoso-
phia coniunctæ, ceteri Aristoteles expedire,
de illis tantillum disputetur. Nimirum
salutis & repugnantium dogmatum re-
futatio, ad vera dogmata viam facit.

¶ *Accommodatissimum autem princi-
pium sit, cum multis modis dicatur id
quod est, rogare quo pacto dicantur, qui
dicunt omnia esse vnum, nunquid sub-
stantiam omnia: an quantam: an qualia?
Rursus, an substantiam vnam, vt ho-
minem vnum: aut equum vnum: aut ani-
mam vnum? An quale, vnum autem il-
lud vt album, aut calidum, aut aliud
huiusmodi: nam hæc omnia et valde
diffe-*

differunt, & dici non possunt. Si enim sunt, & substantia, & quale & quantitas, atque hæc à seipsis separata, aut non, multa sunt ea quæ sunt. Si autem omnia sunt, quantum, aut quale, siue substantiam, & etiam ponant, siue nõ, absurdum est, si modo oportet absurdũ dicere, quod fieri non potest. Nihil enim separatum, ac per se est præter substantiam: omnia enim dicuntur de subiecta substantia. Melissus autem id quod est infinitum esse dicit. Nunquid quantum est id quod est: nam infinitum in quanto est: & substantia infinita, aut qualitas, aut passio esse non potest, nisi per accidens, si simul & quæta quædam sint. Nam ratio infiniti quantitatem adhibet, non tamen substantiam, neque qualitatem. Igitur si substantia est & quantitas, duo & non vnũ est id quod est: si autem substantia solum, neque infinitum est, neque magnitudinem quampiam habet, quanta enim esset.

¶ Optimum initium disputationis cuiusq; Platoni & Aristoteli maxime familiare, capitur à distinctione eius quod multiplicatam dici, & intelligi potest: ita enim falsa placita maxime deperuntur. Ergo incipiens disputare aduersus Melissum & Parmenidem, qui omnia esse vnum affirmabant (hæc vnicuique in re dissentientes, quod Melissus infinitum esse id quod est, Parmenides finitum dicebat, primum argumentatur à distinctione eius quod est, deinde à distinctione eius quod dicitur vnum. Ens tot modis intelligi potest, quot modis de rebus dicitur. (docet Aristoteles. s. Metaphysicorum cap. 7.) hoc est secundum rationes generum, quæ sunt primò diuersa: hæc vocantur Categorias, ergo quot sunt hæc genera, tot modis dicitur ens

(licet hoc nomine toto hoc opere vii) substantia videlicet, quantitas, qualitas ad aliquid, agens aliquid, aut patiens, vbi & quod, atque si ab his diuersa sunt situm esse & habere. Cùm ens tot modis dicitur, illud quod omnia esse dicunt, aliquo horum modorum dicitur, ergo aut est substantia, aut quantitas, aut qualitas (tacuit reliqua, & quæ minus erat opinabile quidpiam aliorum esse, & quæ quodcunque aliorum diceretur, esset eadem ratio refutandi) atque si substantia, aut est homo, aut equus, aut animus, aut denique substantia alia quædam. Si qualitas est, calor, aut calor, aut aliud huiusmodi: interest enim multum vtrum horum affirmetur. Sed quodcunque dicitur, videtur falsum & repugnans placito, nã aut sunt hæc omnia, substantia, dico, quatum, & qualitas aut quod illorum, tunc, aut solum quantum, vel quale, aut sola substantia. Si sunt hæc omnia, falsò dicebatur omnia esse vnum: nam hæc multa sunt, siue separatim siue simul esse dicuntur, separatim, vt si quis ponat aliud principium substantiam esse, aliud quantum, aliud quale: simul, vt in Socrate magno & candido, est substantia, quantum, & quale: vtrunque tamen id dicitur, multa dicuntur non vnum. Si vterum omnino dicitur esse quantum, aut quale, esseque vnum, non possunt efrugere absurditatem. Nam aut est simul substantia in eo quod est, atque ita falsò affirmabant esse solum quantum, aut quale: aut non est substantia, sitque vt sit quantum, aut quale sine substantia quod fieri omnino non potest, cùm sola substantia possit consistere per se, & reliqua omnia dicuntur de substantia. Nam magnum aut albus homo, aut equus, aut lapis, aut aliud huiusmodi dicitur. Si omnia dicuntur esse substantiam, atque ita esse vnum, tunc quoque falsò dixit Melissus, illud esse infinitum. Nam ratio infiniti est in quantitate, quantitate enim dicitur aliquid finitum aut infinitum esse, nam substantia per se, neque finita neque infinita, neque omnino quæta est, nisi per quantitatem quæ ei accidit: ergo si substantia infinita est, est quanta, substantia autem & quantitas duo sunt non vnum, quare nõ sunt omnia vnum. Quod si substantia sola omnia sunt, neque infinita neque omnino quantitate aliqua prædita est. Nam si esset haberet quantitatem, quare non esset sola. Hæc est prima ratio

ratio, qua Aristoteles monstrat Melissum pugnantia protulisse.

¶ Porro quoniam & ipsum vnum multifariam dicitur, vt & id quod est, considerandum quo modo dicant vnum esse omnia. Dicitur autem vnum, aut id quod est continuatum, aut quod est indiuisibile, vel quorum ratio est eadem, & id quod res est, vt temetum & vinum. Si igitur est quiddam continuatum, multa sunt id quod est, in infinitum enim diuidi potest id quod est continuatum. Est autem dubitatio de parte & toto, fortasse autem non est presentis sermonis, sed ysa per se ipsam, Num vnum an plura sint pars & totum, & quo modo vnum aut plura: atque si plura, quomodo plura. Atque de partibus non continuatus est eadem ratio. Atqui si vtraque pars est vnum cum toto vt indiuisibile, certe & ipse mutuo. Verum tamen si vt indiuisibile, nihil est quantum, aut quale, neque certe infinitum est id quod est, vt inquit Melissus, neque finium vt Parmenides: finis enim est qui diuidi non potest, non id quod finitum est. Porro si ratione vnum omnia sunt, vt tunica & velis, certe sententiam Heracliti contingit eis dicere. Nam idem erit bonum & malum, & non bonum esse, & bonum. Quare idem erit bonum & non bonum, homo & equus, & non erit disputatio vnum esse omnia, sed nihil esse. Est tale esse & tantum, idem erit.

¶ Hoc est secundum argumentum, quo Ari

stoteles vitat aduersus affirmantes omnia esse vnum, quod ducitur à modis quibus vnum dicitur, vt primum ducebatur à modis quibus dicitur ens. Vnum dicitur apud Aristotelem ipsum quinto Metaphys. per se aut ex accidenti. Quod per se est vnum, dicitur iis modis, quos hic refert. Primum quod continuatum est, vt dicimus, totum hoc lignum est vnum, cum est continuatum: cum verò contractum est, dicimus iam non est vnum sed ex vno multa ligna sunt facta. Dicitur etiam vnum, quod est indiuisibile, vt in numeris numerandi initium, eò quòd in multa diuidi non potest, dicitur vnum. Illud etiam vnum dicitur, quod est substantia aut natura vnum, vt dicimus conspectus multis & sis aureis, hæc omnia vnum sunt, id est constant eadem substantia, & cuius est eadem natura. Videtur ergo (inquit) nullo modo dici posse verè omnia esse vnum, aut vnum esse id quod est. Nam si continuatum intelligunt, constat id quod est dici posse (quod enim continuatum est in infinitum potest diuidi) & multas partes habere, quare in eo quod est, multa erunt, multæ inquam partes. Præterea de parte & toto est magna quæstio, an sint vnum an multa, & verumtis dicatur, siue vnum scilicet siue multa, quo pacto id sint (quamquam inquit, hæc quæstio non hoc loco, sed ipsa per se ipsam disputanda est) sed si dicatur esse multa totum & partem, certè in continuato erunt multa non vnum. Si dicatur non esse multa, qua ratione vna pars erit vnum cum toto, eadem & reliquæ partes, quare & ipsæ partes inuicem. Nā quæcunque sunt eadem tertio, sunt & ipsa eadem: quare neque diuisibile est id totum neque continuatum, vt ponebatur, siquidè non habebit partes diuersas. Neque si dicatur id quod est vnum esse vt indiuisibile, videtur verè dici à Parmenide aut à Melisso. Nam si est indiuisibile, nihil est quantum, aut quale (intellige hic sermonem esse de corporum qualitatibus) neque poterit id quod est esse infinitum, vt dicebat Melissus, siquidem indicatur prius est infinitum in quanto esse: neque finitum, vt dicebat Parmenides, nam quod est indiuisibile, non est finitum, sed est ipse finis: finitum verò sine est finem, ipsum quidem diuisibile. Vt corpus est finitum superficiei, superficies verò est finis corporis,

ipsa

ipsa indiuisibilis secundum altitudinem. Ita punctum est finis lineæ, linea vero ut fuit puncto, est diuisibilis. Itaque omne finitum est diuisibile: quare si id quod est, esset indiuisibile, neq; finitum esset, neque infinitum. Quod si dicatur omnia esse vni ratione & essentia, incidit in opinionem Heracliti, qui (vt refert Aristoteles ipse. 4. Metaphysic. cap. 7.) omnia esse & non esse dicebat: fietque ita, vt idem sit bonum & malum, & bonum & non bonum, denique vt dicebat Heraclitus sint & non sint, & vt idem sit homo & equus. Nimirum si omnium est ratio & natura eadem. Fieri præterea non potest vt omnia sint vnum, sed etiã vt omnia sint nihil. Nam si dicas esse bonum, idem erit malum, atqui si malum non bonum, si bonum non malum, quare si vtrunque neutrum, eruntque omnia nihil. Accedit quoddam nulla erit differentia Categoriarum, nihil erit quantum, aut quale.

¶ *Conturbati autem sunt & posteriores, vt & antiqui, ne forte eis accideret simul idem esse vnum & multa. Quare alii quidem verbum Est tollebat, vt Lycophron, alii autem dictionem ita commutabant, vt homo non quidem albus est, sed (si ita diceretur) albet, neque ambulans est, sed ambulat: ne verbum Est addentes, multa esse facerent quod est vnum. Quasi id quod est & vnum, vno modo diceretur. Multa autem sunt aut ratione, vt aliud est albus esse, & musicum, eidem autem ambo: multa igitur vnum. Aut diuisione, vt totum & partes. Hic autem ambigebant, & concedebant vnum esse multa, quæ si fieri non posset idem vnum esse & multa, non contraria tamen, est enim vni & potentia & actu.*

¶ *Tridet Aristoteles antiquos, quod his argumentis conturbati, timeant ne vnum multa esse concederent, atque proinde alii ab or-*

rationibus tollebant verbum Est, vt Lycophron quidam, vt diceret idem homo albus, tamen non auderet. Vere homo est albus. Sed quoniam homo albus, non est oratio affirmans, aut negans: alii alia phrasæ si vtebantur, ne Est in sermonibus interponeretur, negabant hominem esse ambulantem, sed hominem ambulare concedebant. Verum decipiebantur, foret enim timendum ne concederent vnum esse multa, si vnum & ens vnico modo dicerentur, sed eum dicantur multis modis, quid prohibet idem esse vnum, & multa, diuersis tamen modis? Multa dici potest id quod est vnum, aut ratione, aut partitione. Ratione, vt idem homo est musicus & albus, cum alia sit ratio albi, alia musici. Partitione, vt totum & partes. Hoc verò non intelligentes antiqui, ambigebant in disputationibus, atque ita concedebant vnum esse multa, cum cogebantur argumentis id concedere, quæ si rem absurdam & quæ fieri non posset.

Quasi verò fieri non posset vt idem esset malum, non tamen contraria. Nimirum fieri potest, vt vnum sit multa, vt vnus homo albus & niger. In toto etiam & partibus non erat quod hiererent, nam vnum & multa esse possunt potentia aut actu. Atqui esse alteram actu, alteram potentia nihil prohibet, nam quod est actu albus, est potentia nigrum. Ita lignum vnum, est potentia multa, nam sectione potest multa fieri. Itaque multis modis fieri potest, vt vnum sit multa. Quare non si multa esse monstratum erit, statim non erunt omnia vnum. Sed videtur ex dictis (lubet enim hæc Aristoteli obicere, quæ video omnes illius enarratores per negligentiam omittere, neque intelligentes quæ dicat Aristoteles aut mans neque quæ negas) Aristoteles leuissimis argumentis sententiam Parmenidis & Melissi atque suorum sectarum (hos enim vocat antiquos & posteriores) refutasse, iisque quæ ipsemet modo inter disputandum dissoluit. At hoc verò est Sophistam agere. Quorsum enim argumenta illa duo à distinctione entis & vnus proposuit, si erant statim irridenda, & leuissimè diluenda? potissimum cum non ad statim alia argumenta, quæ putet firmiora, & propria illius sint? Sciri hoc loco oportet Arist. cum inter contrarias antiquorum sententias plerumque suam statuat, quan-

ququam ab illorum omnium sententis recedat, plerumque tamen aduersus illos illorum argumentis disputare, etiam non sine admodum firma. Propria verò hominis argumenta sunt, quæ ille non tam in refutationem quam in suæ sententiæ confirmationem scribit. Ut gratia exempli, erant hæc in parte sententiæ multæ antiquorum, alii censebant vnum esse rerum omnium principium, atque omnia esse vnum, alii esse multa principia, Aristoteles censebat esse multa, non tamen ut antiqui, nam illi elementa ipsa faciebant principia, aut annumerabant principia: ille verò principium ab elemento separat acutissime, statuitque tria principia quæ dicemus statim. Igitur ab aliis eorum omnino dissentit, cum aliis omnibus hæc in re consentit, quod non sit vnicum rerum principium, neque sint omnia vnum: licet ergo illi vsurpare aduersum Parmenidem & Melissum aliorum argumenta, atque ita fecit, non enim proposuit duo illa argumenta, quod firma putaret, sed quod ab aliis proponerentur: atque ut obiter notaret illorum imperitiam, qui his argumentis loquendi modos commutare cogentur. Fortasse etiam ut breui perstringeret totam disputationem Dialogi, cui titulus est Parmenides, siue de vno rerum principio, quo Plato proponit hæc ipsa argumenta, et multa alia his similia, neque fortasse satis videtur se ab iis explicare, & quædam eorum alio Dialogo, qui inscribitur Sophista seu de ente repetit. Sed dicet, non videtur hæc ratione Aristoteles suo instituto fecisse satis, non est enim verè refutata sententia Melissi. Certè adhuc non est refutata. Nam sententia ea erat (ut Galenus dicit primo de natura humana) esse rerum omnium communem quandam substantiam, ab ortu & interitu liberam, cui omnes commutationes accident, hæcque esse totum & vniuersum. Constat verò (si modò bene Galenus hanc sententiam intellexit) dixisse Melissum, omnia esse vnum substantia, & natura illa communi, neque tamen concessisse hominem esse equum, sed illam substantiam, cum accipit hanc commutationem fieri equum, cum illam hominem: neque denegasse illi vno quantitate; neque qualitate, sed potuisse

non negare suo placito dicere, vnum esse omnia, eaque quibusdam rationibus etiam esse multa. Sed in hac sententia versantur duæ quæstiones. Prima, an vnum possit esse multa, atque an sint omnia vnum. Secunda, an possit esse vnicum omnium substantiarum, et communeque illud principium simul & elementum. Nulla harum quæstionum erat huius loci, nam prima pertinet ad Metaphysica, proinde disputatur à Platone Dialogo nuper citato, ab Aristotele quarto Metaphysico. Secunda ad libros de ortu & interitu in quorum primo propriis & firmis argumentis ab Aristotele sententia Melissi, non aliter quàm à Galeno exposita, refutatur. Hic verò, in re quæ obiter, & præter operis institutum tangebatur, satis fuit aliorum argumenta recitare, & confirmandi veram de principii sententiam (quod statim faciet) occasionem sumere. Accedit dictis, quod illa ipsa argumenta essent firmissima, si conueniret illis Philosophis & Aristoteli de ratione principii primi. Nimirum, id quod est principium primum, nihil potest habere præter seipsum, nam reliqua omnia sunt non in principio, sed in rebus cuius est principium. Ut materia, neque quanta est, neque qualis, neque substantia, sed hæc omnia rerum ipsarum, quæ natura constant, sunt. Quo fit, ut verè non possit esse principium rerum res aliqua perfecta, nam in re omni sunt quantum, aut quale, & alia multa. Quicquid autem per se est in principio, est principium, atque ita verè dictum est, si in principio est quantitas, aut qualitas, multa sunt principia; nam ipsa quantitas erit principium aliud, & qualitas, & alia quæ sunt in principio. Itaque si hæc ratione ducatur, non est debile argumentum. Sed aduersum Parmenidem, & Melissum, qui veram rationem principii ignorabant, non potuit ita dici: sed satis fuit aliorum argumenta proponere, & ad veram sententiam proferre.

CAP. TERTIVM.

¶ Hoc modo occurrentibus videtur fieri non posse, ea quæ sunt vnum esse. Ea verò quibus nuntur, solvere non est difficile. Ambo enim præterne concludunt, & Melissus & Parmenides, etenim falsa accipiunt, & malè colligunt. Magis autem Melissi ratio molesta est, neque difficultatis quicquam habens. Sed dato vno quod absurdum sit, alia contingunt. Hoc autem non est difficile. Ergo Melissum fallaciter colligere manifestum est, putat enim se sumpsisse, si omne quod genitum est principium habet, & id quod genitum nõ est, non habere. Porro & hoc est absurdum, putare principium rei esse semper, non temporis, & ortus, non simplicis, sed commutationis vt non facta confertim mutatio nis. Deinde cur etiam immobile est, si vnum est? cur enim non vt pars, hoc vnum cum sit, vt aqua, mouetur in seipsa, ita & totum? Deinde, commutatio cur non sit?

¶ His (inquit) argumentis contendunt antiqui aduersus Melissum & Parmenidem, nõ esse vnum omnia quæ sunt. Quæ verba satis declarant, quod ego paulo antè dixi, ea argumenta non esse Aristotelis propria, sed aliorum Philosophorum. His dictis indicat argumenta Melissi & Parmenidis fallacia esse, ac proinde facilia diluta, detegitque fallaciam & vitia argumentorum. Parmenidis sermo erat hic, Ens & totum suum vniuersum esse vnum infinitum & immobile, quoniam illud habet principium quod genitum est. Nam si genitum est, incipit, habetque principium, ergo quod non est genitum principio caret, sed ens non est genitum, nam aut genitum sit ex ente, aut ex non ente: si ex ente, non genera-

atur tunc primum ens, cum esset prius: ex non ente, hoc est ex nihilo, non potuit, ergo ens caret principio, ergo infinitum est, nam quod est finitum habet principium & finem. Rursum, si est infinitum, est vnum. Nam quod infinitum est, non habet aliud extra se. Si vnum, immobile. Nam non erit aliud, in quo aut circa quod moueatur: ergo ens est vnum, infinitum, & immobile. Primum hæc ratio argumentandi est fallax. Omne quod genitum est habet principium, ergo quod non est genitum non habet. Perinde enim est, ac si quis colligeret, Omne animal quadrupes potest ingredi, ergo quod non est quadrupes non potest. Præterea peccat Melissus, quod nomen principii æquiuocè accipit. Non enim distinguit principium rei à principio temporis, aut generationis: sed perinde procedit, atque si principium vno modo dicatur, sitque omne principium, principium rei. Tamen est re vera aliud principium rei, hoc est prima pars rei, aliud temporis, hoc est tempus, quo res caput, & principium generationis, hoc est prima pars generationis, non simplicis, id est vera generationis substantia (nam hæc non est motus, sed mutatio sine tempore) sed commutationis illius quæ veram generationem antecedit, & commutatur: hæc enim principium habere potest, vt pote quæ non confertim, sed motu quodam & successio ne fit. Melissus vero hæc non distinguit: principii nomine æquiuocè utitur. Nam cum dicit, Omne quod genitum est, habet principium, de principio temporis loquitur. Rursum cum dicit, Si principio caret est infinitum, loquitur de principio rei, nam aliter, cet si principio temporis careret, esset magnitudine infinitum? An non sol de sententia Aristotelis caret principio temporis, cum sit finitus magnitudine? Præterea malè concludit, Si est vnum, est immobile, quia non habet aliud in quo, aut circa quod moueatur. Nam potest esse vnum, & moueri in seipso, vt cælum, & elementum aquæ, & alia quæ circulo feruntur. Cuius si hoc in vna vniuersi parte vt cælo & aqua fieri videmus, non & in vniuerso fieri posse concedamus? Sed neque commutatio, quæ est genus aliud motus à lapsione, est quod non accidat vniuerso enti, etsi vnum sit, potest enim com-

commutationem accipere pars à parte, quin res aliqua extra illud totum accedat. Vt si ponatur nihil omnino esse præter Socrate, certè is à nulla alia re pateretur (neque enim esset alia) tamen pateretur in eo cor à cerebro, & cerebrum à corde, & hepar à ventre, ac ventris ab hepate. Itaque nulla ratione Melissi videtur vitio carere. Quamquam rationem hanc Parmenidis libro primo de natura hominis Hippocrates vsurpauit, ita scribès, Si vnum sit homo, nullo vnquam dolore afficiatur, neque enim esset à quo doleret, vbi vnum tantum foret, tamen ea ratio argumentandi non est efficax (vt Arist. aperitè indicat) Nam etsi omnium esset vna substantia, accidentium differentia esset satis ad mutuam partium commutationem, nam aqua frigida & calida mutuo se commutant. Ita possent totius partes, etsi omnia essent vnum substantia. multò magis partes hominis etsi vna esset substantia totius, quia possent diuelli ab externis, dolere possent & commutari.

Veruntamen neque speciem potest vnum esse, nisi per id ex quo est. Ita autem vnum & Physicorum quidam dicunt, illo autè modo minime, homo enim ab equo specie est aliud, et contraria inuicè.

Hæc nouam est argumenti dilutio, quam argumentum aduersum Melissum hic interiectum, & repetitio eiusdem argumenti nuper propositi. Vitur verò Aristoteles non raro repetitionibus. Erat superiori capite argumentum aduersum Melissum, non posse esse omnia vnum, substantia & specie, quia fieret vt homo nõ differret natura ab equo, neque contraria inuicem. Modò accipit, vt quod notum est sensus, hominem aliud esse ab equo, & calidum à frigido, acque colligit fieri nõ posse vt omnia sint vnum specie, nisi fortè per id ex quo est, hoc est per materiam, id est omnium esse vnicam materiam. Hoc autem nihil habebit mirum, ita enim dicunt alii Physici.

Et ad Parmenidem est hic ipse modus rationis, & si qui alii proprii sunt. Et dilutio quidem, & quia falsa est illius ratio, & quia nihil efficitur. Falsa quidè, quia accipit simpliciter id quod

est dici, cum dicatur multifariam. Nihil efficitur, quia etsi alba solum esse accipiat quis, & ipsum album vnum significet, nihilominus multa erunt alba & non vnum. Neque enim continuitate vnum erit album, neque ratione, aliud enim erit ipsum esse album, & aliud id quod album accipit, & nõ quidem est quicquam ab albo separatum, non enim eò quòd separatum sit, sed quòd alia ratio sit albi, & eius cui inest. Sed hoc Parmenides nondum viderat.

¶ Verissimè dixit Aristoteles in initio huius libri, placita & argumenta Parmenidis & Melissi esse vel indigna refutatione, & à disputatione potius ableganda, quàm disputanda. Nam hærebant quibusdam in rebus ieuissimis præ ignorantia multorum, quæ hoc seculo neque à tyronibus ignorantur. Nam statuentes vniuersi esse vnicam quandã substantiam & naturam, rerum omnium dicebant esse vnicam rationem, & cauebant mille modis, ridiculis tanè, ne vnum multa facerent, quia nondum nouerant illius seculi viri, multa esse ratione diuersa, quæ re vera vnum sint. Modò verò nemo ignorat non esse idem medicum & musicum esse, etsi idem homo musicus & medicus sit. Plato & Aristoteles primi inter Philosophos vt ceperunt hæc distinctione, proinde non potuerunt effugere quominus de illorum placitis & argumentis diffusè disputarent, quia adhuc erat Philosophia quasi in ipsis incunabulis, modò verò pleraque horum possent à disputatione præscindi, sed Arist. gestus morem temporis, ego fero conditionem auctoris. Incipit ergo responderi argumentis Parmenidis, cui obici possunt omnia quæ Melisso obiecta sunt, & insuper alia quædam. Erat ratio Parmenidis hæc, Vnica ratione omne quod est, est ens, & præter ens nihil est, ergo omnia sunt vnum. Vitiosa primum est hæc argumentatio, quia falsum accipit, scilicet ens vno modo dicitur enim multis modis, vt paulò antè monstratum est. Nã substantia est ens, & accidentia omnia sunt. Verum dicit aliquis pro sententia Parmenidis, Etsi multa etiam sint, tamen in ratione entis esse omnia vnum, vt in ratione hominis omnes homines sunt vnus, & in ratione

animantis omnia animantia sunt vnum. Pri-
mum scire oportet, ens nullam rationem,
nullam naturam communem rebus omni-
bus significare. Nam neque naturam quam-
piam rei significat, sed hoc vnum quod qua-
cumque naturam res sit, est in rebus. Proinde ens
non est genus. Substantia scilicet, qualitas,
& quantitas, & alia genera prima significant
naturas quasdam proprias rerum. Nam qui
dicit, hec est substantia, hec est qualitas, signi-
ficat hanc rem esse hac natura. Sed qui dicit
hec res est, nullam rei naturam significat. Quo-
fit vt ens non sit vnum in omnibus, neque ge-
nus, sed multis modis dicatur, vt multa rerum
genera sunt. An ens dicatur vniuocum de re-
bus omnibus, an analogice, (vt quidam proba-
bilissimè statuunt) alterius loci est disputa-
tio: hoc loco illud satis sit scire, ens non esse
vnum genus, quare omnia non esse vnum, neque
vt vnum genus, sed ens multis modis dici. Vi-
tiosa præterea est ratio Parmenidis, quia etsi
concederetur ens vno modo dici, tamen non
fieret omnia esse vnum, vt ille statuit, id est
esse rerum omnium eandem substantiam & na-
turam. Possent enim sub vnica illa ratione
esse multe nature. Quod verò ea ratione ar-
gumētandi nihil concludatur, probat argu-
mētatione alia simili. Si quis poneret omnia
esse alba, & albi vnicam esse rationem (vnde est)
tamen non fieret, vt omnia essent vnum. Nā
quamquam præter album nihil sit, tamē mul-
ta erunt, eam quia alba non omnia sunt con-
tinuata, sed separata, & multa, tum etiā, quia
& ratione differunt, eruntque multa albū, &
id cui candor inest. Et sunt itaque multa, non
quod substantia sit: ab albo separata, sed quod
diuersa est ratio albi & rei cui candor inest,
differuntque ratione. Sed (vt dixi) hanc diffé-
rentiam Parmenides ignorabat, posteri explicue-
re. Quam Arist. differentiam rationis appel-
labat. Scorus appellare cepit differentiam for-
malem, & minorem aliam differentiam ex-
cogitauit, quam vocauit differentiam ratio-
nis. Tamen hoc signum videtur, nam ea
dicit ratione differre, que non differunt te-
uera, sed ita intelliguntur, aut dicuntur quasi
differrent. Constat tamen hæc non differre
magis quam nigrum aliquo modo simile est
albo in calore, si quis ita dicat, aut imagine-
tur, album est nigrum. Vt enim hæc non sunt
similia, sed dicuntur aut putantur esse simi-
lia, ita neque illa differrent, sed dicuntur differ-
re. Differentia verò, aut similitudo non est,
quā quis imaginetur, sed que rebus accidit.

Ratio Græcis idem est quod forma. Itaque ni-
hil aliud intelligunt Græci dicentes res differ-
re ratione, aut differre ipso esse, quam si di-
ceret differre formis. Quod neotericis dicere
differre realiter, dicit Arist. differre numero,
vt hoc ipso libro patebit. Differentia alterius
substantia non meminit, nam de veris ra-
tionibus differendi disputabat.

¶ *Neesse est ergo accipere istos qui di-
cunt vnum esse id quod est, ens non so-
lum vnum significare, de quo dicatur,
sed et quod proprie est, et quod pro-
prie est vnum. Nam accidens de subie-
cto aliqua re dicitur: quare cui accidit
ens non erit, nam aliud ab ente erit, er-
go erit aliquid non ens, neque igitur al-
teri accidit id quod proprie est. Non
enim ens aliquid ipsi esse, nisi multa si-
gnificat id quod est, ita vt sit quavis res
sed ponimus ens vnum significare. Si igitur
id quod verè est nulli accidit, sed
ipsi, cur magis id quod proprie est signi-
ficat id quod est, quam id quod non est?
Si enim id quod proprie est, hoc ipsum
album est, album autè esse non est quod
est proprie (neque enim accidere illi po-
test id quod est, nihil enim est quod non
proprie est) non est ergo quod est album,
non ita tamen quasi aliquid non sit, sed
quasi omnino non sit: igitur id quod est
non est. Verè enim dicas id quod pro-
prie est esse album, hoc autem non ens si-
gnificabat, quare si et id quod album est
significat id quod proprie est, multa
demum significat id quod est.*

¶ *Perstat Arist. indicare modum argumenti
di Parmenidis nihil efficere. Indicauit id ha-
cenus argumento quodam simili, quo po-
nebat nihil esse præter album, non tractatque
nihilominus multa esse, non vnum, eod quod
album & id cui est album differunt ratione-
bus. Ergo (inquit modo) neque si concedamus*

nihil esse præter ens, sicut ut non sint multa entia, si modo ens dicitur de his quæ sunt in aliis, pura de accidentibus. Nam etsi nihil sit præter accidentia, id est nihil sit separatim ab omnibus accidentibus, tamen differet rationibus accidentia ipsa, & id cui inest. Ergo qui dicit omnia esse vnum, intelligat oportere non significari nomine entis quodcumque ens, sed id solum quod proprie est (vocatur substantia id quod proprie est, accidens quod est quodammodo, non tamen est proprie, quia cum dicimus esse hominem, gratia exempli aut animal, significamus esse hanc substantiam verè, & hoc aliquid. Cum dicimus esse album aut nigrum, non tam dicimus esse rem aliquam, quam rem aliquam hoc aut illo modo habere, esse scilicet album aut nigrum. Itaque esse proprie videtur dici de nominibus substantiarum, de nominibus accidentium quodammodo: ut hinc iam constet Aristotelem censere ens de substantia & accidentibus analogia quadam dici) nam accidens semper dicitur de subiecta aliqua. Quare si accidens ipsum esset ens, illud cui inest non esset ens, nam esset aliquid præter ens, sed illud cui inest est, nam non potest accidens alicui inesse & nulli, ergo aliquid esset quod non esset: nõ ergo potest id quod proprie est, & quod vnum esse dicunt, alteri accidere. Nam aut id quod inest non erit cum sit, aut ens significabit multa, ita ut quævis res sit, etsi res sint multæ, quod est contrarium assertioni, cum poneretur ens vnum significare. Itaque tenentur dicere, entis nomine solum substantiam significari, cum dicitur omnia sunt vnum, aut ens est vnum. Itaque effectum iam erit nõ omnia esse vnum, sed omnium esse vnicam substantiam etsi accidentia multa sint. Quo accepto rursum producit Aristot. argumentum, Si id quod verè est, nulli accidit, sed alia illi accidit, sit, ut id quod verè est, tam sit quod est quam quod non est. Nam id quod proprie est, est album, nam attributa de substantia dicuntur, sed album esse non est proprie esse, (nam posuimus ens significare solum quod proprie est, id est, quod non inest, quare album esse non est proprie esse) ergo quod album est, non est. Non inquit solum quasi aliquid non sit, sed quasi omnino non sit, id est, non (inquam) non est aliquid, ut non nigrum aut pallidum, sed simpliciter & proprie non est: est autem, quod

proprie est, album, ergo quod proprie est, non est proprie: aut si dicas ens proprie id quod album est significare, rursum dicit id quod proprie est non esse vnum, sed significare multa. Videtur itaque Aristot. etsi ita dicitur, id quod proprie est, id est, substantiam, vnum esse in omnibus, pugnantia & absurda colligere. Hæc sunt quæ Aristot. hoc loco respondens Parmenidi obiter obiicit, qui (quantum ego intelligo) aperte monstrauit rationem Parmenidis omnino esse fallacem, nisi illa assertio omne ens est vnum de vero ente, hoc est, de substantia intelligatur. Ac qui ita eum intellexisse non est dubium. Nam (ut paulo antea monui) Galenus, & Aristot. ipse. 1. de Ortu & Interitu ita intelligunt: quo loco eam sententiam efficacius refutauit, est enim vnicumque intelligatur multis argumentis falsa, quæ quia aliter loci sunt hic tacebo: illud tamen non possum tacere, vitium argumenti, quo hoc loco Aristot. agit contra Parmenidem, nihilominus fallax esse Parmenidis argumentum, quod forasse usurpauit ut alienum. Quamquam ego apud Aristot. sæpe obseruauim, non tam esse fortia argumenta, quam vera placita. Nam cur colligit si album esse non est verè esse, quod album est, non est verè perinde est ac si argumentetur, hominem esse esse animal rationale, currentem esse non esse animal rationale, & homo est currentis, ergo homo est & non est animal rationale. Ansi currere non est esse hominem, qui currit non est homo: Certe si cum colligit Aristot. quod est album non est proprie, intelligit ea ratione qua est album, verè dicit, sed debuisset propositioni primæ addere, cum accepit quod proprie est, est album, ea ipsa ratione qua proprie est, essetque assertio falsa. Itaque argumentum hoc est captiosum.

¶ Porro neque magnitudinem id quod est habebit, si modo est quod proprie est: aliud enim vtriusque pariter esse est, quod autem diuiditur id quod proprie est in aliud quidpiam quod proprie est, & ex ratione ipsa constat. Vt si homo est aliquid, quod proprie est, necesse est & animal aliquid esse, quod proprie

fit, & bipes, sennim non sunt propriè, accidentia erunt: aut ergo homini, aut rei alteri subie. Ita, sed hoc fieri non potest. Nā accidens dicitur hoc, aut quod potest adesse & non adesse, vel id in cuius ratione est cui accidit, vt residere, vt separari, in sumo autē est ratio nasci, cui dicimus accidere simum. Præterea in definitione eorum quæ in diffinitione sunt, aut eorum quibus constat, non est ratio totius, vt bipede hominis, aut in albo albi hominis. Si igitur hæc ita habet, & homini accidit bipes, necesse est idem sit separabile: quare coningere posset hominem esse nō bipedem, vel in ratione bipedis est ratio hominis: sed hoc fieri non potest, illud enim in illius ratione est. Si autē alteri accidit bipes & animal, & neutrum est propriè, & homo certè est in ijs quæ alteri accidit, (sed quod est propriè ens nulli sit accidens) atqui de quo alterū & ambo, & id quod ex eis sit dicitur. Igitur in indivisibilibus est totum.

¶ Hoc est secundum argumentum quod à dilutione rationis Parmenidis accepta occasione proponit, à diuisione eius quod propriè est. Fieret (inquit) vt id quod verè est, nullo modo esset diuisibile, aut essent multa propriè. Argumentatur primum à partibus magnitudinis, deinde à partibus rationis aut naturæ. Ergo (inquit) vnum esset id quod verè est, nō haberet magnitudinē, nā haberet partes: partes autē eius quod verè est, non possunt non esse verè, essent ergo multa verè entia, si id quod verè est haberet magnitudinem. Argumētatur deinde à partibus rationis (rationem vocat diffinitionē) Argumentatur ergo, Si quis dicat id quod propriè est esse vnum, fieri tamē vt sint multa, nā ex definitionibus rerū constat, eas diuidi in partes rationis, hoc est, in partes nō magnitudinis, sed naturæ suæ. Atqui si res sit in ijs quæ propriè sunt, & illæ partes erūt

propriè: quare multa erunt propriè. Vt si homo est, (vt est reuera) quod propriè est, & animal & bipes erunt propriè entia, cum homo sit animal bipes. Nam aliter, si (inquā) animal & bipes nō essent, propriè, esset accidentia. Aut ergo accideret homini, aut rei alteri, sed neutrum fieri potest. Nā accidēs est, aut quod potest adesse & nō adesse subiecto, vel id in cuius ratione est id cui accidit, id est, quod non potest diffiniri sine re cui accidit. Nimirum accidentia sunt duplicia, quædam quæ diffiniri optimè possunt sine re cui accidit, quanquam omnino rei alicui accidit, vt res fidens & separatum: hæc enim diffiniri possunt non nominata substantia cui accidant, vt residēs est quod super re aliqua iacet quietum: separatum quod à re aliqua est deiunctum & remotum. Alia autem sunt quæ ne diffiniri quidem possunt sine substantia cui accidit, vt simum non potest intelligi sine naso: sed nullo modo horum possunt animal & bipes esse accidentia homini. Nam primum id quod est totum nō est in definitionibus suarum partium, siue sint partes essentialis, quales quæ sunt partes sue diffinitionis, siue sint partes ex quibus cōstat, vt ratio hominis nō est in ratione bipedis, aut ratio hominis albi in ratione albi. Ergo postis his quæ vera prædicata sunt, si bipes est accidens homini, aut erit bipes ab homine separabile, fierique vt possit homo esse nō bipes, aut ratio hominis erit in ratione bipedis, quod fieri non potest, cum hoc sit in ratione illius, id est, bipes in ratione hominis: ergo nullatenus animal & bipes sunt accidentia homini. Sed neque alteri accidit ambo, nā si ita esset, homo quoque esset accidens non ens propriè, nam de quo dicitur alterum, poterunt dici ambo, & de quo dicitur ambo dicitur etiā id quod ex eis cōstat, purā homo, nā de quo dicitur diffinitio, dicitur semper id quod diffinitur: sed hoc est absurdum, cum enim homo sit propriè nō potest esse accidens, ergo superest, aut placitū Parmenidis esse saltum, aut totū esse in indivisibilibus, nihilque quod propriè ens sit diuidi posse aliquo modo, aut in partes magnitudinis, aut in partes essentialis, sed omnino esse in diuisibile. Fictio ratum velim, ne quemquā perturbet quod Arist. negat bipes esse accidens hominis, auctores negligentis solere agere circa exempla, quia ad doctrinam nihil facit vera sint an falsa exempla, modò quis eis vtatur vt veris: ergo ita loquitur Arist. de bipede quasi diffinitio

finis vera hominis sit, animal bipes. Hoc argumentum de diuisione eius quod est propriè in partes definitionis est firmissimum contra hanc sententiam, & Aristotele dignum: quamquam, auctorior, Parmenides rationem etiam definiendi, rolleret, cum poneret vnum esse id quod propriè est, sed satis est hoc absurdum, ne eius sententia possit quispiam assentiri. Illud verò quod de magnitudine dixit, non erat satis firmum argumentum sed fallax. Non enim positum erat non esse multas vniuersi partes, sed vnicam esse rationem substantiam seu naturam vniuersi: partes verò rei quæ vnius nature tora sit, non differunt ratione aut natura. Vt enim protectò esset Parmenidis sententia, si nihil omnino esset præter ærem, quantum aëris essent multæ partes. Accedit quòd etsi partes esse potentia in vniuerso concederet Parmenides, tamen actu separabiles non concederet, quia vniuersi partes diuidi non possent, alioqui intercederet vacuum nihilque. Itaque hoc argumento non labeficitur hæc sententia, aliò qui absurda. Sed illud quod de partibus definitionis proposuit Arist. ego maxime probo, & quer. i. de Ortu, & Interitu contra hæc sententiam, quæ Deo concedere suo loco aliquando persequemur.

Quidam verò acquiescunt in veroque sermone, & in eo quo dicitur omnia esse vnum, si ens vnum significat, eò quod erit quod non est: & in alio sermone ex diuisione, facientes magnitudinem indiuisibilem. Manifestum autem non esse verum si vnum significat id quod est, & non potest simul conraductio esse vera, id quod non est nihil esse: nihil enim prohibet non esse simpliciter, sed non ens aliquod, esse non ens. Caterum videri præter ipsum ens, si nihil aliud sit, omnia vnū fore absurdū: quis enim cognitionem comparet eius quod est, si id quod propriè est non sit aliud. Si hoc autem ita est, nihil

ita prohibet multa esse id quod est, vt dictum est. Quod quærit ita vnum esse id quod est, non potest, manifestum est.

¶ Notat obiter Platonem dissimulato nomine, non quidem quod hac in parte aliter sentiat ac Arist. sentit enim eodem modo non esse omnia vnum vtriusque eisdem argumentis, vt quibus posuit in dialogo de Ente videre, sed quod non satis videatur, se ab argumentis expedire, sed, vt supra eundem Platonem notatis oculis, dixit, hæreat plus satis, concedatque inter respondendum quæ non oporteat concedi, idque in vtraque disputatione. Primum in eo argumento, quo Parmenides vtebatur, deinde & in alio quod proponebatur contra Parmenidem per diuisionem rei continuatæ, & habentis magnitudinem. Erat hoc illius argumentum, Ens vnum significat, & quod est præter ens nihil est, ergo omnia sunt vnum. Plato quidem rationem argumentandi admittit, negat tamen secundam assertionem, putat quod est præter ens est nihil. Nā (inquit) nihil prohibere, aliquid non esse simpliciter, sed esse quodam modo non ens: quamquam ens aliquod quod propriè sit non est non ens. Nimirum intelligit Plato cum dicitur ens vnum significare, id dici de ente propriè: sed non quicquid non est ens proprium esse nihil, sed esse quiddam, quod non sit omnino nihil neque propriè ens, sed medium quiddam quod vocetur non ens. De non ente non semper loquitur Plato eodem modo, sed variè variis locis. In Parmenide substantiam vocat ens propriè, accidētia vocat non entia, quia accidens non est propriè ac per se sed inest, quod est, quodam modo esse. In Timæo id quod est æternum & à materia separatum & semper ens (id verò est summus ipse Deus, & quod in ipso est æternam naturam omnis exemplar) esse propriè ens, reliqua verò quæ in materiis sunt, & oriuntur ac intereunt, non entia. Verum hic Arist. illud tantum attigit sermone, quod in Parmenide est, scilicet Plato admittit hoc argumentum, Si ens est vnum (intelligit propriè ens) & non potest contradictione de eodem simul verè dici, vt non potest idem esse & non esse propriè ens, & quod non est ens est nihil, omnia sunt vnū. Negat tamē, quod non est propriè ens esse nihil, nam album non est

est propriè, sed nondum est nihil, imò verò est nò ens. Hæc est in primo argumento sententia Platonis. Prænotandum est, vpper contra Parmenidæ argumentum, quod nò hæt omnia vnù, quia illud vnũ habebit magnitudinè: id verò quòd magnitudinem habet, est semper in partibus diuisibile, habebit, ergo partes multas, illæ erunt veræ, quia erunt verè exactas partes, eorũ multa. Plato negat corpora posse in infinitũ diuidi, sed omnia corpora que seariti possunt consistere corpusculorum quorundã cõcursum, que figuras habent triangulares, & sunt magnitudinis indiuisibiles. Hanc sententiã Platonis hæc nò refutat, sed notat solã, refutat tamẽ. 3. de celo. c. 1. est innotisè, interpretatur enim Platonẽ dicere corpora consistere ex superficiebus, quæ omni careãt altitudine, ita vt diuisione rei diuisibilis peruenim posuit vsq; ad indiuisibilia: quod tamẽ Plato nò dixit (nò enim erat artium Mathematicarũ ignarus, sed elementa omnia, atq; eorũ participatione etiã telis qua corpora, quæ sensu percipi possunt, constat esse cõgestione corpusculorũ planorũ, & triangulos figura imitantium, quæ sunt in sensibilia, & indiuisibilia, nò mathematicè, cum sint corpuscula & habeant partes, sed physicè, quòd scilicet sint natura sua plus etiam quàm adamãnta. Sed hæc alio loco magis declarabimus, hic obiter dicitur ab Aristoteli nò admodũ oportundè, vt faciliè cõster Aristotelem nũquam nò querere ansam notãdi Platonẽ. Nã Plato nullibi dixit id quod verè est vt hominẽ aut equũ esse indiuisibile, quod argumento cõtra Parmenidem concludebat, sed corpora diuisibilia consistere corpusculis indiuisibilibus, quod ad presens institutũ faciebat nihil. Sed hæc est affectata cõtradictio. Quod ad argumẽti prioris dilutionẽ attinet, notat Platonem, q̃ concesserit hæc argumẽtationem, si ens significat vnũ, & nò potest cõtradictio esse vera, & quod est præter ens est nihil, omnia sunt vnũ. Nã absurdũ (inquit) est purare si præter ipsum ens (intelligit quod verè est ens) nihil aliud sit, omnia esse vnũ, nam nemo posset cõparare cognitionẽ eius quod verè est vt hominis si id quod propriè est nò sit aliquid, id est, si nò diffiniatur, vt intelligatur quid sit: si est autẽ aliquid & diffinitur, mōstratũ est diffinitionis partibus multa que verè sint signifi- caritigitur argumẽtatio illa nihil efficit, sed ita vnũ esse id quod est, non posse, id est, quod propriè est, vnũ esse nò posse, manife-

stum est. Atq; ita tandẽ cõcludit, inueniens rationem aliam diluendi argumẽtũ Parmenidis, ab ea qua Plato vsus est, falsum esse omnia esse vnũ etiã si de eo quod verè est, intelligatur. Vbi dicit, manifestũ autẽ nò esse verum, si vnũ significat id quod est, & nò potest cõtradictio esse vera, id quod nò est nihil esse, nihil enim prohibet, nò esse simpliciter, sed nò ens aliquod esse nò ens: sup- plendum est, dicit illi tidẽ Philosophi, qui ac- quiescunt in vtroq; sermone. Nã satis cõstat ex dictis, verba illa nò esse refutationẽ sen- tentiæ Platonis, vt nescio quomodo intelli- gant Diuus Thomas, & alii quidã, imò ve- rò esse ipsã Platonis sententiã, à qua non discedit Arist. nò enim negat accidẽs esse ad substantiam quodãmodo ens, atq; nò simpli- citer, quod Plato vocauit, nò ens, nò dũm ni- hil, neq; alia in re hic Arist. obstitit Platonem, quã in modo diluendi argumẽtũ Parmenidis, idq; facit illis verbis, Ceterũ videri præter ipsum ens. Atq; Platonẽ ita intelligere, esseq; de illi sententiã, illa corpuscula exigua tamẽ vt cerni nò possint, palãm faciũt verba illa Timæi: De his omnibus addo exiguis, ita putandum est, quod si singula duntaxat sin- gularũ generi accipiãtur, nullum eorũ propter paruitatẽ cerni à nobis poterit: sũ multa inuicem congregentur, eorum moles ma- gnitudinesq; cernentur.

CAP. QUARTVM.

VT autem Physici dicunt, duo mo- di sunt, quidã enim vnũ faciẽtes esse id quod est corpus, id (inquam) quod est subiectum, aut triũ aliquid, aut aliud, quod est quàm ignis magis crassum, & quàm aër tenuis. Alii gi- gnunt densitate & raritate, multa facientes. Hac autem sunt cõtraria, vni- uersim autẽ exuperantia & defectus, vt magnum dicit quidẽ Plato, & par- uũ: præterquàm quod hic facit hæc ma- teriam, id autem quod est vnũ formã, illi autem id quod subiectum est mate- riam, cõtraria autẽ differentias & for-

mas. *Quidam autem ex vno, in eo consistentia contraria educunt, vt Anaximander dicit, & quicumque vnum & multa dicunt esse ea que sunt, vt Empedocles & Anaxagoras, nam ex permixtione etiam hi excernunt alia. Differunt autem mutuo, quod alius periodos horum facit, alius non facit, & alius infinita, & omniomera & contraria, alius autē ea solum que vocantur elementa.*

Retulit, & refutauit hucusque sententiam Parmenidis, & Melissii de principis. modò refert sententias aliorum, qui vocati sunt Physici, Platonis videlicet, Anaximandri, Empedoclis, Anaxagoræ, & aliorum quos non nominat. Retulerat profectò priùs in propositione præcipua huius libri has etiam sententias, tamē quia logicè tantè aduertum Melissium & Parmenidè digressus est, ordinis & memorię causa facit hęc repetitionem. Causam quę Parmenidem, & Melissum non vult vocari Physicos aut naturales dicit Arist. 3. de celo. c. 1. mirum nihil dicit quod ad naturalem Philosophiã pertinet. Nā disputare de re ingenta & immobili ad primam philosophiã pertinet, non ad naturalem. Eorū ergo qui Physici meriti appellātur duplex primū sententiã est: nā alii eorū dicūt omnia esse vnu, alii dicūt esse multa. Qui dicūt omnia esse vnu, de subiecto corpore, eo (inquam) quod est reliquorū principii & elementū (dictum enim à me priùs est antiquos non distinxisse principii & elementū) intelligunt: quorū quatuor fuisse sententiã dicit, tres dicentiu esse omnium rerū principii triū corporū ali quod, ignis (inquam) æris, aut aque: quartū, dicentiu esse corpus quoddam medium æris & ignis, illo tenuius hoc, crassius. Atque statuebant hi omnes tria principia, aliud vnum quod esset veluti materia, alii ignem, alii ærem, aquam alii, alii corpus illud mediū: & duo alia contraria principia. Nā enim statuebāt materiã illã, quę vnicā vnicū esset, per contrarias vasiones multa fieri, atque hinc prodire dicebāt rerū varietatē. Verū contraria illa principia quę materię addebāt non omnes nominauit eodē modo, sed alii raritate & densitate fieri multa ex vni-

cā materię dicebāt, alii alia ponebāt contraria. Vnicū omnino eò tendebāt, vt significaret abundantia, aut defectū. Quę profectò si quis rectè cōsideret, sunt que Arist. vocat p̄tiationē & formã, vt non videatur in statuetis principii rerū multū distichē ab aliorū sententiã, sed multo magis in statuetis, sicut in ceteris, sed illi cōgerūt Aristoteles ceteris impugnare, hic (inquam) Scilib. de Ortu & Interitū, quia vt de eadē re disputauit, de clemētis & de principis. Dixi auer, est Aristoteles negat fuisse qui terrā esse rerum omnium principii poneret, non de fuisse, tamē inter antiquos: neque video cur deesset, cum aliis omnibus opinionibus, quę vel excogitari possunt, essent assertores. Quia est omnium crassissima, dicit Diuus Thomas. An obest minus lumina tenuitas quę in igne est ne sit principii omnium, quę crassissima quę est in terra: certè neque qui affirmat igne esse omnium principii, dicit ex eo, cum puri & secundū naturā est (si quādo talis esse possit) raritate posse aliud gigni: neque qui terrā, crassitie. Quid enim euaderet igne rari? aut terra densius: sed horū aliud, vt materia, substrato, siue vt elemēto alia ex aliis, nūc raritate nūc densitate generari. De horū omnium si nō eritis acutissimè celsū Hipp. lib. de Natura Humana, eos oēs Philosopher qui ita disputāt, eadē rem dicere & contraria profiteri, vt hoc sit maximū argumētū veritatis sententię illius, quā Stoici & Peripatetici atque Academici ex Hipp. receperūt quatuor elementa esse igne, ærē, aquã, & terrã. Proferentur quidē illi contraria, quę contrariarum opinionū auctores aut assertores se esse profiterentur, tamē dicunt eadē rem si duo hic disputēt, alius dicat ex ære fieri aquã densitate, alii dicat contrā, ærem fieri ex aqua raritate, quis non dicat hos in eadē sententiã esse: si verò si quatuor homines in eadē corona disputēt, & alius velit cōfirmare omnia fieri ex igne, alius ex ære, alii ex aqua, ex terra alius, & qui vis eorū producat testimonia, & experientia, quę suę opinioni videātur fauere, certè nullus eorū tres reliquos vincet, sed modò sic, modò ille, deinde alii videbitur reliquos superare: nā multa sunt in rebus omnib; natura cōstātib; quę referūt igne, multa etiã quę ærē, multa etiã quę aquã, quę terrã etiã multa: quod euidenē est argumētum, nullum illorū seorsum esse elemētū omnium, sed quatuor illa corpora reliquorū. Verū hęc rursū dicentur alio loco, modò redeamus ad

ad pensum. Itaque omnes qui vnum corpus subiectum esse rebus omnibus statuebant, ponebant, duo alia principia contraria, raritatem scilicet & densitatem, aut defectum & abundantiam, aut (inquit) vt Plato ponebat magnum & paruum. Verum differt sententia Platonis ab aliorum sententia, quia illi contraria illa ponebant in formis & differentiis rerum, materiam statuentes esse vnam: Plato contra, formam statuens esse vnam, & semper eandem, contraria hæc principia magnum & paruum in materia collocabat. Profecto multis modis curat Arist. sententiam Platonis cum antiquorum absurdis sententiis conferre, etsi nonnunquam id facit immerito, ac malignè: quorum enim meminit inter Physicos, qui vnum corpus subiectum esse omnibus ponebant, Platonis? qui omnium optime atque distinctissimè quatuor elementorum naturas persequutus est: & materiam formis omnibus carentem, & que in omnium potentia semper esset, non aliter ac Arist. in duxit: estque non vt priores simul atque confusè, sed separatè, ac distinctè locutus de principiis? Quod verò de magno & paruo in materia docuit, longè aliud est quàm Arist. videtur interpretari, non enim ille putat omnia esse vnum formis & magno & paruo, eundemque materiam accidit differre hominem ab equo & hunc ab asino, & alia eodem modo: sed censet (vt Arist. ipse) esse omnium que oriuntur, & intereunt vnam communemque materiam, formas verò esse differendi principia, eò quòd sint simulachra diuersorum exemplarium. Quid ergo est quod de magno & paruo dicit? certè quod ad sermonem præsentem faciat, nisi quis trahat malignè, nihil: formam rei per se esse vnam & indivisibilem in partes, per materiam recipere magnum & paruum, fierique diuersarum partium, & recipere rationem maioris & minoris: nam nihil, quatenus hoc, est magis aut minus hoc, sed maius aut minus, magis aut minus tale per principium diuisionis & infinitatis quod est in materia: atque ita confert formam vnitati, quòd sit indivisibilis: materiam dualitati, quòd sit principium diuisionis & infinitatis, idque verissimè profectò dictum est, non quòd materia habeat per se quantitatem, aut quòd pi aliud accidentis, sed quòd et si concursu horum principiorum omnia accidentia producuntur, quædam sunt quæ videntur

magis insequi naturam formæ, quædam materia, vt calor & frigus elementorum formæ videntur magis, magnum & paruum materiam sequi. Verum hoc in commentario. 4. lib. Meteorum fusissimè sum persequor, modò satis constat quod Plato de magno & paruo dixit verum esse, neque dissidens à doctrina Aristotelis, & esse longè aliud quàm Arist. hoc loco calumniatur. Sed hæctenus dictum est de sententiis eorum qui vnum omnia esse faciunt. Anaximander & Empedocles & Anaxagoras, & alii statuebant omnia esse vnum & vnum, scilicet multorum generationem fieri separatione contrariorum ab vno corpore, in quo omnia confusa commistaque sint. Tres dicti Philosophi in hac assertionem conveniebant, ceterùm Empedocles & Anaxagoras contraria deinde præstebant, Empedocles dicebat esse quoddam, quod licet hæc appellare, quo confusa & commista simul versarentur sine ordine & sine propria cuiuspiam forma, ignis, ær, aqua & terra, hæcque esse finita magnitudine: hæc separari inimicitia, fierique ita mundi huius atque rerum omnium speciem propriam: esseque hunc rerum ortum, durareque vsque dum per amicitiam rursum hæc omnia miscerentur, abeuntque iterum in chaos, & hunc esse mundum & rerum interitum, esseque has rerum vicissitudines infinitas. Itaque infinitos fuisse foreque rerum ortus & interitus. Anaxagoras rerum ortum eundem dixit, tamen in illo corpore informi non quatuor tantum corpora commista esse, sed infinita corpora simplicia, res inquam omnes & miomeras, vt os, carnem, neruum & terram, & aquam, & lignum, metalla, & alia omnia: separata ergo esse aliquando hæc omnia ab intelligentia, atque ita res esse ortas, nunquam tamen rursum in confusionem abitura, sed ab eadem intelligentia, à qua sunt separata hoc ordine retinenda. Ita differunt sententiæ Empedocles & Anaxagoras, quam earum sequutus sit Anaximander, qui separationem etiam res generabat, an sententiam aliam statuerit, neque Arist. dicit, neque est vnde ego accipiam, neque interest sciri. Sed cur dicit Anaxagoram constituisse in corpore illo informi contineri contraria, cum Empedocles quoque contraria statuerit, elementa scilicet? Alii alia respondent, & maiorem contrarii rationem in corporibus omiomeris quàm in elementis iudi-

care nituntur, ego verò dixerim elementa quibus vitur Anaxagoras vocata esse contraria, non quòd ea quibus vitur Empedocles contraria non sint, sed quòd tam aperte sint, vt non esset opus dicere. Quis enim dubitet, an calidum frigidum, humidum & siccum contraria sint? sed & simplices omnes partes contrariae sunt, cum calore frigore, humore & siccitate (quanquam his non tam conspicuè quàm quatuor corpora) etiam etiam aliis accidentibus, vt duro & molli, dulci & amaro, coloribus & aliis passionibus.

¶ Videtur autem Anaxagoras ita infinita opinari, quòd accipiat commune illud Philosophorum dogma esse verum, nihil generari ex eo quòd non est, nam propterea ita dicunt esse simul omnia, & ortum statuunt quandam commutationem. Quidam autem separationem & commistionem. Praeterea quandoquidem sunt mixta ex seipsis contraria, inerant ergo. Si enim omne quòd fit oportet fieri, aut ex ijs quae sunt, aut ex ijs quae non sunt: horum aut alterum putà ex ijs, quae non sunt, fieri est impossibile (nam hac in re consentiunt omnes qui de natura disputant) reliquum iam necessario accidere putabant, ex ijs quae sunt, & insunt fieri, sed ex ijs quae à nobis ob molis exiguitatem sentiri non possunt: quae de causa dicunt rem quauilibet cum alia quauilibet esse permixtam, quia quauilibet ex quauilibet ortiri videbant. Videri autem res diuersas & dici inuicem, ab eo quòd multitudine abundat magis in mixtione eorum quae infinita sunt. Nam

sincerè totum album aut nigrum, aut dulce, aut carnem, aut os, nihil esse: cuius autem plurimum habet res quacunque talem esse videri eius naturam.

¶ Cùm haecenus proposuerit Aristoteles multas de principiis sententias eorum qui Physici appellati sunt, solam sententiam Anaxagorae persequi vult, atque omnino refutare, quia haec (quantum intelligo) maximè abest ab ea sententia, quam Aristotele. ipse est confirmaturus. Nam vt paulò ante monui sententiae aiorum, qui statuebant vnam rerum omnium materiam, & duo contraria principia commutationis, non longè aberant. Oportuit ergo quo deinde Aristotelis sententia faciliùs confirmetur, hanc priùs retuleratque vt refutationi magis pateat, sententiam Anaxagorae exponit aliquanto longius & clariùs, quàm solet, exponens etiam argumenta, quibus ille in suam sententiam ductus est. Erat primum illius argumentum, Nihil potest generari ex eo quòd non est, ergo omnia quae generantur antea simul erant: atque hoc argumento hucusque tam vtebantur qui statuebant omnia esse vnum, quàm Anaxagoras, tamen deinde non eodem modo concludebant, sed illi colligebant omnia esse antequam generarentur in vnicò corpore, deinceps rerum varietatem sola ea commutatione quam vocant alterationem fieri: Anaxagoras autem colligebat omnia fuisse confusa & delitescientia in corpore illo infinito, quòd ponebat: deinde vero separatione & commistione ortiri & interire cuncta dicebat. Erat in eandem sententiam aliud argumentum quòd ita concludebatur, Omnia sunt ex contrariis, album ex nigro, dulce ex amaro, calidum ex frigido, caro ex non carne, homo ex non homine, ergo omnia erant simul. Nam aut ea quae sunt, fiunt ex rebus quae sunt, aut quae non sunt: ex ijs quae non sunt non possunt, cum sit consensus Philosophorum omnium, ex nihilo nihil fieri. Superest fieri ex ijs quae sunt, sed cum res antequam generatae sint non appareant, & probatù sit esse, videtur probabilissimum esse
qui

quidem, sed ob exiguitatem corpusculo-
rum à nobis non sentiri. Ita ergo statuunt,
atque dicunt res non esse à se ipsis ex infi-
nito illo exactè separatas, sed plus aut mi-
nus omnes cum aliis omnibus commistas,
accipere tamen rem quamuis appellatione
ab eo quod in ea maximè superet, quamuis
nihil sit exactum, sincereque hoc, aut illud,
vr neque album, neque nigrum, neque dul-
ce, neque caro, neque os. Id verbò cogno-
scere se putabat Anaxagoras hoc argumen-
to, quod res quælibet ex alia quauis fieri po-
test: quod non posset. Nam res ea cuius ni-
hil in alia esset, non posset ex ea generari: ali-
ter fieret ex eo quod non est. Itaque omnia
argumenta Anaxagoræ in hanc solum asser-
tionem deoluuntur, nihil fieri ex eo quod
non sit, atque proinde, quod sit esse prius.
Cui argumento respondent plerique pro
Aristotele, concedentes rationem argumen-
tandi, atque dicentes omnia esse in aliis om-
nibus aliquo modo, potentia scilicet. Ego
verbò non ita responderem: nam potentia so-
lùm esse, est nullatenus esse, sed posse esse
solùm. Ergo si illi acceperint, nihil sit ex
eo quod non potest esse, rectè responde-
rent, quodlibet posse esse omnia (nam hoc
est esse potentia) sed cum acceperint, nihil
sit ex eo quod non est, non rectè respon-
dent. Ego igitur negauerim hanc ratio-
nem argumentandi, nihil sit ex eo quod nõ
est, ergo quidquid sit erat prius in eo ex
quo sit. Nam ignis sit ex ligno quod nihil
habebat ignis, tamen erat aliquid, lignum
scilicet, communem habens materiam cum
igne. Nam non ita dicimus, nihil sit ex eo
quod non est (quanquam in Anaxagoræ ar-
gumento ita accipitur, nihil sit ex eo quod
non est id quod sit) sed nihil sit ex eo quod
omnino non est. ex quo constat non con-
cludi, id quod gignitur esse, antequam gi-
geretur.

¶ Si igitur infinitum qua est infi-
nitum cognosci non potest. Infi-
nitum enim multitudine aut magnitu-
dine cognosci non potest quantum
sit, quod autem secundum speciem
infinitum cognosci non potest, qua-
le sit. Sed si principia infinita sunt

*multitudine & specie, non possent co-
gnosci qua ex his sunt: ita enim co-
gnoscere id quod compositum est pu-
tamus, cum cognoscimus ex quot &
quantis est.*

¶ Incipit refutare sententiam Anaxagoræ,
obicitque multa, quæ vr intelligantur mel-
lius, libuit mihi singula argumenta per
se enarrare. Hac itaque dictio continet
primum argumentum. Verùm oportet
prius animaduertere, Anaxagoram statuis-
se principia rerum siue elementa infinita
non magnitudine, sed multitudine & spe-
cie: nimirum esse principiorum specie dif-
ferentiam infinitam multitudinem, quo-
rum separatione & congregatione acci-
deret rerum varietas. Quanquam illud
etiam corpus infort. ne, illud inquam chaos,
ex quo separata esse omnia putabat, po-
nebat infinitum. Nam ex infinita mul-
titudine rerum alicuius magnitudinis non
potest non constari magnitudine infini-
tum. Est ergo hoc primum argumen-
tum: sit ex sententia Anaxagoræ vr ni-
hil esset, quod cognosci posset. Nam quod
infinitum est, ea ratione qua infinitum
est, non potest cognosci, vr si quod cor-
pus esset magnitudine infinitum, nemo
posset scire quantum esset, nemo enim
posset metiri, nam infinitum superat om-
nem magnitudinem. Si quæ res essent
infinitæ multitudine, nemo posset dice-
re quot essent ea res, nimirum essent su-
pra omnem numerum: eadem ergo ratio-
ne videtur, si in quauis re essent infini-
tæ rerum formæ, neminem posse agno-
scere rei formam, cum infinitarum for-
marum sit. Quis enim sentiat quæ for-
ma ex infinitis prodierit: ergo si princi-
pia essent infinita multitudine & specie,
non possent cognosci quæ ex his sunt.
Nam tunc putant omnes homines (hæc
phrasis, ita putamus, apud Aristotelem
continet confirmationem ex communi ho-
minum consensione) cognoscere id quod
compositum est, cum agnoscunt, quot &
quanta sint ea ex quibus est compositum,
quod si multitudine sunt infinita, fieri nõ
potest. Certe si quis rectè conficiet, hoc ar-
gumentum est acutissimum, atque efficacissi-
mum.

num. Quid enim dicitur concedes fortasse res non posse esse cognosci, eo quod non possint sciri, quot sint eius principia cognosci tamen quodam modo. At ex argumento Aristotelis sit nullo modo cognosci posse rei cuiusquam speciem, neque eo quod supra reliquas emineat, si infinitorum premium est. Nam cuiusque earum specierum, quae in missione sunt cognitioni, detrahit aliquid aliarum quarum: quare cum quancunque acceperis, reliquae sint infinitae, sit ut cuiusque cognitionem infinite aliae species obsecrent, ergo in permissione infinitarum, cuiusque earum cognitio erit penitus sublatam: ergo, si vera esset Anaxagorae sententia, nulla rei species veniret in conspectum, neque omnino esset quicquam cognoscibile. Nam quod nulla species sit in ea missione, quae non obsecret cuiusque aliarum cognitionem, ita quales. Si de gustis vinum, & aquam, & acetum, & mel, & sapam, & lac, & multorum fructuum succos, scortum ac per se, aperit cognoscet, succum, quem visus tamen hinc duos illorum geminos, de gustis obsecratur distinguere, si tres prolixos obsecrat, si quatuor, fortasse nullum agnosces, nisi si gustatu cum bono, tum exercitatus si viginti aut eo plures, nullus dicat qui succus aut qui succi illic sint. Ergo cum quod plures adduntur, eo singulorum notitia magis obsecratur, singulae res aliarum omnium detrahunt cognitioni. Atque in infinitum committio procedat, omnis cognitio tolletur. Libuit hoc argumentum ex explicite satis, & persequi quia est dignum Aristotele.

¶ Præterea si necesse est, illud cuius pars potest quancunque esse magnitudine, aut parvitate, & ipsum posse (intelligo autem partem aliquam earum, in quam cito insit, dividitur totum) si autem non potest animal aut planta quancunque esse magnitudine, aut parvitate, manifestum neque partium aliquam, nam idem accidit toti, caro autem & os, & alia huiusmodi, animantis partes sunt, fructus plantarum. Manifestum ergo, neque carnem, neque os, neque aliud quicquam

posse esse quancunque magnitudine, aut ad maius, aut ad minus.

¶ Dicitur Thomas intelligi hoc secundo argumento in eadem Aristotele. in illam dogmatis partem, esse particulas tam exiguas, ut non sentiantur. Tamen non satis intelligitur argumentum. Non enim valeret haec ratio argumentandi, non potest caro, aut os, aut aliud tale, quancunque minus, sed est quaedam moles, infra quam non potest esse, ergo non possunt esse illorum partes tam exiguae, ut non sentiantur. Certè multa esse quae per exiguitate sentiri non possunt, non negaret Aristoteles. Sed est ergo quod refutat, quod concederet. Non videtur fieri ex dogmate Anaxagorae, cretèdè aut decretèdè non esse rebus statum terminum, sed posse quancunque crescere, aut minus: neque posse rem quamvis ad eam magnitudinem crescere, ut nulla possit ei fieri accretio servata natura: neque ad eam exiguitatem, ut nulla possit fieri detractio. Hoc nititur hoc argumentum convincere, aut statueret, tamen quancunque certum quondam habere modum finemque incrementi & decrementi: id vero facit, quia visus est Anaxagoras contrarium profiteri, & quia ad sequentia argumenta facit quam plurimum. Argumentum vero est huiusmodi, si rei cuiusvis pars potest quancunque magnitudine, aut parvitate esse, & ea res, cuius pars est potest, cretèdit enim & decretèdit totum cui partibus ergo si totum non potest, neque eius pars quicquam poterit. Sed neque animalis, neque plantae possunt fieri quancunque magnitudine, aut parvitate, & caro, & os, & alia huiusmodi sunt animalium, fructus, & alia huiusmodi sunt plantarum partes: ergo neque os, neque caro, neque aliud quicquam potest esse quancunque magnitudine ad maius, aut ad minus, hoc est cretèdè, aut decretèdè. Dicitur est ab Aristotele per parèthesim, intelligo partem aliquam earum, in qua cum insit, dividitur totum, quae verba putat Dicitur Thomas scripta esse ad excludendas infinitas partes committio: quod in qua cum insit, significare partem quancunque est actu, cum infinitae partes non sint actu in continuo, sed potentia. Sed quorsum haec dicere modo Aristoteles certè non erat hinc locus, nam quod ab eo hic dicitur, de quancunque magnitudinis continueque parte intelligi potest, nam quancunque partem accipis corpus, si continuari, si ea crescat, in immensum crescet & ipsam corpus. Quid ergo est quod Aristoteles

per parenthesis dicitur nihil aliud, quam se loqui de partibus in quas corpus diuiditur secundum magnitudine, ne de partibus se sentiat, ut alius partibus. No desunt qui obicit videri hic Arist. principiu petere, quia cum suscepisset hac disputacionem, an esset rebus omnibus eorumque quidam crescendo: & decre scendo, accipit nequam animalia neq; plantas tales terminu habere. Verum no accipit, quia cum dicitur ergo de rebus omnibus, solum quod ille dicebat esse principiu, est coequentio. Deinde quia est de rebus omnibus suscepta esset disputatio, no esset in petito principiu, sed manu ducto a facilioribus, si suppletur, cum experientiu ipsum, quod de animalium & plantarum corporibus habemus, cum etiam argumenta quaedam propria quoque de his corporibus sunt, que ego statim dicam. Illud modo notatu velim, quod nemo arbitror, nisi edidit hoc Arist. argumentu altera de parte no recte cogit. Na illud recte cogit, si pars potest esse quatuorq; magnitudine, & totu potest: na aliter totu esset minus parte: no in statim si pars potest fieri quatuorq; paritate, & totu potest, na cum constet totu multis partibus potest manere cum iusta magnitudine, & tunc aliquando finit, deest coe. Illud ergo no recte concluditur, si animalia & plantae possunt sine termino decre scere, neq; aliqua iuratu finit. Neq; preterea videtur turpiter exactu, quod de partibus animalium & stirpium concluditur, ad alia oia que omnimoda sunt transferre. Cur enim si caro, & os, & fructus; quia partes sunt aliaru reru que non omnes sunt in animalia & plantae, habent certu modu crescendo & decre scendo, & de ignis, & iura & caetera que partes no sunt taliu reru eum etiã modu habere putentur questionem hac de maximo & minimo corpore, an sint in singulis speciebus an in nullis eorum; producunt barbari scriptores, ut bona pars naturalis Philosophis apud illos insummat in disputacionem de infinito & de maximo & minimo, quod sic, aut quod no (na his nominibus vultur) ego vero nullas faciens illo uenias, rem breui perstringam. Magnitudine infinitu nullu omnino corpus fieri potest, na coeli est maximu omnium corporum, id est infinita magnitudine esse no potest, ut Arist. euidenter monstrat de caelo. Na quod omni ex parte est predictu figura no potest no esse omni ex parte finitum, coeli vero utraq; ex parte est rotundum. Accedit, qd si infinitu esset no pos-

set in circulum moueri, ut Arist. loco citato indicat, moueri tamẽ illud experimus. Extracolum nihil est, siquidem vnus & perfectus est mundus, & coeli sunt tota materia; intra caelum multo minus possit aliquid infinitu fieri, no enim possit corpus infinitum intra finitum contineri, ergo nulla ratio est, qua corpus infinitum possit fieri. Sed & prater dicta haec repugnat, coequentio, & contradiccionem, corpus infinitum, aut numerus infinitus. Nam corpus & numerus sunt nomina quantitatatis, hic deiuo cta, illud continuata; ergo si quid est corpus, aut numerus diuidi potest in partes: nam hoc est in quantitate ratione, diuidatur ergo id corpus quod infinitum ponis in duas partes, necesse est ambas aut alteram esse infinita, nam ex duobus finitis no potest fieri infinitu. Pars que erit infinita, no erit minor toto, nam quod infinitum est, nullo potest esse minus, ergo tam repugnat fieri infinitu corpus, qd totum no esse maius parte: cum ergo nullum corpus possit esse infinitum, omnibus est quida crescendo finis, sed no omnibus eodem modo. Nam quibusda rebus est natura sua statutus modus magnitudinis, ut caelo, & animalibus, & stirpibus & eorum partibus: quibusdam no est crescendo finis natura sua, sed alius causis. Quia scilicet ita natura comparatur esse, ut nulli rei possit esse tempus, & locus, & materia, & reliqua omnia ut crescat quantumuis. Huiusmodi sunt ignis, aer, aqua, & terra, & mineralia (nisi forte haec plantae sunt) caelum enim natura sua habet statuta eã magnitudine qua modò est, cum habeat naturã qua neq; proprie neq; improprie potest recipere incrementum. Animalia omnia & plantae amat natura sua corpora ita costructa, his finibus, his organis praedita, & membra ad eas actiones, quas natura accommodata. Costructa vero in praecipuis commoditatibus, ad ita aut aliter operandum, esse certam magnitudinem. Ergo natura sua statutus est terminus magnitudinis animalibus, & stirpibus, quae & illorum partibus. Nam caro, os, aut fructus exempli gratia, neq; possunt gigni, neq; incrementu capere, nisi in animalibus, aut plantis, in his vero no possint quantumuis crescere, cum ea no possint. Ignis, & aqua & haec modum finem natura no habet statutum quẽdam finem crescendo: cum neque figuramentum, neque organa, sed crescant ut est commoditas, & materia suppetit: nihilominus quia hec non potest infinite suppetitari, si-

nem habens crescendi. Fidem res, quæ natura sua habent terminos in augere, minui, necesse est habere terminos, & parvitas. Cælum, hanc molem quæ infinita statuit, ac definitam naturam habere, & nequam maiorem nequam minorem habere possit. Animalia & stirpes figuris quædam & organa amant, quæ non possunt in quædamque exiguitate subsistere. Hæc ergo natura sua habet terminos decrescendi, sed neque pariter horum neque aliter inanimata, & omnioteres, ut ignis & aqua habent decrescendi terminos natura sua: nam ubi cõferuantur in quibusdam figuris aut organis, neque est quod natura earum amet certam molem. Nihilominus alia causa fit ut habeant exiguitatis etiam finem, cum tendunt in corruptionem (non enim cum generati incipiunt, est minima pars quæ generetur ut lib. 6. ipsi Arist. dicit) nimirum res omnes conferuant sese, & pariuntur ab aliis omnibus, atque iniquis possunt esse ab externis iniuriis resistere, sicut enim minore mole. Ergo res quousque ad certam exiguitatem venire possunt immittuntur, ubi quæ nullatenus possit in ea resistere, ubi ubi esse, ponatur, atque hic erit finis magnitudinis, & finis, quoniam omnibus rerum speciebus erit idem, sed vestes plus aut minus patiens est externarum iniuriarum, ita maior aut minor. Quid si ponas rem quæ in ea exiguitate iam constituta est, ut non possit minor esse (hæc dico propter Sophistarum argumenta) secari, respicere debet, inesse quidem rebus terminos crescendi & decrescendi, non tamen omnino certos: non enim habet res quæ pliam molem quam nullam minorem habere possit, neque quam nullam maiorem sed res quævis sit, est aliqua exiguitas ad quam nunquam decrescendo potest venire, & quedam magnitudo ad quam nunquam potest venire crescendo. Ergo si hoc ita habet (ut profectò habet), & cepit. lib. 6. monstrare incipimus, nunc verò ponimus, quia necesse est ut prius de divisione infinita conatinet & de ratione incipiendi, & finiendi disputetur) constat nullam substantiam esse quæ non possit non nihil diuidi. Quod si rursum ponas rem diuidi in duas partes, quarum quævis sit minoris molis ea quam res habere potest, & profectò res interibit, migrabitque in res alias, quæ possint esse cum minori mole. Quod si singis hanc esse omnium minimam, interibit nihilominus, sed quævis eius pars coalescet cum re quæ ei est vicina. Quod si id fieri non posse aliqua de cau-

se singis, neque scitari poterit, quia pugnantia ponit. Hæc si intellexeris ad sequentia Aristotelis argumenta paratus eris, & vultu Sophistarum calumniae conturbabunt. Eorum vultu quæ de terminis incrementi & decrescendi diximus lib. 8. habebis monstratorem. **Præterea si omnia hæc insunt alia in aliis, & non pugnuntur, sed separantur, cum essent composita, dicitur autem quod unus ex eo, quo magis abundat, & sit ex quoque, ut carne aqua excretionem, & caro ex aqua, omne autem corpus finitum separatur a corpore finito, manifestum non posse quodcumque, in quoque, esse separata enim ex aqua carne, & rursum genita alia separatione ex reliqua, & si semper minor erit quæ excernitur, verum non vincet paruitate omnem molem; quare si steterit excretio non quodlibet in quolibet erit, nam in reliqua aqua non erit caro. Si autem non steterit, sed semper habebit separationem, in magnitudine finitæ equalia finita erit infinita multitudinem, hoc autem fieri non potest. Præter hæc, si omne corpus est necesse aliquo separato minus fieri, carnis autem definita est quantitas, & magnitudine, & paruitate, manifestum quod ex minima carne nullum separabitur corpus, erit enim minor minima.**

¶ Nimirum Arist. hoc tertio argumento monstrare, fieri ex sententia Anaxagore quædam falsa, utiturque in primis repetitione dicit, ex te ipsa opinione eam reuincit. Nam si (ut illi dicunt) quodlibet est in quolibet, atque res non ita sunt, quæ separantur, & res quævis accipit appellationem ab ea specie quam maxime abundat, & potest res quævis ex quavis alia generari, ut aqua ex carne, & caro ex aqua, & in his separationibus semper separatur finitum corpus, & certe magnitudinis, a finito: constat (inquit) colligi contrarium positum, non esse quodlibet in quolibet. Separat enim caro ex aqua, si adque prima separationem, ex reliqua aqua separat iterum

iterum caro, iterum etiam separatur caro ex reliqua aqua. Aut per separationem peruenitur ad eam aquam, ex qua nihil amplius carnis separari potest, aut non peruenitur, sed infinites etiam separari poterit. Si primum dicis, das aquam in qua nulla caro sit, atque ita non erit quodlibet in quolibet. Si secundum, sit ut separatur infinita numero partes æquales magnitudine, aut maiores vna quãdam terra, ex corpore finito, quod fieri non potest. Quod verò illa carnis partes erunt æquales, aut saltem, non minores quã certa quãdam, probat, quia et si secreta prima maior sit reliquis, atque secunda quã tertia, & tertia quã quarta, tamen nunquam perueniet ad tãtam exiguitatem, ut excreta caro minor sit quacunque re alia, quia nunquam erit minor minima. Falsum ergo est quod asseritur, quodlibet esse in quolibet. Attente dictum est ab Aristotele, æqualia, quia per inæquales partes ex quouis corpore continuato potest pcedere in infinitum separatio: quantum agitur in ipsa quantitate, nam formæ rerum, ut dictum est, nõ expectant quantãcunque diuisionem. Præter hæc rursum argumentatur alio modo. Positum est esse carnem minimam, eam, inquam, qua non potest esse alia minor: ab illa ergo nihil poterit separari, nam si quid separaretur, reliqua caro esset minor minima, cum omne corpus separatione fiat minus: non ergo ex quolibet potest separari quodlibet, neque quodlibet est in quolibet. Hoc argumentum Aristoteli, siue vnicum est, siue duo, non videtur mihi bene concludi neque enim obscurum est quid possit Anaxagoras respondere. Nam illius sententia erat, oriri res omnes separatione, & interire admixtione. Cum ergo ex aqua secretionem fiet caro, reliquam cum intereat (nam semper ortus vnus est alterius rei interitus) non manebit aqua, sed miscebitur cõ aliis corporibus. Eodem modo, si ex carne minima aliquid secretetur, generabitur profectò id quod secretetur (nam hoc est Anaxagoræ generari) non ergo manebit caro, nedum manebit minor minima. Non miror, Aristotelem vsum esse argumētis aliqui re leuibus, neque enim omnia possunt esse hrmisima, sed perpendo argumentorum vires, ne studiosi falsis aliquando assentiantur, & leuibus argumentis capiantur, ut Sophistæ, qui sine omni iudicio Aristotelem enarrant, illudque sibi persuaserunt, nihil vnquam ab Ari-

stotele excidisse, quod nõ sit verum, imò verò etiam sacrosanctum: quo factum est, ut cum falsa pro veris sine omni delectu accipiant, in mille nugas, Aristotele non raro præbente ansam, apertiat. Bone Deus quor millia argumentorum ridiculorum excogitarunt, duo hæc argumenta Aristotelis immitati, neque detentius quã ille, colligentes, ergo datur minus minimo. Profectò mea sententia indignus est cõmercio doctorum hominum, quacunque sine iudicio autorem quempiam præter sacros aut scriptis aut relectionibus enarrat, nec si Hippocrates quidem autor sit.

¶ Præterea in infinitis corporibus est certè iam caro infinita, & sanguis, & cerebrum, separata quidè alia ab alijs, qua nihilominus erunt, & illor. in quodnis infinitum. Hoc autem est præter rationem.

¶ Præterea, inquit, sit ex sententia Anaxagoræ, non solum ut fiat infinita rerum species, sed etiam vt earum quæuis sit infinita magnitudine. Nam cum sint infinita corpora, in quouis eorum erit aliquid carnis, & sanguinis, & cerebri, & aliarum omnium rerum, atque in quouis est cuiusque aliquid, & aliquid magnitudinis, erunt ergo rei cuiusque infinita partes cuiusdam magnitudinis: ergo erit cuiusque speciei in finita magnitudo, non solum ex omnibus constabitur infinitum corpus: hoc verò (inquit) est præter rationem. Neque solum hoc colligitur euidenter, sed etiam (quod est multo magis absurdum & improbabile) quodcunque corpus, etiam minimum, esse magnitudinis infinitum, vt pusillum hominem. Nam si infinita sunt rerum species, & quodlibet est in quolibet, profectò in homine pusillo latent infinita numero substantiæ, & earum quæuis cum quadam magnitudine: nam earum quæuis potest cum quadam magnitudine ab eo separari, ergo infinita partes sunt illius hominis cum quadam magnitudine: est igitur hominile infinitum magnitudine cum sit exiguus: nihil ergo non est infinitum. Sed ex iudicio, nihil non sequitur, tam est absurdum.

¶ Sed nunquam separatum iri, non scienter, recte autem dicitur. Nam passionēs separari non possunt, si ergo admixti sunt colores, & habitus, cum separabuntur, erit album, vel sanū, quod nihil aliud sit, neque in subiecto. Quare absurdū facit mens, siquidem vult separare, hoc autem fieri non potest, neque secundum magnitudinem, neque secundum qualitatem. Secundum magnitudinem, quoniam non est minima magnitudo: secundum qualitatem, quia non possunt passionēs separari.

¶ Dicitis argumentis respondēbant, qui Anaxagorā placita iuebantur, nunquā posse separari omnia quæ permixta sunt: quod quidem, inquit Aristotele, recte dicitur, quamquam nesciant quid dicant. Nam Anaxagoras dicebat omnia permixta esse, non solum substantias & species rerum, sed passionēs etiam & habitus, vt carnem, os, neruum, album, nigrum, dulce, & alia omnia: constat verō hæc omnia non posse separari, nam si passionēs aut habitus possent separari, posset esse album, aut sanum, quod nihil aliud esset, neque homo, neque animal; neque alia substantia: itaque accidens sine subiecto. Sed ex hoc sequitur stultē facere mentem illam, quam Anaxagoras inquit separasse res omnes, nam conatur separare omnia, cum non possit ea separari, neque secundum magnitudinem, id est, neque corpora omnia, quia à minimo non posset aliud corpus separari, quia fieret minus minimo: neque secundum qualitatem, quia passionēs non possunt separari à substantiis. Constat verō stultum esse curare id facere quod fieri non potest. Ego huic argumento, si Anaxagorę sententiā tuerer, respondeo, intelligentiā illam nō separare accidentia à substantiis, neque id curare, sed substantias à substantiis, & accidentia ab accidentibus. Neque verō id curare omnino facere, quatenus scilicet res mere de simplicibus omnino maneat, sed quatenus variegat rerū omnium apparere possint species, idque curare quod fieri potest. Iam verō quomodo ex minimo corpore separari aliquid possit antea diximus.

¶ Non recte autem rerum ortum accipit ex vniuersis, accidit autē vltimum in luti partes diuiditur, accidit vt non aliter non eodem modo, quia lateres ex luto, & ex lateribus domus, aqua & aer ex se ipsis constans: & finiunt. Melius autem est pauciora, & finita accipere, vt facit Empedocles.

¶ Modò docet non recte Anaxagorā (erat enim fortasse hoc in suo sententiā minimis) colligere ex modo quo res vniuersas accensione similitum partium generatur, vt flu men concursu riuulorū, ita omnia generari, concursu rerum similitum, & separatione à dissimilibus. Nam non in omnibus ita accidit, sed quædam ita sunt, vt lutum ex luti particulis: quædam aliter, vt lateres ex luto, & domus ex lateribus. Atque alio modo sunt aer & aqua ex se ipsis motibus, interitus scilicet & ortu, vt alio loco non strabuius. Itaque illud argumentum erat infirmum. Colligit andem, melius esse pauciora, & finita ponere principia, vt ponebat Empedocles, quam infinita, vt Anaxagoras. Sed quorsum Arist. cum argumentum sit contra multas placiti illius assertiones, contra vnicam eam partem, quæ infinitas rerum formas ponit, colligens dicit melius est finita quam infinita ponere. Certe vidit Arist. ea solum argumenta quibus infinitam multitudinem tollere conatus est, fuisse firmissima, atque etiam demonstrationes: quod ego singula explicans aperui. Sensit quoque Arist. nulla in parte esse illud placitū omnino absurdum, præter infinitorū assertionem. Ego certe ita existimo, infinitū nihil omnino esse posse, neque magnitudine, neque multitudine, neque forma, præter summū Deum, qui est infinitæ bonitatis, sapientiæ, & potentatū. Cetera tamē quæ ab Anaxagora dicuntur, haud scio an sint vera, Deus sciri mihi scitè nō sunt. omnino improbabiles. Nā quis fiat an quod educi de potentia materie dicitur Aristoteli sit separari quod latebat confusum. Quatenus modo nihil affirmo, sed non esse penitus improbabile dico. Anaxagoræ placitū, si quis tollat infinitas rerū species: hæc enim finita proculdubio sunt, vt Aristotelis argumenta demonstrabant.

CAPVT QVINTV M.

OMnes autem contraria principia faciunt, vel heretia qui dicunt omnia esse unū, & immortū. Et enim Parmenides frigidum & calidum principia facit, hæc autem vocat ignem & terram: & quidam rarum & densum: Et Democritus plenum & vacuum, quorum aliud quidē vt quod est, aliud autem vt quod non est, esse dicunt: præterea positione, figura, ordine, hæc autē genera esse contrariorum. Positione, vt supra & infra, antē & retrō. Figura, angulis præditum & sine angulis, & rectum & rotundum. Quod igitur contraria quodammodo omnes faciunt principia manifestum. Atqui hoc mirū sit, oportet enim principia neq; ex se ipsis mutuo, neq; ex alijs fieri, sed ex ipsis omnia. Contrarijs autē primis accidunt hæc: quia prima sunt, non fieri ex alijs: quia contraria, non fieri ex se ipsis mutuo. Sed oportet hoc quoq; quomodo fiat ex ratione coniectari. Accipiendum autem primum omnium, que sunt, nihil secundum naturam solere agere aut pati sine discrimine in quodcunque, aut à quocunque, neque fieri quodcunque ex quocunque, nisi quis secundum accidens intelligat. Nam quo pacto fiat album ex musico? nisi accidat albo aut nigro, esse musico? sed album fit ex non albo, atque ex hoc non quocunque, sed ex nigro, aut quopiam eorum que in medio sunt. Et musicum ex non musico, nō tamen ex omni, sed ex amuso, aut si quid est in medio eorum. Neque quidē interit in quodcūq;

occurrit, vt albū nō in musicū, nisi forte secundū accidens, sed in non album: atqui nō in quodcūque non album, sed in nigrū, aut quod in eorum est medio. Et musicū eodem modo, & hoc non in quodcūque sed in amusum, vel si quid illorū medium est. Eodē modo accidit & in alijs. Præterea, et que nō sunt simplicia sed cōposita, eodem modo habēt, verūm latet hoc etsi ita cōtingat, quia cōtrarijs dispositiones nominibus carēt: necesse enim est aptē cōpositū ex non aptē cōposito fieri, & id quod nō est cōpositū aptē ex aptē cōposito: & interire aptē cōpositū in ineptā cōpositionē: & hæc, nō quācūq; sed eā que est cōtraria. Differt autē nihil, loqui de harmonia, aut ordine, aut cōpositione. Manifestum enim est eandē esse rationē. Verūm & domus, & statua, & aliud quiduis fit eodē modo. Nam domus ex eo edificatur, quod nō sunt cōiuncta, sed separata ea ex quibus cōstat, & statua & qua figurata sunt, ex figure priuatione, & quodcūq; horū parim ordo, parim cōpositio quedam est. Si igitur hoc verū est, omne quod gignitur, ex cōtrarijs, & quod interit in contraria, aut quā in illorū medio sunt, oriatur & interit. Que verō in medio sunt ex cōtrarijs sunt: vt colores ex albo & nigro. Quare omnia quidem sint secundum naturam genita, aut contraria, aut ex contrarijs. Arque hæc in re ferē plurimi aliorum consentiunt, vt prius diximus, omnes enim elementa, & ad ipsis vocata principia, etsi sine ratione illorum quidam ponūt, tamē cōtraria dicunt

dicunt, quasi ab ipsa veritate coacti. Differunt aerem mutuo, quod quidam per ora, quidam posteriora accipiunt. Et quidam notiora secundum rationem, quidam autem secundum sensum: quidam enim calidum et frigidum, quidam autem humidum et siccum, quidam autem par et impar, quidam iniucitiam et amicitiam, causas statuerunt ortus. Hac vero differunt inuicem modo dicto. Quare eadem quodammodo quis dicet, et diuersa inuicem: diuersa quidem, ut videtur plurimus: eadem autem quidam analogia. Accipiunt enim ea ex eodem ordine. Alia enim contrariorum continent, alia continentur. Ita ergo et eodem modo dicunt et aliter, et deterius et melius. Atqui quidam notiora secundum rationem, ut dictum est prius, quidam secundum sensum. Quod enim est vniuersale secundum rationem est notius, singulare vero secundum sensum: nam ratio est eius quod est totum, sensus vero eius quod per partes, ut magnum et paruum secundum rationem, rarum et densum secundum sensum. Quod ergo contraria oportet esse principia, manifestum.

¶ Toto hoc capite probat Arist. principia rerum naturalium quaeunque sint debere esse contraria, idque primum probat communi Philosophorum omnium consensione. Deinde et rationibus quibusdam confirmat illorum omnium sententiam: ergo, inquit, omnes contraria principia faciunt: nam vel Parmenides qui statuebat omnia esse vnum, dicitur scripsisse librum, quem vocauit ad opinionem, quo confirmabat praeter vnum illud esse duo alia rerum principia ignem, et terram, haecque vocabat calidum, et frigidum.

Sed dubitabis, quo pacto possent haec constare: an repugnabat eo opere sibi ipsi Parmenides: & debebat priorem sententiam plerique enarratorum dicunt scripsisse Parmenidem librum quendam ad veritatem (ita dicunt) quo confirmaret vnum esse omnia, atque alium ad opinionem, quo statueret duo alia principia calidum et frigidum. Ego vero non intelligo Parmenidem passisse hoc secundum esse a veritate alienum, neque ita scripsisse, quasi duae illae assertiones non essent simul consentaneae, sed posuisse eum substantiam vnicam totius orbis, eamque incommutabilem in seipsa, atque ita omne quod propriè est vnum esse, et eorum commutationibus quibusdam calidi et frigidi fieri rerum multas species, quasi res essent multae: atque in Metaphysicis disputationibus non meminit calidi et frigidi, neque enim intererat, sed in Physicis. Atqui ego intelligo ad opinionem scripta, vocato esse ab eodem Parmenide, Naturalia, & Metaphysica ad veritatem, quia in his disputator docet quod est propriè, & est semper ens, nullas commutationes recipiens, sed idem semper perseverans, in illis vero de commutationibus quae sensu percipiuntur: atqui scientia, eorum quae semper sunt est, quorum etiam est intellectus, de singularibus quae singulis momentis mutantur, & percipiuntur sensu, opinio solum. In qua sententiam Plato in Timaeo ita scripsit, Quae cum ita se habeant, scire oportet esse species quae semper eadem sit, sine ortu atque interitu, quae neque in se accipiat quicquam aliud aliunde, nec ipsa procedat ad aliud quicquam, sensuque corporis nullo percipiatur. Atque hoc est quod ad solam intelligentiam pertinet, eiusque intentionis est proprium: sed est aliquid post hoc quod cum ipso non ratio nec, sed nomine conuenit, eiusque similitudinem gerit, genitum, sensibus manifestum, quod fertur; & sustentatur ab alio semper, & in aliquo loco gignitur, rarissimè inde recedit opinio est. sensus comprehendendum. Alii, ut antea quoque dictum est, qui omnia vnum esse etiam dicebant, quaequā alio modo, rarum et densum principia ortus esse dicebant. Democritus, qui statuebat vniuersa esse ex multis corpusculis in se similibus constata, dicebat constare omnia pleno & vacuo, intercepti enim vacua quaedam inter corpuscula, atque plenum esse ut quod est, scilicet vbi est corpusculum, vacuū, ut quod non est vbi scilicet nihil est. Sed & praeter

hæc statuebat alia genera cõtrationum in positione figura & ordine corpusculorũ, quæ etiam dicebat esse principia rerũ naturalium. Differre enim res a rebus, atq; fieri res ex re a bũdantia pleni aut vacui, & positione, figura, atq; ordine corpusculorũ. In positione contraria sunt hæc supra, & infra, ante & retro: in figura, angulis præditum, & carens angulis, rectum & rotundum, ordinis differentia nullam scripsit, Arist. quia, arbitror, hæc in positione potest contineri. Nam corpusculorũ quibus corpus constat, non potest ordo commutari, nõ commutatã positione. Itaq; Philosophi omnes cõtraria principia esse dicunt, atq; id meritõ inquit Arist.) primũ, quia principia: prima enim principia rerũ naturalũ quærunctur modo, non quæcũque sint quæ neq; ex se ipsis, neq; ex aliis sũt, & ex quibus nũc omnia: sed hoc non potest accidere nisi contrariis primis, nã quia prima sunt non sũt ex aliis, & sũt alia ex illis (nam hoc est esse prima) quia contraria non sũnt ex seipsis: nã in ratione contrariorũ est vt se se expungant, tam longè abest vt possit vnũ ex alio fieri, vt necesse sit quo vnũ eorũ fiat alterum delecti. A nimaduertere tamen, hic nõ negare contrarium ex cõtrario fieri quouis modo, sed vt ex materia: nam albũ ex nigro fit, nõ tamẽ vt statua ex ære (nã hoc modo si fieret, essent simul album & ære (nã hoc modo si fieret, essent simul album & nigrum) sed vt à principio à quo: hoc autem modo, oportet principiorum alterum ab altero incipere, nã aliter nõ essent principia commutationis: rerum vt Arist. ipse argum. nato sequenti aperit docet. Quare non mirum si quis miretur hæc in parte enarrationẽ Diui Thomæ, qui inquit, quamuis frigidũ fiat ex calido, tamẽ non fit frigus ex calore: certè vt fit frigidum ex calido, ita fit frigus ex calore, neutrum enim vt ex materia, vt dicitur in initio sexti capitis ab eodẽ Arist. sed frigidũ ex calido, & frigus ex calore, vt à quo motus incipit, vt sedes fit ex statẽ, & flans ex sedẽ, & lesio ex statione. Græci nomina accidentiũ in distincte proferebat plerũq; aut quasi separata, aut quasi substantiæ attributa, vt siccum & siccitas, calidũ & calor. Neq; quicquã interest, nã ratio & forma eadẽ est: quod aperte intelliges ex Arist. ipso, qui paulo infra in sequẽdo argumento in distincte nũc hoc nũc illo modo vsũt patet exẽpla, dicẽs apte cõpositiũ ex nõ apte cõposito: & statim, commutã nomẽ cõcretũ in abstractũ (ita vocat) interire apte cõpositũ in inepta cõpositionem. Et

statim addit, nihil autẽ interest, siue de ordine, siue de harmonia, siue de cõpositione loquitur. Itaq; Arist. nihil putat referre, calidũ a frigido, aut calorem a frigore fieri. Verũm veniu ad secũdũ argumentũ, quo Arist. vitur vt cõfirmet principia rerũ debere poni contraria: accipiendum est ex ipso experimento quod ex rebus accipitur, nullã rem fieri in distincte ex alia quacũq;, neq; interire in aliam quacũq;, sed rem omnẽ fieri ex contraria, & interire in cõtraria, neq; alter fieri posse, nisi si forte ex accidenti. Hoc verò cõfirmat multis exẽplis in omnibus rebus, & simplicibus & cõpositis, quanquã hoc clariũ dicitur in simplicibus, quia in iis quæ secũdũ cõpositione nõ dicuntur, difficile admodũ possunt inueniri appellationes cõtrariorũ. Certè nemo dicit hominẽ esse factũ albũ ex musico (nisi forte ex accidenti, quia ita cõtingit, nigrũ esse musicũ) sed dicimus factũ esse albũ ex nigro, & musicũ ex nõ musico. Neq; tamẽ album dicimus ex quocũq; nõ albo, sed ex nigro, quod est albo cõtrariũ: aut ex aliquo illorũ quæ sũt in medio albi, & nigri, vt pallido aut viridi, aut aliis coloribus, hæc enim sunt reus idẽ generis, & in medio cõtrariorũ: media verò cõtraria sunt aliquatenus extremis omnib; quia participat vtroq; contrario. Hoc enim est quod Arist. dicit. Quæ verò in medio sunt ex contrariis sunt, vt colores ex albo & nigro. Musicũ nõ fit ex quocũq; nõ musico, sed ex amuso, aut si quid in medio est. Et amusum quod potest esse musicũ, non est nisi, vt homo musicus imperitus: nã lapis est non musicus, sed non est amusus. Ita Angelus est non albus, sed neq; niger, neq; pallidus, neq; quoino alterius coloris. Ex tali nõ musico, quale est in lapide, aut ex non albo quod est in Angelo, non fit musicũ, aut albũ: sed ex amuso aut nigro. Eodẽ modo non interit res quæcũq; in quacũq; aliã, sed in contraria, vt albũ cum interit, non migrat in musicũ (nisi forte ex accidenti) sed q; nigrum fit musicũ, sed in non album, neque in quocũq; non album, sed in nigrum, aut aliud quod in medio albi nigriq; sit. Musicum eodem modo non interit in quocũq; sed in amulum, aut si quid est in medio musici & amusi. Eodẽ modo accidit in aliis omnibus. Præterea & in rebus cõpositis accidit hoc idẽ, vt scilicet hæc ex cõtrariis, & interuentia migrent in contraria: quanquam, vt dixi, aliquanto minũs manifestum in illis sit quàm in simplicibus, quia non sunt imposita nomina

Enarratio
D. Thomæ
notatur.

cōtrariis. Nam si quid sit apte cōpositum, constat ex non apte cōposito fieri tale: et si quid sit non apte cōpositū, sit ex apte cōposito: et si quid desinat esse apte cōpositum, sit inepte cōpositū: atque si desinat esse inepte cōpositū, sit cōpositū inepte. Domus & statua, & alia quidvis sit eodem modo. Nimirū hęc cōpositione, aut ordine, aut figuratio, sive delineatione partium sūt. Domus cōponitur ex nō cōiunctis neq; cōpositis, & figurata nō figurata materia; & domus resoluatur in deſūta & separata, pereunt cōstructione. His omnibus exemplis, satis constat quicquid gignit cōtrarius gigni, & quod interit in cōtraria interire, ergo cōmatariōnis omnis principia cōtraria sunt atq; ita ortus & interitus rerū naturalium principia cōtraria sunt. Atq; omnes Philosophi (hec est repetitio primi argumētis) elementa & ab ipsis vocata principia (hoc dicit Aristot. in neens quod ex antea dixi, & antiquiores & Platone nō duxerunt principia ab elementis) quāquam omnes ferē ea ponēbāt sine ratione, tamē cōtraria esse omnia cōcedebant. Errabant in spe in elementorum cognitione, tamen cōtraria esse debere omnes agnoscebāt, quasi ab ipsa veritate coacti. Verē aut quāquam ponant omnes principia ortus & interitus rerū cōtraria, deservident, & quidā ponant priora, quidā posteriora cōtraria: quidā notiora secundū rationē, seu mētē, seu intellectū: quidā notiora secundū sensum. Nā quidam statuant calidum & frigidum, quidā humidum & siccum, quidā parum & impar, quidam amicis & inimicis: atque in his sunt ille dīferentia, nā illa sunt inter cōtraria aliis priora, quāquā ante alia, aut quę possunt esse sine aliis posteriora, quę succedunt aliis, neq; sine illis esse possunt. Ut calidum & frigidum sunt priora quāquam album & nigrum, & hęc posteriora quāquam illa. Mētē notiora sunt quę ab his quę sensus percipit sunt remotiora, ut à singularibus, & à materia. Sensui notiora sunt cōtraria. Quo fit, ut quod cōtraria aliqua sunt magis vniuersalia, eō sint mētē notiora, quo magis singularia, eō sensui notiora: quia mēs agnoscit vniuersalia, sensus singularia. Ut magnū & paruum sunt notiora mētē, rarum & densum sensui: quia magis & paruum accidit omni quātitati, dēsum & rarū solum corpori. Itaque quid est rarū aut densum, continuū eō est magnū aut paruum: non tamen si hoc est, cōtrariū est illud, nam numerus magnus neque rarus neque den-

sus est. Constat etiam ex his rationibus illa quatuor cōiugia contrariōrum quę diximus, ita differre, nimirū amicitia & inimicitia, par & impar, priora & sensui minūs nota esse, quā calidum & frigidum, humidum & siccum. Igitur cūm hoc ita habēat, videntur Philosophi omnes partium eodem modo sentire de principis natura, partium diuersio. Diuerso quidem modo, & omnes intellegunt eos diuersa dogmata profiteri: eodē verō, quia omnes ponunt contraria, & hęc ex eodem ordine quia alii ponunt priora, alii posteriora: posteriora verō in ordine priorum sunt, quis ab illis continentur. Vt si alii ponant melius & paruum, alii rarum & dēsum, alii album & nigrū. Ceterū hęc cōtraria sine in eodem ordine, alia priora, alia posteriora. Nam omne album aut nigrū est rarū aut densum, & omne rarū aut densum magnū aut paruum: quāquam est aliquid magnū, quod neq; rarū, neq; dēsum est, & ac. est rarus, nōne que albus neq; niger. Hac ergo causa fit, ut partium eodē modo, partium aliter dicat, & vt alii melius, alii dētius sentiant. Nimirū cūm requiratur hęc prima rerum principia, quod quis statuit priora contraria, eō melius sentiat, quod coacti est. Et hac enarratione que facilis est & peripua, nemo non intellegit quod finitē interpretetur Diu? Thomas verba illa capitis. Eodē modo dicunt & aliter, & dētius, & melius. Commētus est enim in quoniam cōiugio cōtrariōrum est: alterū cōtrariū altero melius, & alterū dētius. Sed hoc à præſentis instituti abest longissimē. Ille parat istuari illis verbis priuationē, sed fallitur: nondū venit mēto de priuatione. Profert in loci huius enarrationē alii neq; admodum fideliter, neq; profectō oportet nē & ad rē. Decimo Metaphysicōrum (inquit) dicitur principium contrarietatis est oppositio priuationis, & habitus: illic autē ita habetur: *ἡ ἀπὸ τοῦ ἐναντιοῦ ἐστὶν ἡ ἐπιπένη ἐστὶν ἡ ἀπὸ τοῦ ἐναντιοῦ ἐστὶν ἡ ἐπιπένη ἐστὶν*, prima autē contrarietatis est habitus & priuationis, quod longē aliud significat, quod Diu? Thomas intelligit: nō enim significat semper in cōiugio contrariōrum alterū esse vt habitū, alterū vt priuationē: nā hoc falsum est, neque mētē niger est vt color quod albus, neq; amarus, verus sapor quod dulcis, neq; minūs album habet priuationē nigri, quā nigrum albi. Quod si Arist. in calce cap. 7. lib. 10. Metaphysicorum sic ipse (hec enim verba videntur illi enarrationi fauere) Quare manifestum, semper alterum cōtrariōrum dici secundum priuationem.

Natur
enarratio
D. I. hom.

nihil aliud significat, quàm nō posse duo cōtraria de eadem re dici, sed alterū necessariō negari, aut vtrūq. Verūm hæc fortasse dabit Deus, ut aliquando ad hęc proprio loco enartētur: modo revertor ad priora verba. Prima, inquit, Arist. cōtrarietas est habitus & privatio, hoc est, si quis velit cōtraria omnia a posterioribus ad priora procedēs, ad prima omnium resoluere, perveniet vltimū ad habitū, & privationē. Nā ante quęcūq; cōtraria, sūnt forma & privatio: ergo prima cōtraria hæc sūnt, ut hinc conset opimē omnīū Arist. sensisse de principijs; quia statuit cōtraria prima, reliquos verō sensisse melius aut deterris, ut ad prima magis aut minus accesserūt, statuetes priora aut posteriora. Itaq; colligitur, non esse statuent cōtraria principia, ad que merito.

CAP. SEXTVM.

¶ Sequitur, statim ut dicamus an duo, an tria, an plura sint. Nam vnum non erit, nam vnum non sunt cōtraria. Neque infinita, quia nō posset esse sciētia eius quod est: estque vna cōtrarietas in quonīs vno genere, essentia autē vnum quoddā est genus, & quod accidit ex finis, melius certe ex finis, ut Empedocles, quam ex infinitis: omnia enim se putat exhibere nō minūs quàm Anaxagoras ex infinitis. Præterea sunt alia alijs priora cōtraria, & sunt alia ex alijs, ut dulce & amarum, & album & nigrum, principia autem semper oportet manere. Quod ergo neq; vnum, neque infinita principia sunt, manifestum est ex his.

¶ Investigat Arist. numerum principiorū, ut quē primum omnium probat neque vnum esse neq; infinitū, ut ex his principijs venite possit ad exactū numerū. Non esse vnum scilicet probat. Nam indicatum est proximō capite esse principia cōtraria, in vno autem non possunt cōtraria esse. Non esse infinita

ta probat aliquot argumentis. Primo, quia nulla scientia haberi posset de eo, quod est, quia non potest haberi scientia illius principis ignoratis. Infinita autem non potest esse scientia. Deinde, in quonīs genere est vnicā prima cōtrarietas, essentia verō aut substantia esse, est vnicū genus, ergo illius est vnicā cōtrarietas: & in vnicā cōtrarietate sūnt duotantum cōtraria, ergo in essentia non sūnt in finita principia: principia enim sūnt cōtraria prima (hic nō est sermo de cōtrariis proprie, sed ut declarabitur paulō infra, nā propitē nihil est substantiā cōtrariū). Præterea, quęcūq; fieri possunt, melius & rationi magis consonū est ex finis, quæ ex infinitis fieri, omnīū autē quæ in rebus sūt exhibebat Empedocles cuius idoneas ex principijs finitis, nō minūs quàm Anaxagoras ex infinitis: ergo non sūnt infinita. Præterea, si principia essent infinita, omnia cōtraria essent principia. nā aliter cūm principia omnia sint cōtraria, si aliqua cōtraria nō essent principia, plura essent cōtraria quàm principia, plura ergo infinitis. Recte ergo colligitur, si principia essent infinita, oia cōtraria esse principia. Hoc autē fieri nō potest: nā cōtraria nō oia sūnt prima, sed alia alijs priora, & alia sūt ex alijs, & sūnt posteriora: ut dulce & amarū, & albū & nigrū, quę non possunt esse prima, quia sūnt ex alius, purā ex calido frigido, humido & sicco, sed quę sūt ex alijs non possunt esse principia, quia principia semper oportet manere cūm re cuius sūnt principia, ea verō quę sūt ex alijs, nō sūnt necessariō cū prioribus, sed possunt esse priora antequā sūnt posteriora: & cūm res abit in resolutionē potest amittere posteriora cōtraria, manentibus adhuc prioribus: ergo non possunt omnia cōtraria esse principia, nō ergo sūnt principia infinita, neq; vnum: Ex dictis quivis intelligit frustra sele excutiarie Diuum Thomam, ut liberet Arist. à contradictione, quod capite proximō diserit cōtraria non fieri ex se ipsis mutuo, modo verō dicat quēdā fieri alia ex alijs. Nam Arist. hic nihil minus intellegit quod ille putat. Si priori cap. dixit μὴ εἶναι ἄλλω, id est nō ex se ipsis mutuo, hoc capite dicit ἡ ἑτέρα ἔστι ἄλλω sūt alia ex alijs hoc est alia cōtraria, ut dulce & amarū, ex alijs, ut ex calido & frigido: constat verō hæc nullatenus esse repugnātia. sed Diu? Thomas cūm careat literis Græcis nō potest non libi sepe in enarratione Aristotelis, et si aliō qui sit eruditissimus.

¶ Cum autem finiti sunt, non facere duo tantum non caret ratione. Dubitet enim aliquis, quo pacto densitas raritatem facere possit, aut hac densitatem, atque eodem modo alia que eius contraria, non enim amicitia inimicitia contrahit, & facit aliquid ex ipsa, neque inimicitia ex illa, sed ambo aliud tertium. Quidam autem plura etiam accipiunt, ex quibus naturam eorum que sunt disponunt. Præter hæc dubitare possit aliquis (nisi subijciat contrariis aliam naturam) nullius enim substantiæ eorum que sunt videmus contraria: principium autem non ut in aliquo subiecto dici oportet, esset enim principij principium: nam quod subiectum est, principium est, & prius esse videtur illo quod de eo dicitur. Præterea non dicimus esse substantiam substantiam contrariam: quo pacto ergo ex his que non sunt substantiæ substantia fieri? aut quo pacto non substantia prior sit quam substantia? quare si quis priorem rationem veram esse putet, & hæc necesse est, si vellet servare rationem utranque, tertium subijcere: ut faciunt qui naturam unam esse dicunt, omne quod est, ut aquam arripnem, aut in medio horum aliquid. Videtur autem quod in medio est magis: nam ignis, terra, & aer, & aqua, cum contrariis compacta sunt. Quare non sine ratione faciunt, qui id quod subiectum est, aliud ab his faciunt, atque inter cæteros, qui aerem nam aer minus quam alia habet contraria, qua sensiri possunt. Ita-

rim verò aqua: seu omnes illud unum contrariis designat, ut densitas & raritate, & eo quod est minus aut minus. Hæc autem proculdubio sunt, ut dicatur unum, redundancia & defectus, ut dictum est prius. Et videtur antiquorum esse hoc dogma quod unum quidem, & redundancia & defectus principia sunt eorum que sunt, præterquam quod non eodem modo, sed quidam antiquorum ea que sunt agere dico, id quod unum par: posteriorum autem quidam contra, id quod est unum agere, ea autem que duo pati magis dicunt.

¶ Probat modo aliquot argumentis principia esse plura quam duo. Primo, quia accidens contrarium non potest facere contrarium, neque ex eo aliud, sed ex ambobus fit tertium, & quodvis eorum facit quod fit ex re alia tertia, ea verò erit principium, quare erant iam plura deobus, ut raritas non facit densitatem, neque densitas raritatem, neque densitas facit aliud quodpiam ex raritate, sed ex illis fit tertium aliud, & utraque ex re alia tertia facit, potest ex subiecta substantia, que res quedam tertia & diversa à duobus contrariis est. Ita tria saltem erunt iam principia: quanquam quidam Philosophorum plura accipiunt, ex quibus reum omnium naturam constituunt. Est aliud argumentum quod occurrit, nisi contra tuas alias naturam contrariis principis subiectam, Substantia nulli rei est contraria, ergo nullum contrarium est substantia: sed non possunt esse omnia principia accidentia, quia aliter omne principium esset ut in subiecto: sed quod subiectum est principium eius cui subiectum est, ergo esset de maius principij aliud principium: hoc verò fieri non potest, cum monstratum sit non esse infinita, ergo præter contraria duo est aliud principium quod non est accidens. Rursum argumentatur tertio ex eodem principio. Substantia non est contraria substantiæ, si ergo nullum præter duo contraria esset principium, omnia principia essent accidentia, fieret ergo substantia ex non substantiis: ergo

ergo non (substantia esset prior quàm substantia, accidensq; ante substantiam, quod repugnatur rationi accidentis, cum accidens non aliter sit quàm in substantia: ergo si quis priorem rationem, eam (inquam) qua probatur principia esse contraria veram esse putet, & hanc quam modò proponimus, & velit seruare, utranque siue assentiri utrique, necesse est ponat certum aliud principium subiectum illis, vt faciunt qui naturam vnã esse dicunt omne quod est, vt aqua, aut igne, aut aliud aliquid quod sit in medio horum vt vaporis. Melius autè videtur sentire, qui aliud aliquid à quatuor elementis, ab aere, inquam, aqua, & igne, & terra statuit, quasi primum principium, quod qui aliquod illorum: nam illorum quodcumque cum contrariis est compactum, non est ergo idoneum subiectum primorum contrariorum. Bene ergo faciunt qui aliud ab his faciunt principium, et quæ inter ceteros, inter eos, inquam, qui aliquod illorum corporum faciunt principium, minime peccant qui faciunt aërem, quia hic inter quatuor illa corpora minime omnium habet contraria que sentiri possint. deinde qui aquam; grauisimè autè peccant qui statuunt ignem, aut terram, quia hæc sunt extremis accidentibus affecta. Sed hærebit hic aliquis cerè scio, quo pacto Aristoteles dicat elementa esse compacta ex contrariis, ea verò quæ in medio illorum sunt non aded, nam contra prorsum si elementum enim non compactum est ex contrariis, aliòqui non esset simplex corpus neque elementum: concreta verò corpora, & quæ in medio illorum sunt, compacta sunt ex contrariis. Verùm non est quod hæc obiectio nos perturbet, non enim compacta esse ex contrariis dicitur, vt cõcursum contrariorum facta sint, & cõsunt (hæc enim concretis corporibus accidit, elementis minime) sed vt contrariis compacta, eò cõtrariè qualitatibus illis maxime emineant, a quibus illorum naturis primò accedat. & per se calor enim frigus, humor & siccitas, quæ cõtrariorum omnium sunt maxime cõspicua, & cõmutabilia, quæq; per antonomasiam dici possunt cõtraria, in illis corporibus sunt per se, & propria illorum natura, in aliis illorum corporum participatione. Quo fit, vt nomina cõtrariorum de elementis solis dicantur simpliciter. Philosophi enim dicentes calidum frigidum, humidum & siccum, igne aqua aere & terra puras se dixisse. Quia profectò (cuius sententia esse videtur Galenus de natura humana) ita intelligit, ignem aërem aquam &

terram cum contrariis cõpacta esse, vt affirmant illorum naturas cõcursum qualitarum primarum cum sola materia sine forma alia cõstare, vt ex calore & siccitate, igne: ex frigore, & humore cum materia, aqua: atq; de aliis eodè modo. Quatum habeat probabiliter hæc sententia, alterius loci est disputatio. modò illud vnũ dicimus eam sententiam habere facile loci huius enarrationem. Verùm ratio Aristoteli sententiæ procedit eodè modo, putà in quouis illorum quatuor corporum sunt per se & primò aliq; aut aliqua saltè, qualitatè cõtrariarum, ergo nullum illorum potest esse primorum cõtrariorum subiectum: nam ante alia quecumq; cõtraria, quibus subiectum esse dicitur, habuerit qualitates illas que sunt naturæ erant (si modò verè dicebatur esse ignis, aut aër, aut aqua, aut terra) ergo minùs carebit ratione aliud ab his omnibus diuersim statueret, idq; maxime quod cõtrariis maxime careat. Non probatur profectò ab Aristotele tentia affirmatiuè esse corpus aliud mediũ, vt vaporis, aut affirmatiuè esse aërem: neq; enim aliquid horum est cõtrariuè omnium per se ex pers, quale esse debet principium: sed dicit eos minùs errare, quia in his que statuit minùs excellunt cõtraria quàm in elementis: & in aere minùs quàm in aliis. Cerè si quis attendere velit, intelligit Aristotelem non sine magno artificio, ad inducendũ materiam primam que per se caret omnibus cõtrariis, quin & omnibus formis, properare: sed hoc ipse decursus sermonis aperiet. Modò illud etiam esse cõsideratione dignum, an verum sit aërem minùs habere contraria que sentiri possint, quæ tria alia corpora: non enim videtur, quod Aristoteles ipse quatuor elementis quatuor cõtraria ita distribuatur secundum coniugia, vt nullum videatur plus aut minus aliis habere posse, cum habeat quodcumque illorum alteruè cõtrariuè summo gradu, alterum non longè à summo. Apud me certè, qui lib. Cõtroueriarum confirmauit aërem esse tantum humidum, verissima est hæc Aristotelis assertio. Sed quia ille aliter sentit, aliter enarratus. Non dixit Aristoteles aërem esse tantum humidum, verissima est hæc Aristotelis assertio. Sed quia ille aliter sentit, aliter enarratus. Non dixit Aristoteles aërem esse tantum humidum, verissima est hæc Aristotelis assertio. Sed quia ille aliter sentit, aliter enarratus. Non dixit Aristoteles aërem esse tantum humidum, verissima est hæc Aristotelis assertio.

Obiectio.

Dilutio.

Obiectio.

Respondetur.

que in aqua, in qua frigus est summum, aut in igne in quo est fortissimus calor. Post aërem verò succedit aqua: nam in igne maximè omnium sentiantur qualitates ob maximà violentiam summè caloris, cum siccitate potissimè. Coniunctim dices, minus sentiri posse accidentia terre, quàm aqua, quia in aqua est altera efficacium qualitatum summa, in terra nulla: quare melè videri Arist. post aërem aquam statim dixisse. Certè ita est, sed Arist. vt ex iis que quarto cap. dicta sunt constat, perinde loquitur, quasi nullus opinatus sit terrà esse rem omnium principium. Probat deinde Arist. antiquorum omnium esse dogma hoc: nã illi omnes quodam verum omnium principium statuebãt, quanquã nõ omnes idem: sed alii aquam, alii aërem, alii aliud: omnes tamen illud vñ cõtrariis designabant, vt dictũ prius est. vt raritate aut densitate, & magno aut paruo: que aut vno nomine vocant, abundantiam aut defectum. Ita superest esse antiquorum dogma, principia erunt esse vnum, & abundantiam & defectum: quanquam neq; hoc dicebant eodem modo, sed pleriq; antiquorum duo contraria statuebãt, vt principia ægendi, & illud vnum vt principium patiendi. Dicebãt scilicet, illud vnum esse subiectum & materiã computationis varias subire actione contrariorum. Alii verò (Platonem intelligi) duo illa principia ponebant, vt accipientia, siquidem magnum & paruum in materia collocabant: vnum verò dicebant, vt efficiens, quia vnitatem in forma & specie esse dicebant. Constat verò formam habere vim agendi, & materiam recipere. Sed ego capite quarto indicavi hæc esse calumniam Arist. in Platonem: ad præsentem locum illud vnum sentiri expedit quod Arist. ipse hæcque demonstrauit, principia rerum plura esse quàm duo, atq; antiquos omnes ita sensisse.

Rursum
objicitur.

Responde
tur.

¶ Dicitur igitur tria esse elementa, hæc & similia considerantibus videbitur non esse præter rationem, vt diximus, plura autem quàm tria nõ ita: nam ad patiendum vnum est satis. Si autẽ quatuor cum sint, erunt contraria duplicia, opus erit præter ea ambo esse aliquam aliam naturam mediam. Si ve-

rd ex sese mutuo poterunt generari: superflua cerè fuerint altera contrariorum. Præterea fieri non potest, vt sint multa contrarietates (licet ita dicere) prima: nam substantia vnum genus est verum, & quare ratione solum eius quòd prius, què posterius est, differunt inuicem principia, non tamen genere: semper enim in vnicò genere vnica contrarietas est. Omnes autem contrarietates contrahi videntur in vnam. Quod ergo neque vnum elementum, neque plura duobus aut tribus sunt, manifestum. Horum autem verum sit verum, magnam habet ambiguitatem.

¶ Monstrauit hæcenus Arist. principia plura esse duobus: modo monstrat non esse plura tribus. Accipit verò hic nomen elementum nõ exactè vt in Metaphysicis, sed vt antiqui solebãt, vt idè nomen significat principium. Vñ tur hic tribus argumentis: primo probat esse tantũ tria principia, secundo nõ esse quatuor, tertio nõ esse plura. Primum est huiusmodi. Ad patiendum vnum principium est satis, & ad agendum duo cõtraria (hoc enim suppleri debet) ergo non sunt plura. Deinde, si quatuor essent, essent duo coniugia contrariorum, nam cum indicatum sit principia ægendi esse cõtraria, & patiendi vnum sit principium, non possunt esse quatuor, quin sint bina contraria: quia de vno vno quod esset principium patiendi, superessent tria contraria: quod fieri nõ potest, cum sit vnum vni tantum contrarium. Sed si quatuor sunt principia, contraria duplicia necessè est vt præter illa sit alia media natura, ex qua vt ex materia illa cõtraria generetur, & alia ex illis, nullatenus ergo esse possunt quatuor. Quòd si dicas non opus esse media illa natura, sed ex se ipsis generari mutuo contraria sunt alia materia, certè dup tantum contraria erant satis: nam in duobus illis erit principium agendi & patiendi, ergo superfluum erit alterum contrarium coniugium. Vbi ego legi, Opus erit præter ambo ea, esse aliquam aliam naturam, leges omnes

Notatur
narratio
vulgaris.

omnes ferè, seorsum varisque. esse aliquam
aliam naturam subiectam, atque ita explicat
argumentum, Si essent duæ contrarietates,
esset varique seorsum sua materia, atque ita
essent duæ materie, & sex principia. Sed ego
nō video cur valeret hæc ratio argumentan-
di; car enim nō sit quatuor cōtrariis eadem
materia, ceterò Aristò. nō statuit calidi & fri-
gidit, humidi & siccit, duplicem materiã, sed
vnicã. Proinde hæc verba, Ἄρα ἐκ τῶν πέντε ἐκεί-
νων οὐκ ἐκείνη ἐστὶν ἡ πρώτη μέση φύσις
ita lego, Quid erit esse aliam naturã mediã,
ἕως ἄρα τῶν πέντε, id est, præter ambas, supple-
rẽ, contrarietates. Aliud argumentum, atq;
ad quod tertium, quo probatur neq; posse esse
quatuor, neq; plura principia, est huiusmo-
di, Si plura essent quàm tria, essent multe re-
pugnantiæ siue contrarietates, hoc verbũ fieri
nō potest: nam prima contrarietas est pri-
mi generis (substantiã scilicet) sed in vno ge-
nere vnicã est prima contrarietas, & reliquæ
omnes illius generis referuntur ad illam vni-
cã: ergo non potest esse nisi vnicã contra-
rietas principiorum. Igitur (colligit) neque
vnicum esse elementum (hic quoque elemẽ-
ti nomen dicitur de principio) neque plura
quàm duo, aut tria manifestum est. An verò
duo tantum, an tria etiã sint, nō caret am-
biguitate. Hoc vltimum dicit Aristò. nō qui-
dem quòd non sit satis demonstratum tria
esse, nequaquam duo tantum, sed quòd se-
quenti capite sit hoc idem confirmaturus.
Est itaque transgressio ad caput septimum.

CAP. SEPTIMUM M.

ITa igitur nos dicamus, primum ab
omni generatione exorsũ. Est enim se-
cundum naturam, communia primum
dicentes, ita demũ quæ in singulis sunt
contemplari. Dicimus enim fieri ex ali-
quo aliud, & ex altero, alterum: aut
simplicia dicentes aut coniuncta. Hæc
autem ita dico, accidit quandoquæ fieri
hominem musicum, accidit etiã nō
musicum fieri musicum, aut hominem
non musicum fieri hominem musicum.
Simplex ergo dico, factum esse homi-

nem, & non musicum, & quòd fit
simpliciter musicum: coniunctum au-
tem, & quo generatur & id quòd ge-
neratur, cum dicimus non musicum ho-
minem fieri musicum hominem. Ho-
rum autem alterũ dicitur, non solum
aliquid generari, sed etiã ex quo, vt
ex non musico musicus. Hoc autem
non dicitur in omnibus: non enim ex
homine fit musicus, sed homo fit musi-
cus. Eorum autem quæ sunt, &
quæ vt simplicia dicimus fieri, aliud
quidem fit manens adhuc, aliud non
manens: nam homo manet factus mu-
sicus, non musicum autem aut amu-
sum, neque simplex, neque coniun-
ctum manet. Diffinitis autem his,
ex omnibus quæ sunt hoc accipere
licebit, si quis consideret, vt dicimus:
oportere quidem subijci semper ali-
quid id quòd fiat. Atqui hoc, est nu-
mero est vnum, specie autem non vni-
specie enim vnum idem dico quòd &
ratione. Non enim idem est hominem
& musicum esse: alterum enim manet,
alterum non manet. Nam quòd nō est
contrarium, manet: homo enim ma-
net, musicum autem & amusum non
manet, neq; ex ambobus coniunctũ, vt
amusus homo. Nam ex aliquo aliquid
fieri, & non hoc fieri aliquid, magis di-
citur de his quæ nō manent, vt ex amu-
so musicum fieri, ex homine autẽ non.
Veruntamen & de ijs quæ manet ali-
quòd dicitur eodẽ modo: nam ex ære
statuã fieri dicimus non esse fieri statuã.
Hoc enim ex cōtrario, et minime pma-
nente, vtroq; modo dicitur, et ex hoc hoc

hoc fit hoc: etenim ex amuso, & amusus fit musicus: quare et de concreto eo de modo: etenim ex amuso homine & amusus homo fit musicus homo. Multisariam autem cum dicatur fieri, & quorundam non fit fieri, sed aliquid fieri, simpliciter autem fieri substantiarum solum: in alijs quidem manifestum, necesse esse subijci aliquid, quod fiat. Si quidem quantum & quale, & ad aetud, & quando, & ubi, fit subiecto aliquo: eo quod sola substantia nullatenus de alio dicitur subiecto, alia autem omnia de substantia. Quod autem & ipsa substantia, atque quaecunque alia simpliciter sunt, ex subiecta aliqua re fiunt: fieri sane considerari manifestum. Semper enim est aliquid, quod subijciuntur, ex quo fit id quod fit, ut placentia, & animantia, ex semine. Erunt autem ea quae simpliciter fiunt, alia quidem figura aut formatione, ut statua ex gre: alia accessione, ut quae augentur: alia derivatione, ut ex lapide Mercurius: alia compositione, ut domus: alia autem commutatione, ut quae commutantur secundum materiam. Omnia autem quae ita fiunt, manifestum est, ex rebus subiectis fieri. Quare manifestum est ex dictis, omne quod fit esse compositum. Et est quidem aliquid quod fit, & est aliquid quod hoc fit. Atque hoc duplex, aut quod est subiectum, aut quod est obiectum. Dicimus autem obijci amusum, subijci hominem: & defectu figura & formae, aut contrarium ordinem, contrarium: ut autem, aut lapidem, aut aurum, subiectam. Manifestum

igitur, quandoquidem sunt causae & principia eorum quae natura constant, ex quibus primum sunt & facta sunt non secundam accidens, sed unumquodque hoc dicitur secundum substantiam, fieri quidem omnia ex subiecto aliquo & forma. Concretus enim est musicus homo, ex homine & musico quodam modo: dissolues enim rationes in rationes illorum. Notum ergo est, fieri ex his ea quae sunt. Est autem id quod subijciuntur numero quidem unum, specie autem duo, homo enim & aurum, atque uniuersim materia numerari potest, hoc enim aliquid praecipue est, & non ex accidenti ex ipso fit id quod fit: nam priuatio & contrarietas accides est. Vnum autem species, ut ordo, vel musica, vel aliquid aliorum quae ita dicitur, quae propter duo dici quodam modo debent principia, quodam modo tria, quodam modo etiam contraria. Vt si quis dicat musicum & amusum, vel calidum & frigidum, vel apertum compositum & inopertum: quodam modo autem non, nam a se ipsis mirum pariter contraria non possunt. Solutur autem hoc, eo quod aliud sit subiectum, hoc enim non est contrarium: quare neque principia plura quodam modo quam contraria, sed duo (ut ita dicam) numero, neque versus omnino duo, eo quod aliud accidat esse, sed tria. Aliud enim esse esse hominem, & aliud esse amusum & esse sine formatione. & esse as. Quor igitur principia ortus natura constantium, & quomodo tot sint, dictum est. At qui satis constat, oportere subiectum

esse aliquid contrarium, & contraria esse duo: modo autem alia non est hoc necessarium, sicut enim erit alterum contrariorum facere absentia & presentia mutationem. Natura autem que subiecta est ferri potest analogia. Vt enim ad statua est, aut ad lectum lignum, aut ad aliud quidvis eorum que habet formam, materia, & id quod est informe habet prius quam accipiat formam, ita illa ad substantiam habet, & ad id quod est hoc aliquid, & ad id quod est. Vnum ergo ipsa est principium, non tamen ut unum, ut quod est hoc aliquid: vnum autem ut & ratio. Præterea, & contrarium huic est privatio: hæc vtem quomodo duo, & quomodo plura, dictum est supra. Primum igitur dictum est solius principia esse contraria: deinde necesse erit esse aliud quiddam esse subiectum, atque esse tria. Ex presentibus autem consistat qua differētia contrariorū sit, & quomodo habeat principia ad se ipsa mutuo, & quid sit quod subiectum est. Vnum autem substantia sit species, an id quod subiectum est, nondum constat: sed constat principia esse tria, & quomodo tria sint, et qui modus ipsorum. Igitur quorū & quæ sint principia, ex his cognoscatur.

¶ Tam huic incipit Aristoteles statueret propriam sententiam de principis naturalis ortus. Est vero eius sententia, esse tria principia esse enim cuique rei formam quidam propriam, qua ea res est id quod est. Est etiam quoddam aliud principium quod est formæ, ut materia & subiectum, quodque formam accipit: non aliter ac res accipit statua formam. Privatio nō

etiam illius formæ quæ gignitur, esse aliud principium ortus: quia non posset materia formam accipere nisi ea careret. Nam omne quod mouetur aut vicinque mutatur, comparat id quod potest habere, quod tamē nō habet. Censet etiam tria hæc principia quædam ratione esse duo. Quia privatio nō est res numero distincta à materia, sed est materia ipsa hac forma carens: atqui hæc non est differentia numeri (non enim due res sunt) sed rationis. Vt homo ignarus musica, non est alius numero ab homine, sed est ipse homo ita habens. Hanc igitur sententiam vobis leuis statueret, incipit disputare de omni generatione, id est, vniuersim de omni modo quo quidpiam dicitur fieri, siue id dicatur fieri simpliciter, ut sit homo, & equus, & statua: siue dicatur fieri aliquid, ut homo sit albus, aut niger: siue natura fiat, ut homo: siue arte, ut domus. Non quidem quod de modo quibus hæc omnia fiunt, siue de horum omnium principis spectet ad presentē doctrinam disputatur, sed ut incipiens ab vniuersalibus, & iis que omnibus ferē hominibus nota sunt, ad ea tandem procedat, quæ sunt propria principia naturalis ortus. Est enim ita natura comparatur, ut notitia eorum que sunt propria in singulis rerum naturis, per notitiam eorū que sunt rebus omnibus communia, comparatur: nimirum à notioribus, cuiusmodi esse diximus que communia multis sunt, ad minus nota procedendum est: ut primo capite huius libri Aristoteles dixit. Itaque insitens semper eidem methodo, dicit in præter parte capius de modo quo aliquid sit generatum, in vltimā tandem de modo quo res naturalis sit, & de eorum principis, transiata similitudine à rebus que videntur commutari, aut arte sunt. Igitur, inquit, dicere possumus fieri ex alio aliquid: aut ex altero alterum (non enim idem omnino est fieri aliquid, & fieri alterū, ut statim dicemus, modo tamē hæc proposuit simul & indistincte quia vniuersim dicere incipit de modo quo quidvis fiat) bifariam, aut dicentes simplicia, aut coniuncta. Simplicia dicimus, cum dicimus simpliciter aliquid fieri, ut cum dicimus, sit homo, aut sit muscus, aut homo sit muscus, aut non muscus sit muscus. Coniuncta dicimus, cum vtraque, aut altera assertioni: pars est coniuncta ex duobus nominibus, quorum altero significetur id quod generatur, altero id a quo generatur, ut cum dicimus, homo nō muscus

fit homo musicus: constat in tabulis affectio-
nibus, cum habeat utriusque partem (scilicet in-
telligo quas subiectum & predicatum vo-
cant) coniunctum esse nomen, aliud commu-
ne ambabus partibus, & aliud contrarium, ut
in hac homo non albus, fit homo albus: no-
men illud homo est commune utrique par-
ti, albus & non albus sunt contraria. Quod
si quando taceretur nomen commune, intelli-
gitur tamen, ut cum ita dicitur, homo non
albus fit albus, intelligitur in secunda parte ho-
mo. Ita tamen intelligit inter ea duo nomina
qua in prima parte orationis accipiuntur, &
si reliquam partem de illis dicere volumus
simpliciter, non eodem modo dicimus, sed
de eo quod accipitur ut contrarium, non tan-
tum dicimus id fieri quod fit, sed etiam ex eo
fieri: ex reliquo verò non dicimus. Nam non
dicimus ex homine fit musicum, sed homo
fit musicus. Dicimus autem non solum non
musicus fit musicus, sed etiam, iniquo magis
proprie, ex non musico fit musicus. Itaque
que utriusque horum homo (inquam), &
non musicus, fit musicus, non tamen eor-
dem modo. Nam id quod accipitur ut con-
trarium, fit non manens, nam non possunt
manere contraria simul: reliquum fit manens,
etiam, nam homo fit musicus, manens ipse:
non musicus verò non manet. nam statim
ac fit musicus, non manet non musicus,
neque simpliciter, neque coniunctum: nam
neque manet non musicum tantum, neque
homo non musicus. His ita statutis satis co-
stat, ut cuiusque aliquid fiat, esse aliquid ei sub-
iectum quod dicimus illud fieri, ut si fit mu-
sicum, quod subiectum est, est homo non mu-
sicus: nam dicimus, atque id verè, hominem
non musicum fieri musicum. Idque quod
subiicitur, cum quidpiam fit, quodam mo-
do est unum, quia homo non musicus non
est alius numero ab homine: sed alio modo
sunt multa, ratione scilicet. Differunt enim
ratione homo & non musicus, cum alterum
maneat, alterum non maneat: id manet quod
non est contrarium, & quod dicitur fieri illud,
ut homo: illud non manet quod est contrarium,
& ex quo dicimus fieri, ut non musicum. nam de
eo quod manet, non dicimus ex eo aliquid fie-
ri, sed illud fieri aliquid: nam (ut prius monui-
mus) non dicimus ex homine fit musicum.
Itaque ex eo quod manet, non dicitur aliquid
fieri (hoc intellige in his qua accipiunt com-
mutationem secundum accidentia) quanquam
aliquando ex eo etiam quod manet, dicitur

aliquid fieri: in his scilicet qua sunt non natu-
ra, sed arte, ut ex ere statua: non autem dici-
mus esse fieri statuam: nam de solo eo quod ac-
cipitur ut contrarium, dicimus, utroque mo-
do, & hoc fit hoc, & ex hoc fit hoc, ut dici-
mus ex amuso fit musicus, & amusus fit mu-
sicus, de contrario concreto eodem modo di-
cimus, ut ex amuso homine fit musicus ho-
mo, & amusus homo fit homo musicus. His
dictis generatim de modo quo utriusque ali-
quid fit, accedit, Arist. ad monstrandum non
in illis solum qua commutationem quadam
sunt aut arte, sed in his etiam qua natura
sunt (nam haec tantum tota oratio) esse forma-
rei, & materiam, & illud quod subiicitur ve-
luti contrarium: id autem est privatio. Inquit
itaque, multifariam dicitur aliquid fieri, aut
simpliciter fieri, aut non simpliciter, sed fie-
ri hoc aut illud. Simpliciter fieri de solis sub-
stantis dicitur, eo quod sola substantia de
nulla alia redicatur, alia autem omnia dican-
tur de substantia: quia substantia accidit
ut quantum, quale, ubi, quando, & ad aliquid,
& qua ad alias omnes categorias referuntur.
Dicimus quidem fit homo, fit equus, idque
simpliciter: tamen nonquam dicimus fit al-
bus, aut fit magnus, qui intelligitur sub-
stantia aliqua, qua illud fit, ut homo fit albus,
homo fit magnus. In illis ergo qua non sunt
simpliciter manifestum est semper esse ali-
quid subiectum, quod fit illud. Hoc autem
est quod diximus esse subiectum non contra-
rium, aut quod fit, manens tamen: sed quod
& cum fit substantia aliqua, ex subiecta rea-
liqua fiat manifestum etiam erit rerum singu-
larium ortus consideranti, semper enim res
omnes ex alijs sunt, ut plerumque & animalia
ex semine, aer ex aqua, ex aere rursum aqua,
ex ligno ignis, carbō, ex carbone cinis, ex hoc
terra, ex terra alia multa. Itaque vel ex peri-
mento constat quatuor rerum qua simpliciter
sunt, esse aliquid subiectum. Præterea omnia
qua dicuntur fieri simpliciter, sunt magis ar-
tibus facta, aut naturalia. Nam res etiam qua
artificio constant dicuntur simpliciter fieri: di-
cimus enim fieri cubile, & ledicam, & do-
mum, & statuam, non minus quam hominem,
& equum. Hæc omnia sunt formatione, si-
ue figura, ut statua ex ære: aut accessione, ut
accereus erit: et congestione granorum: aut
deductione, ut statua ex lapide: aut composi-
tione, ut domus ex lignis, & lapidibus, & lu-
ta: aut commutatione, ut ex semine planta,
aut animal. Sed quocumque modo horum
fiat

hat aliquid, necesse est ex subiecta aliqua re fieri. Nam necesse est esse aliquid, quod formetur, aut congeratur, aut à quo separatio fiat, aut quod componatur, aut commutetur. Ergo omne quod fit est compositum ex re subiecta, & formamque tam in rebus quæ sunt hoc, quam in rebus quæ sunt simpliciter, est duplex id quod fit, quoddam: vt subiectum, & materia, quoddam, vt obiectum & contrarium, vt cum homo amusus fit musicus, homo est subiectum, amusus est contrarium. Et res in formatione statuz est subiectum, priuatio formæ est contrarium: nam res carens forma statua fit statua. Et lapides subiecti sunt, cum sic domus, contrarium est priuatio ordinis illius quem accipiunt. Ergo eadem ratione cum res quæ natura constatur habeatur principia, & causæ, à quibus fiunt per se non secundum accidens (hoc enim velut axioma accipitur in hac doctrina) constabunt ex materia aliqua & forma, ex quibus concreta cuiusque earum natura sit, non aliter ac homo musicus est concretus ex homine & musico, concretus enim certè est ita: nam ratio, id est, distinctio hominis albi resoluitur in distinctio-nes hominis, & albi: nam hominem album si ex aetate vis describere dicas, Est animal præditum ratione, colore, quendam secundum eum habes, qui visionem maxime distingat. Itaque res omnes quæ fiunt, fiunt ex his duobus materia (inquam) & forma. His dictis monstrat Arist. id quod subiicitur quodam modo esse duo, vt ita tandem colligat esse tria principia. Ergo (inquit) id quod tubicitur numero est vnus, specie duo: nã aurum & homo & alia quævis materia numerari potest, id est, res vna quædam est, quæ aliis addita numerum facit, estq; hoc aliquid, hoc est res quædam: atque id quod fit, vt ea fit per se, non ex accidenti: primatio autem, & contrarietas, est accidens quoddam materic, non res alia ab eo diuersa. Nam non formatum, non est alia res quam ipsum aurum formatione carens, hoc autem non est res diuersa neque numerum facit: nõ enim si quis dicat hoc est aurum, & hoc est non formatum, putetur duas res dixisse, sed vnã, puta aurum non formatum, ita neque homo non musicus est res diuersa ab homine, sed homo idem cum quodam accidenti. Priuatio etiam (vt nono capite iterum dicitur) non est principium per se rei naturalis, non enim ex ea res coepit, sed quodã ra-

tionem ex accidenti: nam musicum non fit, & constat ex vno musico: non enim manet nõ musicum, sed eò tantum dicimus ex nõ musico fieri musicum, qd homo qui verè fit musicus, non posset musicus fieri, nisi esset nõ musicus: id verò quodam modo est ex accidenti. Obiicit aliquis hoc loco nobis & Arist. ipsi quod cap. 5. huius libelli dictum est, purã musicum ex nõ musico fieri per se: ex albo, aut nigro, aut deniq; ex alio quod contrarium non sit non fieri, nisi fortè ex accidenti: qua ratione ergo priuatiouem aut contrarietatem per accidens esse rerũ principium modo dicitur? Certè eorum quæ sunt accidentia quædam necessariò accidunt, quædam fortuito & casu quodam: quæ necessariò accidunt per se dicuntur, cũ iis quæ fiunt fortuito collata. Ex contrario certè aliquid fit ex accidenti, tamen necessariò ex eo fit, vt musum necessariò fit ex non musico: non enim posset fieri musicus qui non esset non musicus. Ex albo aut nigro fit ex accidenti musicum, sed id casu quodam, nõ enim necesse est vt albus aut niger homo fit, quò musicus fiat. Hac itaque causa ex contrario dicitur ex accidenti fieri, cum priuatio confertur cum materia, aut forma, per se autem cum confertur cum accidente alio quod non accidit necessariò, sed fortuito.

Hanc ipsam rationem reddit Arist. cap. 30. lib. 5. Metaphysicorum dicens, Musicus quofuerit quispiam albus, sed cum neque necessariò, neq; magna ex parte hoc fiat, accidens illud dicimus. Itaque id quod subiectum est quodam modo est vnũ, quodã modo duo: species autem seu forma vnũ etiam est, vt ordo in iis quæ ordine fiunt, & musicus in homine musico, & in aliis rebus eodẽ modo. Ergo principia omnia quodam modo sunt duo, vt a forma & materia, vt priuatio nõ est numero aliud à materia: quodã modo sunt tria, vt priuatio differat à materia ratione: quodã modo etiam sunt contraria, cum scilicet id quod subiectum est accipit appellationem contrariũ, vt non musicum & musicum: quodã modo non sunt contraria, nam aliquid subiectum est contrariis vt materia, quod non est forma contraria, sed simul cum ea manens in re collata. Nam si contraria solam essent, vt supra cap. 5. dicebatur non possent ex se ipsis fieri per se, & vt ex materia, & simul manent: vt eo loco explicuimus. Verũ hoc dubium soluitur, quo (inquam) modo contraria ex se

Obiectis.

Responsio-
tur.

ipfis

ipsis fiant, quia est eis subiecta res alia vt materia, ex qua per se fit res que gignit: ex contrario vero vt explicuimus quoda modo per se, quoda modo ex accidente. His dicitur in vltima parte capituli differre speciatim de principijs reru naturalium. primu repetitione facies eorum que hactenus pbant, deinde quada alia in horu declaratione addes. Ergo, inquit, monstratu est expleo rerum que aliquo modo sunt, hoc est, secundu accidetia comutante, & rerum que sunt arte esse rerum etiā naturaliu(m) monstratum enim etiā est esse horu omniu eandē rationem principia duo cōtraria, & aliud eis subiectu(m), atq; modo alio non esse tria, sed cōtrariū aliud esse priuationē, à materia ratione tantu(m) diuertam. Ex his satis constat hic nomen hoc cōtrariu(m) nō accipi p̄priē, sed repetente appellacione: nā p̄prie in categoria substantie nulla est cōtrarietas, neq; priuatio est p̄prie cōtraria formæ, sed quoda modo opposita, vt ex ipso Arist. in categorijs accepimus: tamē in repetente nomine cōtrariū, vt re dictu(m) est ab Arist. p̄rius in omni genere esse quanda cōtrarietatem p̄riā, atq; aded in substantia ipsa, hac enim est forma, & priuatio. Atq; Gal. ca. 12. li. 11. methodi reprehendit Arist. q̄ nimis scrupulose in categorijs distinxerit opposita à cōtrariis, refugios appellare cōtraria multa eoru qua à Platone & Hippo. cōtraria appellatur: tamē toto hoc primo libro Physicæ doctrinæ suā ipsius legem in nominibus nō seruaauerit, cum formā & priuationem cōtraria esse dicat. Vt nūm licet rationibus in quibusdā doctrinæ partibus vti nominibus nō omnino exacte, nihil enim detrahatur doctrinæ, si res intelligatur vt re vera habet. His repetitis docet Arist. modū quo cognosci potest materia prima. Voco materia primam eam que subest subiectis, hæc enim est ante omnes alias, alix omnes materiæ secundæ vocantur, quia sunt hæc posteriores. vt statue aureæ materia est aurū, quia ex auro facta est illa statuam: aurum quia substantia quedā est materiam aliam habet priorem ante quā nulla alia est. Nā materia substantiæ vniū(m) inquit Arist. principium est rei, nō tamen ita est vniū, vt sit res quoda vna. vt aurum, stannum, & aurum argenteum: nam reuera nulla res est, sed principium rerum. Quo modo ergo cognoscitur per analogiam, inquit Arist. nimirum est quiddam siue sit ens, siue sit non ens, siue sit aliqui actu, siue potestate

omnia (nam de hoc proximis capitibus etiam disputatio) quod ad formā, siue speciem rei habet, vt ad stannum, & lignum ad lectu(m), scilicet quod est subiectum formæ. Itaque non potest dici quid sit, sed que ratione sit principium rerum dici potest, exemplo materiæ rerum que artificio sunt. Nam secundum materiam cum sit res quedam & substantia, agnoscitur facili per se. Ex his quibus iam intelligit, quam finistre interpretari sint barbari Arist. dicentes, materia cognoscitur per analogiam ad formam, qui deinde in se se discretiōem disputantes materia cognoscitur per analogiam ad formam: tamen neque illud mihi videtur posse dicere nisi admodum inepte, quid sit materiam cognosci per analogiam ad formam. Analogia est similitudo quedam: num ergo materia habet cum forma similitudinem aliquam, qua cognoscatur: non certe, sed materia primæ, que quia per se sine omni actu est, facili agnoscitur, ex comparatione cum materia secundā, que est cognitu facilis, notitiam ritamur. Nimirum est Arist. & omnibus probatis autoribus familiaris methodus exemplo rerum faciliū res difficiles docere: facit deinceps in calce capituli Arist. epilogum, & transgressionem repetens breui quæ dicitur sunt in superioribus, & referens que in sequentibus capitibus dicentur. Primum igitur, inquit, dictum illud solum est, principia esse cōtraria (hoc quidem cap. 6.) de iude (hoc est 6. cap.) oportere esse retriū aliud principium illis subiectum atque ita esse tria: ex presentibus autem (hoc est ex hoc ipso capite) constat, que differentia cōtrariorum sit, hoc est quod differant illa duo principia cōtraria, vt que alterum sit vnum numero, alteri sit vt accidens, & quo modo habeant ad se mutuo principia, & quid sit id quod subiectum est, putā materia. Sed nondum constat, an substantie sit species, an id quod subiectu(m) est, id est, an res habeat naturam suam, siq; id quod est per materiam, an per formam potius. Hæc vto octauo & nono capitibus dicentur, ex plana prorsus natura materiæ & forme. Pro hoc cap. hæc sunt satis prius dilucro obiectionum que possent aliquem perturbare. Viderat Arist. de materia cōtraria omnino affirmasse, si quidem ita scripsit, est autem id quod subicitur numero quidem vnum (atque reddet statim causam) est enim

Barbaro
enarratio
refatur.

Vindicatur
Arist.
à Galieno
Gal.

Obiecto.

hoc

Ita oriam ex dictis non satis exactè loquuntur esse Gal. de principiis rerum naturalium, qui lib. 1. de natura humana ita statuit, esse quatuor rerum principia, materiam primam, & calorem, frigus, humorem, & licet rarem: nam calor, frigus, humor, & licet raris, non sunt rerum principia, sed virtutes aut facultates elementorum, & ortus ac interitus rerum efficientes causæ. Certe de principiis nullus hactenus tam exactè loquutus est, quam Arist. sed de his satis.

CAPVT OCTAVVM.

Quod autem hoc unico modo dissolui potest hasitatio antiquorum deinceps dicamus: quærentes enim illi qui de Philosophia primum scripserunt, veritatem & naturam eorum qua sunt decretauerunt, quasi in aliam viâ declinâtes præ imperitiâ. Atqui dicunt, neq; oriri quicquid eorum quæ sunt, neq; interire, quâdoquid necesse sit fieri id quod sit, aut ex eo quod sit, aut ex eo quod non sit: atq; ex neuro horum fieri posse. Neque enim fieri quod est, siquidem iam est. Ex eo autem quod non est, nihil fieri: necesse enim est subiectum esse aliquid. Atq; ita id quod statim accidit, addemes, neque esse multa, dicunt: sed solum id quod est. Itaque illi accipiebant hoc dogma dictis de casu. Nos autem dicimus quoddam modo nihil differre fieri ex eo quod est, et ex eo quod non est, vel id quod non est, vel id quod est facere aliquid, vel pati, vel quodcunque tale fieri, vel medicum facere quidpiam, vel pati, aut à medico esse aliquid aut fieri: quare quandoquidem hoc bifariam dicitur, manifestum est, & ex eo quod est, &

id quod est, vel facere aliquid, vel pati, & dicitur enim medicus, non quia est medicus, sed quia adificator est: eadè dicitur fieri, non quia medicus, sed quia niger, modicum autem est sic modicum, ignarus, quia medicus. Verum quandoquidem dicitur medicus maxime ac precipue medicum facere aliquid, aut pati, aut fieri à medico, cum quia medicus est, & patitur aut facit, constat & illud, ex non ente fieri significare, quatenus est non ens, quod illi non distinguentes errauerunt, & hanc ignorantiam, in id quoque ignorantia venerunt, ut putarent nihil fieri, neque esse quicquam aliarum rerum, sed omnem rem non ortum tollerent: Nos vero etiam ipsi idem enim primum quidem simpliciter nihil ex eo quod non est, simul autem fieri ex eo quod non est, quasi ex accidenti, nam ex privatione, quæ per se est non ens, quanquam non existit, fit.

Mirabile autem hoc & omnino fieri non posse videtur, fieri aliquid hoc modo ex eo quod non est: eodem autem modo neque ex eo quod est, neque id quod est fieri, nisi ex accidenti: ita autem & hoc fieri eodem modo. ut si ex animali animal fiat, & ex quodam animali quoddam animal, ut si canis ex equo fit: fiat etenim ex animali aliquo canis, sed etiam ex animali, verum non quatenus est animal: inest enim iam hoc. Si autem aliquid futurum est, ut fiat animal non ex accidenti, non ex animali erit, aut si quid ens, non ex ente, neque ex non ente: hoc enim ex non ente, dictum à nobis est quid significet.

fices, scilicet quatenus non est. Præter
ea eorum esse, vel non esse non tol-
limus. Nunc ergo modus hic est. Ali-
lius autem, quod quidem accedit dici
hæc secundum potentiam, aut secu-
dum actum, hoc autem in alijs diffini-
tum est exactius, quod quod diceba-
mus. Illustrationes solvuntur, quibus
coactè tollunt quædam dictorum, nã
ob hoc priores, v. g. quæ deo deerrave-
runt à via, in ijs quæ à eorum ex-
interitum, & uniuersum notationem spe-
ctant: nã ipsa natura perspecta omnè
soluit illorum ignorantiam.

Cum hætenus Arist. sententiam propriã
de materia & forma rerum explicauerit, mô-
dò in illius confirmationem addit, accidere
ex ea sententia expeditam & facilem dilu-
tionem sophismatum, quibus irretiti anti-
quissimi dogmata deuolui sunt: quæ
est in primis illud, quo utebantur multi
tignorum ad eleuandum omnem ortum &
interitum rerum, afferre dùm quod si denuò
fieri, neque quicquam quod sit, interire.
Erat verò argumentum huiusmodi, Siquid
fieret, aut fieret ex eo quod esset, aut ex eo
quod non esset (nam quod liber est, aut non
est) sed neutrum est verum. Nã ex eo quod
est, non potest quicquam fieri, nam quod
est, non sit; si quidem iam est. Neque ex eo
quod non est, nam ex nihilo nihil fit, seu
per enim oportet subiectum esse aliquid
quod fiat: ergo nullo modo quicquam fir-
dequo. Ex his rursum multi Philosopho-
rum addentes id quod accidit, id est, id quod
sequitur, asserabant non esse multa, sed so-
lum id quod est, atque omnia esse vni; par-
tà ensi: quanquam non omnes eodè modo
colligebant. Sed Anaxagoras, vt quarto ca-
vidimus, hoc ipso argumento colligebat,
quanquam sint multa, mouere (vt ille pu-
tauit) in natura, nihil tamè generari denuò, sed
omnia esse in omnibus delibescere, separa-
tè quæ ac misceri multis modis, de qua
gramate illo loco satis disputauim, diluimus
que hoc topilma, quo omnes tam Parme-
nides & Melissus, quam Anaxagoras colligebant illud commune dogma nihil denuò
fieri: quæquam dinceps in varia dogmata
diuertebant, Arist. verò ex dictis de mate-
ria & forma inquiri accidere: scilicet dilu-
tionem sophismatum: respondet scilicet, quod
fit per se, neque fieri ex eo quod est; neque
ex eo quod non est, sed per accidens fieri ex
vtroque, & ex eo quod non est, nam ex pri-
uatione, quæ cum per se non sit res aliqua,
sed rei vacuitas, non est ens, tamen fit ex ea
res per accidens, quia scilicet priuatio acci-
dit materiæ: Fieri etiam ex eo quod est, tamè
id etiam per accidens, nam potest vt animal
non fit ex animali, sed ex non animali, ita
ens non potest fieri ex ente. Hæc est dilu-
tio, quam tamen dilatat, explicatque aliqua
to latius, declarans exemplis, vt res dicatur
agere aliquid, aut pati per se, aut ex acciden-
ti. Proponit primum eundem modum lo-
quutionis esse in orationibus his, Ex eo
quod est fit aliquid, aut ex eo quod non est
fit aliquid, aut id quod est facit aliquid, aut
id quod est fit aliquid, aut id quod non est fa-
cit aliquid; aut id quod non est fit aliquid: &
inter has, medicus facit aliquid, aut medicus
parit aliquid, aut à medico aliquid fit.
Sed hæc vltimæ orationes bifariè dicuntur, id
est, duplicem reddunt sensum; quia per se
aut ex accidenti quodque istorum dicitur.
Nam si dicimus medicus edificat, constat
illud non esse verum per se, sed ex acciden-
ti non enim edificat quæ est medicus; sed
quia contingit medicum esse edificatorem.
Ita etiam si dicimus medicus fit albus, ex ac-
cidenti intelligitur: non enim quia medicus
fit albus, sed quia niger, & quia contrigit me-
dicus esse nigrum. Verùm si dicimus me-
dicus medetur, aut medicus fit non medi-
cus, per se intelligitur: nam quia medicus est
medetur, & amittit medicinam. Constat er-
go & in hæc oratione, ex non ente fit ens,
intelligi per se, & quatenus est non ens. Pro-
inde Arist. etiam negat fieri aliquid sim-
pliciter ex eo quod non est, quia intelligitur
quæ est non ens, sed ex nihilo per se nihil fit:
concedit tamen fieri quodam modo ex non
ente, per accidens scilicet, quia fit ex priua-
tione. Eodè modo negat Arist. fieri aliquid
ex eo quod est per se, sed ex accidenti: nam
vt si canis fieret ex equo, fieret quidem ani-
mal ex animali, non tamen per se, nam ex a-
nimali non potest per se fieri animal, nã ani-
mal erat prius, & quod prius erat, non fit
modo: tamen ex accidenti fit animal ex ani-
mali,

gobant illud commune dogma nihil denuò
fieri: quæquam dinceps in varia dogmata
diuertebant, Arist. verò ex dictis de mate-
ria & forma inquiri accidere: scilicet dilu-
tionem sophismatum: respondet scilicet, quod
fit per se, neque fieri ex eo quod est; neque
ex eo quod non est, sed per accidens fieri ex
vtroque, & ex eo quod non est, nam ex pri-
uatione, quæ cum per se non sit res aliqua,
sed rei vacuitas, non est ens, tamen fit ex ea
res per accidens, quia scilicet priuatio acci-
dit materiæ: Fieri etiam ex eo quod est, tamè
id etiam per accidens, nam potest vt animal
non fit ex animali, sed ex non animali, ita
ens non potest fieri ex ente. Hæc est dilu-
tio, quam tamen dilatat, explicatque aliqua
to latius, declarans exemplis, vt res dicatur
agere aliquid, aut pati per se, aut ex acciden-
ti. Proponit primum eundem modum lo-
quutionis esse in orationibus his, Ex eo
quod est fit aliquid, aut ex eo quod non est
fit aliquid, aut id quod est facit aliquid, aut
id quod est fit aliquid, aut id quod non est fa-
cit aliquid; aut id quod non est fit aliquid: &
inter has, medicus facit aliquid, aut medicus
parit aliquid, aut à medico aliquid fit.
Sed hæc vltimæ orationes bifariè dicuntur, id
est, duplicem reddunt sensum; quia per se
aut ex accidenti quodque istorum dicitur.
Nam si dicimus medicus edificat, constat
illud non esse verum per se, sed ex acciden-
ti non enim edificat quæ est medicus; sed
quia contingit medicum esse edificatorem.
Ita etiam si dicimus medicus fit albus, ex ac-
cidenti intelligitur: non enim quia medicus
fit albus, sed quia niger, & quia contrigit me-
dicus esse nigrum. Verùm si dicimus me-
dicus medetur, aut medicus fit non medi-
cus, per se intelligitur: nam quia medicus est
medetur, & amittit medicinam. Constat er-
go & in hæc oratione, ex non ente fit ens,
intelligi per se, & quatenus est non ens. Pro-
inde Arist. etiam negat fieri aliquid sim-
pliciter ex eo quod non est, quia intelligitur
quæ est non ens, sed ex nihilo per se nihil fit:
concedit tamen fieri quodam modo ex non
ente, per accidens scilicet, quia fit ex priua-
tione. Eodè modo negat Arist. fieri aliquid
ex eo quod est per se, sed ex accidenti: nam
vt si canis fieret ex equo, fieret quidem ani-
mal ex animali, non tamen per se, nam ex a-
nimali non potest per se fieri animal, nã ani-
mal erat prius, & quod prius erat, non fit
modo: tamen ex accidenti fit animal ex ani-
mali,

mali, quia fit per se canis ex equo, & utriq;
 tam cani quam equo accidit esse animal. Ita
 ens non potest per se fieri ex ente, quia ens
 erat prius, sed fit per accidens, quia cum fit
 ignis ex ligno, gratia exempli, & utriq; igni
 (in qua) & ligno accidit esse ens. Itaq; respō-
 demus ens neque ex ente neque ex non en-
 te fieri per se, sed ex accidenti ex utroq; in-
 terim tamen nō tollimus rerum multitudi-
 nem, neque ortum & interitum rerū. Hęc
 est prima dilutio argumenti antiquorum,
 qua Arist. utitur. Sed videtur mihi manere
 adhuc dubitatio aliqua, atque opus esse ma-
 iori explanatione. Nā videtur ens ex ente
 per accidens fieri, vt animal ex animali, ta-
 men ens ex non ente si quo pacto fit, vide-
 tur per se fieri, quia cōtrarium per se fit ex
 contrario, per accidens ex eo quod non est
 cōtrarium, vt album ex nigro fit per se, &
 nō medicus ex medico, tamen albus ex me-
 dico, ex accidenti. Certē si ens ex aliquo fie-
 ret per se, ex non ente fieret, nam ens nō en-
 ti est cōtrarium: tamē eos nullatenus fit per
 se, proinde neque ex ente, neque ex nō ente.
 Causa verō qua ens nullatenus fieri potest
 per se hæc est, Quicquid fit & ex quocunq;
 quidpiam fit eas est, ratio entis à nullo po-
 test abesse, ergo ens non potest fieri, nā ens
 semper est: siue enim ex ligno ignis, siue ex
 igne cinis, siue ex cinere terra, siue aliud ex
 alio, & id quod fit, & id ex quo fit ens est, er-
 go ens non potest per se fieri, quare neque
 ex ente, neque ex non ente. Sed addes, vide-
 tur fieri ex dictis, vt nihil omnino oriri pos-
 sit, aut fieri per se, sed vt omnia fiant ex ac-
 cidenti. Nam nihil est præter ens, sed ens ne
 quo ex ente neque ex non ente fieri potest
 per se, ergo nihil fieri potest per se. Respon-
 dendum censeo, ens nō posse fieri per se, si-
 vt tamen per se hoc aut illud ens, vt fit ho-
 mo aut equus, nō quā ens, sed quā hoc ens,
 vt cum equus fit ex cane, hoc animal putā
 equus, fit ex hoc, putā ex cane per se, quia
 canis est non equus: tamen animal ex ani-
 mali fit per accidens, ita equus qui est hoc
 ens fit ex cane, neq; vt ex ente, neque vt ex
 nō ente, sed vt ex nō ente hoc. hoc est, vt ex
 eo quod nō est equus, vt ex eo (in qua) quod
 habet priuationē equi. His dictis nihil ma-
 nec obscurū in prima dilutione sophisma-
 tis. Alii modus, inquit Arist. dilutionis esse
 potest distinguendo ens & nō ens, quod di-
 citur potentia aut actus. Vt si queratur aut
 quod fit, si ex ente, aut ex nō ente. Respo-

ndetur fit ex nō ente actus, & ex ente potentia:
 nā fit ex materia, quæ nullā naturam habet
 per se, nam nullam habet per se formam,
 sed omnes habet potentia. Itaque alia om-
 nia ex hac fiunt, quæ omnia est potentia,
 id est, omnes naturas potest induere, per se
 autem nulla res perfecta est, sed initium re-
 rum, illa verō nūquam fit, materia enim ne-
 que oriri potest, neque interire. En duas ra-
 tiones diluendi sophisma antiquorum, qua-
 rum prior respōdet de eo principio ex quo
 aliquid fit, vt ex contrario, posterior de ma-
 teria: amba acutissime, ac verissime.

CAPVT NONVM

Attigerunt autē ipsam & alij qui
 dā, sed nō satis: primum enim cācedūt,
 simpliciter fieri aliquid ex non ente,
 quatenus Parmenidē rectē dicere vi-
 detur illis. Deinde si est vna numero,
 & potentia solum esse: hoc autē differe-
 quā plurimū, nos enim materiam, &
 priuationē diuersa esse dicimus, & ha-
 rē materiā per acciēs esse nō en-: pri-
 uationē autē per se. & materiā prope,
 ac quodā modo substantiā esse, priua-
 tionē autem nullatenus. Illi autem id
 quod non est magnū aut parū simili-
 ter, aut vtrūq; simul, aut alterutrum
 seorsum: quare omnino alius modus
 est ille vti dū & hic. Nā hucusq; pro-
 gressi sunt, necesse esse aliquā naturā
 subijci: hāc autē vnā faciunt. Etenim
 si quis dualitatē (licet vti hoc nomi-
 ne) ipsam facit, dicēs esse magnum &
 paruum, nihilominus idē facit: alterā
 enim despetit priuationē scilicet: nā
 qua simul manet causa simul cum for-
 ma est eorū que fiunt, vt mater. Nā
 cōtrarietas altera pars per se vide-
 bitur ei qui in illius maleficiū metem-

Omnino.

Dilutio.

Alia ob-
 stio.

intendit, neq; esse omnino. Cū enim sit diuinum quiddā, & bonum, & quod expecti debet, alterum quidē cōtrariū illi esse dicimus, alterum autem cui naturalē est expectere illud atq; optare.

Illis autem accidit, cōtrarium optare suū interitū: atqui neq; ipsum sui ipsius potest optare speciem, quia ea nō capet, neq; cōtrarium, nē interimit se se: ut nō contraria. Verum huiusmodi est materia, vt si femina marem & turpe pulchrum: praterquā quod nō perse turpe, sed per accidēs, neq; feminis, sed per accidēs. Corruptiuntur autem, & gignitur quodā modo, quodam modo autē non. Vt enim id in quo, per se corrūpitur, nā quod corrūpitur in hac est priuatio, vt autē secundā potētiā non per se, sed incorruptibile & ingenerabile necesse est ipsam esse. Si enim gignatur, subiectum aliquid oportet prius, ex quo immanēte. Hoc autē est hęc ipsa natura: quare erit prius quā fiat. Voco enim materiā primum subiectū cuiusq; rei, ex quo cum maneat sit, nō secundum accidēs, sine aliquid interit, in hoc deuoluitur tandē: quare corrupta erit, antequā corrumpatur. De principio autē secundū speciem, an vnū, an multa, et quot aut que sint exactē diffinire Prima Philosophia opus est, quare in eum lectū seruetur. De naturalibus verō corruptibilibus formis, in his que deinceps mōstrabūtur desiniemus. Esse ergo principia, et que, atq; quot numero, ita nobis desinū sit. Rursus verō aliud accipiētes principium disputemus.

¶ Perstat Arist. explicare naturā principiorum, nō tēq; obiter Platonē, q̄ respondens cuidam argumento Parmenidis cōcedit fieri simpliciter aliquid ex nō ente. In Parmenide cūm argumentam hoc à cōtraria sententia proposuisset, si ens sit per se, sit ex non ente, & quod est prater ens est nihil, ergo ens sit ex nihilo, hoc nō potest esse verum, ergo ens non sit, sed est vnū, & immutabile. Hęc erat Parmenidis sententia, & hoc argumentum. R. espōdet Plato ens per se fieri ex nō ente, negat tamen nō ens esse nihil, monuimus enim nos supra cap. 3. apud Platonē nō ens dici de multis, quæ nō sunt omnino nihil, sed quasi sit inter verē ens, & nihil, eorum natura. Vt accidēs eum substantiis collatum dicitur non ens, non enim tam est quā inest. Materis etiam ad formam dicitur non ens, quia per se nullā naturam habet, sed per formam. Substantiæ etiam hęc corruptibiles ad substantias illas æternas quę sunt idēq; & harum exēplaria, dicuntur Platoni non entia. Itaq; tot modis dicitur nō ens esse, ergo quia ens verē sit ex materia, vt ex principio, concedit fieri ex non ente, non tamen ex nihilo. Hinc videtur fieri materiam non differre à priuatione de sententiā Platonis, sed si numero (vt dictum prius cap. 7.) est vnū principium materia cum priuatione & potētia etiam siue ratione (nam hic vocat potētiā, materiam ipsam, ea ratione qua est materia) esse idē. Nam materia non est per se nō ens, sed per accidens, hoc est per priuationem, nam quatenus priuata est materia nō ens, non ergo est per se non ens, non igitur res eadē concedebat Plato, ens fieri ex non ente simpliciter. Atque hunc errorem putat Arist. accidisse, quod nō satis distinxerit Plato materiam à priuatione, quod nūc addit. Nos autē distinguimus materiam, & priuationem, & materiam dicimus esse per accidens, hoc est per priuationem, nō ens, per se autem minimē nō ens, sed prope ac quodā modo substantiam, hoc est substantiā quādam, aut rē quādam imperfectā, quę quatenus est sub priuatione est non ens: est enim nulla res, nullius enim naturæ appellationem accipit, nisi per formam: tamen nō est per se nihil, priuatio verō per se nihil est. Illi autem (inquit) non solum priuationem dicunt id quod non est, sed eodē modo quo nos priuationem dicimus nō ens, illi dicunt magnam & paruum, aut verūque

simul aut alterum. Nam dictum est supra cap. 4. Platonem magnum & paruum, velle esse materiam. Quæres inquit, quæ sit illa modus illam triadis, hinc trium principiorum Platonis, magnum & paruum & speciem, nõ esse hanc quem modo docemus, puta materiam & formam, & priuationem. Nam progressus hucusque est Plato, vt intelligeret, non esse esse subiecta esse formam & commutationis rerum naturam aliquam, hanc tamẽ vnicam faciebatur, puta materiam, non quidem explicans esse quodam modo duo, materiam scilicet, & priuationem, vt prius dictum est cap. 7. nam est materiam vocat dualitatem, appellans ipsam magnum & paruum, tamen hæc dualitas eadem res est, materia scilicet: nam priuationem non vidit. His dictis probat materiam diuersam esse à priuatione: vtitur argumento vocato ad hominem, nam accipit principia ex Timeo, dicens, vt Plato ipse docet, ea natura que simul manet cum forma, cum res constituitur, est quasi mater earum rerum que generantur: & species illa eretna, que rerum est origo, est vt pater, & forma vt proles. Sed altera pars, contrarietatis, pura priuatio, tantum abest vt similis sit materiæ, vt neque esse omnino videatur. Nam si quis recte consideret, videat priuationem moliri maleficium formæ, nõ est ei contraria, hoc autẽ logicissimè abest à natura matris: mater enim prole maximè amat, quod materiam aliquo modo, priuationi verò nullatenus cõgruit. Nã cum forma sit diuinũ quiddã, quia à Deo fluit (vt in eodem dialogo affirmat Plato) & bonũ, quia experti debet (tribuit enim rei esse id quod est) priuatio tamen est illi cõtraria, materia est quod naturaliter formam appetit, igitur materia & priuatio logicè differunt. Rursus argumentatur dicens, Accidit illis, id est, fit ex illorum sententia cõtrariũ, id est, priuationem (nã priuatio est cõtrariũ formæ) optare suũ interitũ quod fieri nõ potest. Quod verò accidit Arist. nõ probat aperte, sed ita debet suppleri. Nã materia appetit formam, si ergo priuatio materia est, priuatio quoque formam appetit, hoc verò est aperte interitũ suũ, cum forma sit illi cõtraria. Verũ (inquit Arist.) fieri nõ potest, vt quicquid appetat aut formam propriam, aut quod si bi cõtrariũ est. Formam propriam, quia nõ potest quidpiã formam propriam carere: nihil verò dicitur optare id quo abudat: cõtrariũ ve-

ro, quia cõtrariũ à cõtrario repellitur: ergo quod optat formam, nõ potest esse res ipsa cuius est forma, vt homo nõ potest optare hominis formam, nam nõ potest ea carere: neque potest esse priuatio, quia est cõtraria formæ, sed huiusmodi, id est, quod optat formam est materia: hæc enim optat formam, vt femina (perstat enim in allegoria Platonis) optat virilem sexum, & turpe pulchritudinem, præterquã quod intelligi debet formam optare virum, & turpe pulchrum non per se, nam nõ optat sexus femineus virilem (est enim hic quodam modo cõtrariũ) sed homo habens sexũ femineum optat habere virilem: & homo habens difformitatem, optat pulchritudinẽ, quod est feminem optare virũ, & turpe pulchrũ per accidens. Ita materia optat formam quia caret, quia habet priuationem: nõ tamen ipsa priuatio optat formam. itaque materia differat ratione à priuatione. His dictis docet Arist. materiam nõ posse corrumpi, neque gigni per se, sed ex accidenti. ergo inquit corrumpitur, & gignitur materia quodam modo, quodam modo autẽ non potest: nam quatenus est id in quo fit ortus formæ, & interitus priuationis, gignitur & interit, hoc autem est per accidens, hoc enim non est gigni, aut corrumpi materiam, sed esse materiam eorũ que oriuntur, & intereunt: vt autẽ secundũ potentiam nõ per se, hoc est quatenus materia est, & id quod verè materia est (vocat enim hoc capite materiam potentiam) non potest per se oriri, aut interire, sed incorruptibilis est, & ingenerabilis. Id verò probat hoc argumento, Quicquid gignitur, habet materiam aliquã ex qua gignitur, que prius erat, ergo aut materiam erat alia materia, quod nõ potest fieri, cum distuleram de primatua materia erat ante quam fieret, vnde rursus accidit vt non fiat. Quæ accepim⁹ in hoc argumento, puta illud quod subiectum est generationis esse materiam, probat Arist. ex diffinitione, materia est subiectum primũ cuiuscunque rei, ex quo cum maneat, fit non secundum accidens. Dicitur in hac diffinitione, primũ quia sermo est de primã materia, ex quo cum maneat, fit non secundum accidens, vt excludatur priuatio, quæ non manet cum re, neque per se est rei principium, vt explicauimus cap. 7. quanquã si quis recte cõsideret, nomẽ subiecti excludat priuationem, nam materia dixit Arist. ipse eodẽ cap. esse subie-

Explicatur definitio materia

subiectam, & priuationem obiecta, sed materia claritate gratia respecta sunt illa omnia quae naturaliter sunt in materia explicare. Quod materia non potest habere est simile argumentum, quicquid corrumpitur de voluntate in materia, ergo si materia corrumpatur, deinde corrumpitur in materia, esset ergo ad hanc materia, essetque corrupta, cum tamen adhuc materet, & non esset corrupta nulla res est obnoxia. Demonstratis his, transgressi nonem facit ad sequentes libros, & epilogum eorum quae distantur, quod ut intelligas, dicte Platonem inter res omnia principia loquuntur esse de aeternis quibusdam rerum naturis, ex quibus formis habet corruptibiles originem ducere, ut ab exemplaribus, affirmabat. Verum Arist. recte confer disputationem de his naturis ad Primam Philosophiam magis pertinere, atque ita etiam censuit Plato, qui in dialogo de Ente de illis disputat ex professo. De materia & priuatione dicimus est haecenus satis, de formis corruptibilibus dicitur in sequentibus aliud capto initio. Haec sunt quae Arist. dicit toto hoc capite, quod libuit totum percutere, atque veluti paraphrasi quadam explicare, quia est, si quis aliquid ab Arist. obsistere admodum scripsit. Sed sunt in eo quaedam quae indigent auctore ut sitis ne quaedam quae libere enarratione quod ut presertimimus, hic liber de per seipsis coeludatur. Primum omnium non video, quid vituperet Arist. in Platonis sententia. Cōcedit, inquit, fieri ens ex non ente simpliciter. Cōcedit, sed non p̄inde ex nihilo, sed ex materia, materia verò vocat simpliciter non ens, quia non est simpliciter ens, aut res quae prius tamen proinde hanc putat esse nihil, sed ens quodam modo simpliciter verò non ens. Materia in Timaeo ita definit, tertium genus locus est, qui interit quidē nunquam, sed omnibus quae gignuntur sedem exhibet. Itaque Plato quantum dicat materia simpliciter non ens, non dicit nihil: Arist. se ipsi placet dicere, neque simpliciter ens, neque simpliciter non ens, sed quodam modo ens, quodam modo non ens, atque simpliciter non ens solum priuationem esse, tamen in se ipsa non dicitur pati, nam per se non hoc est, atque si quis diceret, aetiois est simpliciter non albus, quodam modo autem albus, non secundum se habet, tamen verò non responderet, hunc redarguens, aetiois non est simpliciter non albus, sed quodam modo albus, hoc

est secundum dentes, quodam modo non albus, hoc est secundum cutem. Certe ambe eandem rem dicerent, neque minus verè dicit prior, quam hic vltimus: potest enim esse res quodam modo hoc, hoc est analogia quadam, contrarium simpliciter, ut aetiois quodam modo albus, simpliciter niger ab omnibus vocatur. Ita materia dicitur à Platone simpliciter non ens, quia caret propria forma, & specie, tamen est quodam modo ens, quia est imperfectum quoddam genus rei, atque ita sunt res ex non ente simpliciter, & sunt simpliciter ex non ente, nam ex materia simpliciter sunt, materia verò est simpliciter non ens. Itaque non est quod merito hic Arist. reprehendat. Id verò si materia est vna res numero cum priuatione, priuationem & materiam non esse ratione diuersas nullibi arbitror Plato dixit, sed Arist. colligit eò quod Plato non videtur tam diligenter priuationem à materia separasse. Itaque hoc nihil aliud est, quam Arist. exultare, quod ea principia primò distinxerit: tamen Plato, cum multa loquatur sit de materia: potentia, non potuit priuationem ignorare, priuatio enim semper cōiuncta est cum potentia, & priuatio & potentia dicuntur ad actum. Putauit ergo Plato satis esse de materia & forma disputare, & de potentia quae materia habet ad formam, atque illud enarrare, praesentia & absentia formae in materia, ortus & interitum accideret ipsam verò materia esse semper eandem, neque ortum neque interitum obnoxia, & formarum omnium quae oriuntur & intereunt, quasi cōmune sedem: quid enim his dictis desideratur, ut dicte Arist. sententia plenè itan est aliud priuatio, quam absentia formae cum potentia materia: dicitur enim potentia materiae, quia non omnis rei alicuius absentia est priuatio, sed ea solum quae est cum potentia ad eam: non enim in caelo est priuatio caloris esse calorem non habet, quia neque; habere potest, ita priuatio formae est absentia formae, in materia quae potentiam habet. De hac verò potentia multo melius disputauit Plato quae Arist. ita enim scriptum est in Timaeo praeferat multa, eadem de illa natura quae cuncta recipit, corpora ratio est: idem semper esse dicenda est, siquid ex propria potentia recedit nunquam. Suscipit enim semper omnia, neque vlla vna quae in similes vlla patet sibi forma contrahit: omni naturae rationi subiecta est, agitataque ab ingredientibus

ribus, & figuræ quodam modo, alias aliter se habere videtur paucis interpositis. Sed ita intelligendum est, quod cum esse debeat effigies, rerum omnium formarum varietate distincta, nunquam illud ipsum formationis huius gremium bene erit præparatum, nisi in forme sit, & super e natura omnibus formis quas receptorum est, caveat. hæc Plato. An hoc non est loqui de privatione? ac docere non posse materiam formam accipere, nisi ea careat: quod dicitur Platone vocare magnam & partem, aut dualitatem id quod non est, verum est, nam materiam vocat his nominibus, ut diximus, explicimusque cap. 4. tamē non ut privationem, nam de privatione eodem modo loquutus est Plato, ac Aristoteles. Si tam diffusè de ea cõsuisset agendum, itaque omnia quibus Aristoteles monstrat privationem differre ratione à materia cõcessisset: materiam per se neque oriri posse, neque interire, Plato demonstravit prior, ut ex his verbis, quæ ego ex Timæo produxi satis constat: Igitur Aristoteles toto hoc libro, si quis attentè legat, platonizavit, sed omnia ab eo se accepisse, quibusdam leuibus refutationibus vel luit dissimulare. Disputat hoc loco multi enarratores, An verè dictum sit materiam optare formam. Videtur enim falsum, aut enim optat eam quam habet, aut qua caret: si quam habet, optat id quod abundat: si qua caret, optat ergo spoliari eam quam habet, ergo violentia tenetur materiam sub formam: sed nulli est violentum id quod naturaliter exoptavit, igitur nullatenus materiam formam optat. Certè dicitur res quæ natura ducunt

Materia
ut optet
formam.

aut amare & optare ea quæ sunt naturæ congruent, non quidem proprie ut quæ cognitione non appetant, sed analogia quadam dicimus rem illam amare quod sua natura bonum est, optare verò id quod sibi est bonum, & quo caret, cum potest id habere. Ita quæ naturalis appetitus nascitur ex potentia & privatione, igitur materia ita optat formam ut potest eam habere, & ut ea caret: caret verò per se formis omnibus, nam ut inquit Plato in formis est, & super e natura formis omnibus quas potest recipere caret. Itaque caret omnibus per se, & potest recipere omnes, igitur optat omnes indistinctas, non hæc magis quam illa, neque magis amat eam quam habet, quam optat eam qua caret, sed quæ ambas, hanc optat, illa gaudet: proinde ductilis est ad omnia, & naturaliter cõnectur sub ea quam habet, & naturaliter trahitur ad eam qua caret. Ex his manifestum est, ut ortus, aut interitus naturalis sit rei, aut præter naturam, nullum membrum habere materiam primam: nam huic omnis formæ & cõservatio, & cõmutatio naturalis est, quia nihil aliud amat, quam formam: quod maleficium molitur formam non est ab Aristotele dictum, ut multi intelligunt de materia, sed de privatione, quæ contraria est materię: nam materia gaudet forma quam habet, ut pulcher pulchritudine, & ut viri virilitate. Sed de materia & privatione satis dictum est, de naturis rerum quæ formæ potissimum earum sunt, dicitur deinceps.

FINIS.

Libri secundus de Natura.

CAPVT PRIMVM.



lorum partes, & plantæ, & corpo-

rum quæ sunt, quadam naturâ constant, quadam alijs causis. Naturâ quidem & animantia, & il-

ra simplicia, ut terra, & ignis, & aer, & aqua. Hæc enim, & quæ huiusmodi sunt, natura esse dicimus. Dicta autem omnia, ab his quæ non constant naturâ, differre videtur, quod omnia quæ naturâ constant videtur habere in seipsis principium motus, & statim partem secundam locum,

partem

parum secundum accretionem, parum secundum commutationem. Lactica autem, & vestis, & si quod aliud est, huiusmodi genus, quia tales habent appellationes, & quae sunt ab arte, nullum habent initium mutationis principium: quatenus autem accidit illis esse lapideis aut terreis, aut mixtis ex his, earum habent. Quasi natura sit principium quoddam, & causa mouendi & quiescendi, et in quo primum est, per se ac non secundum accidens. Dico autem non secundum accidens, quia fieri profecto potest quispiam sibi, cum sit medicus, salutis causa: verum tamen non quia sanatur medicinam habet, sed accidit eundem esse medicum & sanari. Quapropter separantur inuicem non nunquam. Eodem modo habet quodcumque eorum quae sunt, nullum enim eorum habet in se principium fieri, sed quaedam illorum in alijs rebus, & extra se, ut domus, & quodcumque aliud manufactum: quaedam vero in se ipsa quidem, sed non per se, quacumque secundum accidens causa sibi ipsis fieri possunt. Natura ergo est quod diximus, naturam autem habent quacumque tale habent principium, & sunt quidem haec omnia substantia: subiecta enim quiddam & in subiecto est natura semper secundum naturam autem, haec quidem, & quaecumque accidunt huic per se, ut igni ferri sursum. hoc enim natura non est, neque habet naturam, natura autem & secundum naturam est. Quid ergo sit natura dictum est, & quid est natura, aut secundum na-

turam. Tentare autem monstrare esse naturam ridiculum est: manifestum enim est esse multas res huiusmodi, indicare autem manifesta ex obscuris, eius est qui non valet indicare quid per se, & quid non per se manifestum sit. Quod igitur accideret hoc parti non est obscurum. Disputare enim posset quisquam, qui ab ortu esset cacus de coloribus: quare necesse erit huic de solis nominibus esse disputationem, nihil autem agnoscere.

¶ Nomen naturae multifaria usurpata a Philosophis supra monimus: latius patere nomen natura dicitur essentia rei cuiusvis, siue ea sit motui apta, siue minus, siue sit substantia, siue substantia accidens: nam dicimus angelum esse naturam incorpoream, & cado rem natura sua visionem fundere. Verum natura proprie ut Philosophi in hoc opere praecipue vtuntur eo nomine, de substantiarum corporumque essentia dicitur. Medicis est huiusmodi nominis usus alius, vocant enim naturam, eam vim quae agit sine cognitione & arbitrio, ut vis animalis hominum natura non sit, sed vis altera tantummodo. Verum hic nominis usus ad nos nihil facit modo. hoc loco Aristoteles disputat de natura proprie nuncupata, quam nos dicimus esse ipsam essentiam substantiarum corpora habentium. Inuestigat verum quid natura sit, quod quia difficile dictum est, ex rebus omnibus hominibus notis procedit, hac methodo. Dicitur autem cap. 7. primi, quae dicantur fieri & esse simpliciter, & quae non simpliciter: diximus simpliciter fieri substantias, ut hominem, equum, statuam, aut domum. Accidentia vero non dicuntur fieri, aut esse simpliciter, sed quodammodo: non enim ut dicimus, esse & sit homo, aut aurum, aut argentum, aut statua, aut domus, ita dicimus, sit aut esse album, aut nigrum: sed homo, aut equus, aut tale aliud, sit albus aut niger. De his ergo quae simpliciter sunt & sunt intelligens, dicit, Rerum quae sunt, quaedam constant natura, quaedam ab his causis, arte scilicet aut casu aut fortuna. Natura constantia sunt, animantia & partes illorum, plantae, & corpora simplicia, ut ignis, aer, & aqua, & terra, & quae huiusmodi

di sunt. Hoc est enim enumeratio rerum in
 motum, nam caelum quod est corpus natu-
 rale, & non videtur enumeratum iuxta pla-
 cita Platonis intelligitur cum animalibus
 iuxta placita Aristoteli cum corporibus simpli-
 cibus. Vbi dicitur plantae, intelligitur reli-
 quas partes, ut de animalibus dictum erat.
 Videtur autem superesse adhuc omnis co-
 creta corpora quae non viuunt, cuiusmodi
 metalli omnia, & lapidum genera, & mul-
 ti succi, ut mel, ac, viscum, & animalium
 excrementa. Sed ego haec omnia intelligo
 dici illis verbis, Et quae huiusmodi sunt.
 Itaque haec res sunt quae natura constant, ex-
 perimento autem scimus, scientia quicquid
 attendit considerare, hac potissimum ra-
 tione differre huiusmodi res ab istis quae con-
 stant arte, aut fortuna, quod ille per se mo-
 uetur & mouetur, aut motu omni, aut cer-
 te motu aliquo, latrone, inquam, accretio-
 ne, aut commutatione (hac enim tria mor-
 genera statuit Aristoteles). Haec vero aut omnino
 non mouentur, aut certe non habent per se
 principium sui motus, sed ex accidenti, ut le-
 ctica quatenus lectica, non mouetur, sed qua
 tenus est lignea, neque Mercurii status, qua
 tenus status, sed quatenus lapidea, nimirum
 lectica quatenus lectica, & status quatenus
 status est res constans arte, quatenus autem li-
 gnea, aut lapidea est constans natura. Ergo
 illud principium vnde motus & quies rei
 nascitur, per se est natura. Nam scimus hoc
 genus actionis, motum, inquam, & quietem
 esse rebus omnibus naturalibus, communem
 rationem differendi ab aliis rebus. Igitur na-
 tura est principium motus & quietis eius rei
 in qua est, per se, ac non per accidens. Dicitur
 per se, quia per accidens res etiam artifi-
 cialis potest habere principium motus, ut
 de status diximus. Verum illud est per ac-
 cidens, nimirum ut modicus potest sibi ipsi
 esse causa sensationis, non tamen quatenus
 medicus: sanatur enim ut medicus, sanatur ve-
 ro ut corpus egrotans, quod potest sanari,
 tamen quia accidit medicum posse sanari.
 Ita status mouendi principium habet, non
 quia status, sed quia accidit statum esse la-
 pideam, aut ligneam. Itaque separa-
 tur incicem nonnunquam quod mouetur,
 & cuius causa mouetur, id est, diuersa
 res nonnunquam est, ea quae moueri, & cuius
 causa per se moueri dicitur, ut mouetur sta-
 tus, quae lignea, ita quodcumque (inquit) eorum
 quae sunt (intelligit verò quae manu aut ar-

tes sunt) est sine principio per se, sed id est,
 nullum in seipso habet principium per se
 quo fiat, sed aut habet principium extra se,
 ut doctus quae se ab arte, & ipsa ut fiat, aut
 aliam talem, faciat nullum principium habere,
 aut habent quidem principium sed per ac-
 cidens, ut quae fieri possunt sibi ipsi causa
 per accidens. Ergo (inquit) dictum est quid
 sit natura. Sed lubet hic rogare, quorum
 cum dixisset hac ratione differre naturalia
 à reliquis, & habere per se principium mo-
 tus & quietis, addidit quae verò sunt arte
 non habent in se principium fieri, ad vi-
 detur esse loquens aliud non habere per se prin-
 cipium motus, aut habere principium fieri.
 di. Nullum enim corpus naturale est sine
 principio motus, tamen multa naturalia vi-
 dentur esse sine principio fieri: nam caelum
 omnino non sine elementorum nulli habet
 internum ut fiat, nulla enim terra, aut a-
 qua fit à se, aut strabus vineae lapidum
 genera neque metalla neque quicquam aliorum
 videtur fieri vi propria: non ergo est hoc i-
 domeni discrimen rerum quae manu sunt à
 naturalibus, quod non habeant in seipso
 principium fieri: cum neque naturalia vi-
 dentur habere. Certe ut ex primis verbis
 libri tertii huius operis constat, Aristoteles in na-
 turae definitione vult esse nomine motus non
 proprie, sed ut eo nomine significatur, &
 motus & mutatio omnis, & ortus interitus
 quae: atque ita vnicuique illa definitio videtur
 mihi duo discrimina complexum esse rerum
 naturalium & reliquarum: primum apertè,
 quod scilicet naturalia mouentur per se, re-
 liqua aut nullatenus, aut ex accidenti: alter-
 rum per insinuationem, quod scilicet natu-
 ralia habent principium (sive ortus, aut
 secundum singularia, aut secundum spec-
 ciam; artificialia nullum tale principium
 habent. Hoc verò ita est, nam res quae con-
 coctione gignuntur ex feminis, cuiusmodi
 viuientia omnia in seipsis habent princi-
 pium quo fiunt, non solum secundum spec-
 ciam, sed res singulae per se. Quae enim
 eorum rerum suo ipsius calido ortur, ut lib.
 4. Meteor. monstrauimus. Res autem non viu-
 entes habent id principium secundum spec-
 ciam, nam ignis fit ab igne & terra à terra,
 quanquam non eadem terra portio à se-
 ipsa. Hoc verò nulli rei naturali non in-
 est (praeter eam quae nulli ortus est obno-
 xia ut caelum) omnis enim res naturalis
 vim habet gignendi similem, quanquam
 viuca-

Debitate

Responde-
tur.

Implicatur
 de defini-
 tione motus.

viuentia habent, ad motum quodam perfectioni, sed que ante, aut extra fortunauit constant, nullatenus habent principium per se, vt sunt. In duobus diffinitionibus huiusmodi rebus. Sed cur cum duo hec accidant rebus naturalibus, præ aliis rebus, moueri scilicet, & posse aliam figuram sui similem, Aristoteles ex priori accepit diffinitionem naturæ, dicens esse principium motus, potius quam ab hoc altero, dicens esse principium gignendi multi enim enarratores hoc putant fuisse, magis consonum, quia illa diffinitio videtur accepta ab accidente quodam.

Respondetur.

Natura profecto est nomen potentie cuiusdam que est in rebus naturalibus, potentie uero aut facultatis non possunt diffiniri per se, sed ad actionem igitur ad actionem aliquam oportet ut dicatur natura, & ex actione aliqua accipitur eius diffinitio. Non tamen potentie omnes eodem modo rebus accidunt, sed alie sunt aliis priores, & magis uniuersales, ut & actiones ipse aliis actionibus, ut est quedam facultas que uocatur alitrix in nobis, quia alit, hæc posteriores sunt facultates alie que ut inferiores huic ministrant, quia earum actionibus agitur nutritio: hæc sunt, que trahit, que retinet, & que commutat alimentum. Naturam ergo constat esse potentiam primam omnium earum que sunt in naturalibus corporibus, quateenus sunt naturalia corpora: diffiniri ergo debet per actionem omnium primam, ea uero est, que est maxime uniuersalis, & que omnibus rebus natura constantibus congruit. Gignere sui simile non est in omnibus que constant natura, siquidem neque in toto celo, neque in aliqua eius parte est: motus uero aut quietis à nulla omnino re naturalis abest, ergo ad hanc actionem dici debet prima illa potentia, quam uocamus naturam, & ab illa accipere diffinitionem. Optime itaque Aristoteles diffiniuit, dicens, esse principium seu causam mouendi, & quiescendi, eius in quo est, per se. Intelligunt multi dictum esse principium seu causam, ut significaretur materia & forma rei, que ambo putant esse principia naturalia, & naturam rei: ergo materiam dici principium, formam principium & causam. Verum falluntur aperte, nam nullatenus hæc diffinitio potest dici de materia, neque materia aliquo modo est natura. Nam materia, ne-

Materia non est natura.

que causa, neque principium est motus, sed est principium rei. Quod enim principium est materia? materiale dicunt: at principium materiale idem est quod materia, sed materia non est motus materia, sed rei, ergo non est principium motus, sed rei. Si dicis quia est rei, est & motus; ergo rei est per se, motus per accidens. Sed natura debet esse motus principium per se, ut constat ex diffinitione, igitur materia nullatenus est natura: sed natura rei est ipsa rei forma que quatenus est actus & perfectio rei, uocatur forma, ut species, quatenus potentia operandi, mouendi præcipue, dicitur natura. Ita sentit Aristoteles intellexisti nuper in calce superioris libri, nam cum uellet dicere de natura, quasi eadem res sit natura & forma, ita dixit, De corruptibilitate rerum formis deinceps disputemus, & paulo post uidebis eum resutantem quorundam sententiam, qui naturam in materia collocabant. Neque hic certe probos eorum sententiam qui magis proprie, aut minus proprie uerumque principium, materiam (inquam) & formam, naturam esse dicunt. Nam etsi, & Metaph. ubi commemorauit omnes agitiones nominis, etiam metaphoricis dixit materiam esse quodam modo naturam: hæc uero natura que proprie dicitur definitur solum, ut ex eodem cap. 4. 5. Meta. aperte quis uis intelligit. Quare ego ita statuo, cuius que rei naturam esse propriam illius formam, quatenus est facultas prima mouendi, & quiescendi, dixit: tamen Aristoteles in diffinitione principium aut causam, non quod res diuerse sint, sed (ita ut sit) maioris claritatis gratia, ut sum esse duobus nominibus. Rursum rogant enarratores, cur dixerit mouendi aut quiescendi. Respondent, quia natura mouentur propter quietem, fertur enim terra deorsum, ut quiescat in centro. Dixit tamen mouendi aut quiescendi, haudquaquam mouendi & quiescendi, respiciens celum, quod nunquam quiescit. Sed uidetur, si hi uera dicunt, nullam naturam esse causam per se quiescendi, nam natura celi non esse illi concedunt, sed neque naturas aliarum rerum esse probos naturam mouere ut quiescat, est quietem esse sine causa motus, non tam natura esse causam quietis, nisi per motum, quare per accidens, nulla ergo natura est per se causa quietis, frustra ergo addidit Aristoteles in diffinitione

Dubitatio

Refutatio

DE NATURALIB. PRINCIPIIS

tionem mouendi aut quiescendi, dicendum
 quum sit res mota, non est mota, quia motus
 ut quiescit, sed ut hec potest quae enarratur
 pendere non posse negare quemquam nisi a
 sententia Arist. sit, et licet recedere de omni na-
 tura constantem habere, interea causam sui
 motus. Na habet res omnia naturalis natu-
 ra, natura vero est causa per se motus eius rei
 in qua est natura. Itaq; alioquin ignis, & de-
 scendentis lapidis causa, est sua illorum natura;
 moueturq; hac omnia per se a suis formis.
 An cu in instrumentis aut sine illis alterius loci
 est disputatio, hic illud vnu dico, datum esse
 rebus omnibus, vt cum extra ea que sua
 natura amat violenter acta sunt, naturali-
 ter reuertantur, vt aqua que calefacta est,
 quia extra suam temperiem retinetur, quu
 primum recedit ignis, per se & a sua ipsius
 forma naturaliter refrigeratur, & lapis su-
 pra detentus, quia extra eum ordinem que
 res amat est collocatus, que primum recedit
 id quod prohibet, descendit opera sua natu-
 ra. Dicu, quid ergo interest inter corpora
 viuenda, & inanima, si hac quousq; mouen-
 tur ab inextingua causa? Hoc ego sequenti ser-
 monis diuiciuissimè enarrabo, modo dicam
 breuè. Animantia mouentur voluntate aut
 imaginatiue quousq; versus. Inanima, na-
 tura tantum, & quod fert natura, quod non
 intelligentes quidam decepti loco quodam
 ex hb. 2. cap. 4. quem ego illic enarrabo, com-
 menti sunt de sententia Arist. inanima cor-
 pora moueri a generate, & habere in seipsis
 principium passiuum tantum motus, puta
 materia. Sed indicaru a me est paulo antea,
 vt hic distinetur natura, nullatenus dici posse
 id nomen de materia. Quare, aut res inanis
 mes carent ea natura que hic definitur, aut
 habent in sele principium aliquod motus
 preter materia. Sed preter hec, dicunt ignis
 qui sursum fertur, ab eo igne a quo genus
 est agi, & me cum preceptis uoà parte meo
 precipitari. Sed inique agit profecto, qui
 quia lignum nullum est cuius alterbar, cum
 que genuit modo precipitem dat. Quia (di-
 citur) qui dat formam dat necessaria ad seruan-
 da formam. Igitur & cum calefacta aqua per
 se frigescit, refrigeratur ab alia aqua que ea
 generauit, & si ea multo antè absumpta sit
 refrigerabitur, cum non sit refrigerans, si non
 est. Itaq; & cum ego Copluri febrem habes
 ad tepere recedo, pater qui Couarrubus de-
 cè & octo ante annos sepultus erat, febre ex-
 tinguit, reducit enim me ad tepere natura

le, vnde a profecto omnia parere, sed em pre-
 cipit ab artem ad seruanda mea natura motu
 intererat me precipitari potest, & cum alio
 quouis morbo liberor, est pater qui liberat,
 eius itaq; prius natus homines, nisi modi-
 ci non sine, quid ergo agit mea natura? Sana-
 bo ego prole, quare nihil suavi sibi pro spi-
 cit, sed proli, dicitur tamen Philosophi qui no-
 bis quader indit esse omnibus a natura vt se
 se corpus tuncatur. Sed hec omnia non vi-
 dentur satis sane dicta, sed desiderata in-
 digna que seruo referuntur. Quod res ha-
 bet, rursum dico, Res omnibus indita est a na-
 tura vis quedam, que redit ad natura, cum
 violenter, aut sine naturali ordine, aut tem-
 perie, aut re alia que amas natura; con-
 tinentur atq; ea vis est sua ipsarum forma, &
 sua natura, quia nihil antiquius est rebus qm
 retere ea quibus seruatur. Consentaneum
 ergo est id datum esse sue nature & forme
 id que per se, quia & (vt ego puto) sine in-
 strumentis. Igitur natura est per se princi-
 piu, motus eius in quo est. Verum non satis
 est posse rem, cum tepere aut ordine lo-
 ci amiserit, recuperare, nisi possit etiam, cum
 re perauerit, conseruare quare non satis est
 fer, datum esse naturis rerum posse, cum
 sunt extra propria loca, illa versus mouere,
 nisi datum etiam esset, cum in loca propria
 peruenerint, in quiete retinere. Opus ergo
 eod est, vt utrunque datum sit natura, sitq;
 eadem natura principium, & causa quies-
 di in loco idoneo, que est & agendi in eum lo-
 cu. Atqui ego hac de causa ita statuo, res co-
 munes eade opera, & eade vi quiescere in lo-
 cis idoneis, quis mouetur a min' idoneis,
 usq; minus esse actione in quiete qm in mo-
 tu. Na que mouentur pugnat cum iis que co-
 nature detinere, que quiescit, pugnat cum iis
 que conatur loco pellere, quod sic ipse po-
 res experiri, volens quiescentem lapide sur-
 sum pellere, ante enim qm moueris senties
 resistit vim. Quiescit itaq; vi, que vis ca-
 de est, & que mouebat, pura rei natura. Ve-
 rissimè ergo dictu est ab Arist. est causa mo-
 uendi aut quiescendi. Costat ex dictis, vt rur-
 sus dica) nihil quiescere cessado solum, sed
 agendo aliquid. Na si quid quiesceret nihil
 agens, nihil resisteret amouens, amoueret ergo
 a quarulaciq; vi quatuus exigua, sed ni-
 hil est quod amoueri possit nisi a certa qua-
 da, ergo omnis quies est actio quedam. Dicit
 itaq; proinde natura est causa mouendi, aut
 quiescendi, quia siue res mouet, siue quiescit

Quies natura
 ratio nre est
 cessatio.

111.1.10.11

111.11.11

naturahter, sua illius natura causa efficiens est. Sed hæc omnia que de natura & de quare dixi, diligenter considerata, atque memoraria recte; erant enim ad alias disputationes in sequentibus necessaria. Modo venio ad reliqua huius capituli. Ergo (inquit) natura est quod diximus. Verum differunt tria hæc natura, & quod habet naturam, & quod est secundum naturam. Nam natura est quod diximus. Naturam habens, est res naturalis, in qua est illud principium quod diximus esse naturam. Est verò res omnis naturalis substantia; nam accidentia propriè non sunt entia naturalia, ut priùs explicuimus. Neque verò substantiæ omnes sunt naturales, sed corporeæ solum, in corporeæ enim non sunt mobiles. Natura autem, partim est in subiecto, partim est subiectum: nam quatenus est in re naturali, est in subiecto: quatenus autem accidit ei quædam passiones rerum naturalium; est illarum passionum subiectum, atque illa que per se sequuntur rei naturam; dicuntur esse secundum naturam, aut naturam, aut naturaliter (idem enim significatur his nominibus): ut ferri sursum accidit igni secundum naturam, quia est passio nature ignis, sequiturque illam per se; hoc verò nequit esse natura, neque est res naturalis, sed est naturalis passio, accidens igni secundum naturam. Constat ergo iam quid sit natura, quid res naturalis, quid naturalis passio. Dicit aliquis omissam esse primam disputationem de natura, scilicet an sit: videtur enim oportuisse monstrari naturam esse priusquam diceretur quid esset. Huic objectioni respondet Aristot. ridiculum esse, vel le monstrare naturam esse, nam constat per se, quare monstratio procederet ex aliis que non essent manifesta per se; essetque monstrare aperta per obscura, quod nemo facit, nisi qui ad id est stupidus, atque alienus à communi hominum sensu, ut non valeat distinguere, que sunt per se nota ab iis que non sunt. Præterea an esset natura; perinde esset ac si cæcus à natura disputaret de coloribus. Nam qui sciret quid esset natura, non posset ignorare, an esset: ergo qui dubitaret an esset, nesciret quid esset natura, ergo disputaret de re quam omnino nesciret, ut si cæcus de coloribus. De nominibus ergo solus esset disputatio, re priùs ignorata: ergo non posset non esse ridiculum disputare an natura esset. Quare melius fecit Aristot. qui

accipiens hoc ex communi hominum sensu, monstravit quid natura sit.

Videtur autem quibusdam natura, & essentia eorum que natura constât, quod primo subiectum est unicuique non formatum per se, ut lecti natura lignum, statua autem as. Signum autem huius lectum, & vim accipiat putredo, ut germinet, non quidem gignitur lectus, sed lignum, ut pote quod ex accidenti habet legitimam & artificialem dispositionem, natura autem sit illa que manet assidue hæc accipiens. Si autem, & horum unumquodque ad aliud aliud quid idem patitur, ut as & aurum ad aquam, ossa autem & ligna ad terram, & alia eodem modo, quodcumque tale naturam esse, & essentiam illorum. Quapropter alij quidam terram, alij autem ignem, alij autem aerem dicunt, alij autem aquam, alij autem horum quedam, alij autem hæc omnia, naturam esse rerum: quod enim quibus illorum accepit, siue unum siue plura, hoc, & tot, dicunt esse omnem substantiam, alia autem omnia passiones horum, & habitus, & dispositiones. Et horum quidem quodvis esse perituraum, non enim esse mutatione ipsis ex ipsis: alia autem oriri & interire in finities. Vno itaque modo natura ita dicitur, prima unicuique subiecta materia habentium in se ipsis principium motus, & mutationis: alio autem modo forma & species secundum rationem. Ut enim ars dicitur quod est secundum artem, & artificiosum: ita et natura, quod secundum naturam dicitur, & naturale.

Neque verò dicamus illud aliquo modo habere aliquid secundum artem, si potentia solum lectus sit, nondum enim habet formam lecti, neque esse artem, neque in us quæ constant naturam. Nam quod potentia est caro, aut os, nondum habet illius naturam, priusquam accipiat speciem quæ est secundum rationem, quam diffinientes dicimus, quid est caro, aut os, neque natura est: quare alio modo natura quidem sit eorum quæ habent in se ipsi principium motus, forma, & species, non quæ separari potest, sed quæ est secundum rationem. Quod autem ex his est, natura quidem non est, natura autem, ut homo: & natura est hæc potiusquam materia: vnumquodque enim tunc dicitur cum actu potius sit, quam cum potentia. Præterea sit homo ex homine, sed non lectus ex lecto, quapropter dicunt, figuram non esse naturam, sed lignum, quod fiat quidem, si germinet, non lectus sed lignum. Si autem hoc est ars, & forma est natura, sit enim ex homine homo. Præterea natura quæ dicitur ut ortus, via est ad naturam, non enim ut medicina dicitur non in medicinam via, sed in sanitatem (necesse enim est à medicina non in medicinam esse medicationem) non autem ita habet natura ad naturam, sed quod ex aliquo nascitur, in aliquid venit, quatenus nascitur. ad quid ergo nascens venit? non quidem ad id ex quo, sed ad quod, ergo forma est natura. Forma autem & natura bifariam dicitur: etenim privatio forma

quodam modo est. Si autem est privatio & contrarium aliquid circa simplicem oriam, aut non est posterius considerandum.

Refutat sententiam Antiphontis cuiusdam, & aliorum Philosophorum dictam, naturam rei cuiusque esse id quod subiectum est ei primum, ut materia: cum tamè, ut à me monstratum est prius, materia non sit proprie, & ut hoc loco definitur natura, sed forma solum. Primum proponit eorum sententiam, & rationes: deinde refutat, tum aliis argumentis, tum etiam suis illorum aduersus illos agens, monstransque proprie cuiusque rei formam esse illius naturam. Erat ergo sententia illorum, materiam rei esse illius naturam. Argumenta debebant à rebus arte factis hoc modo. Lecti natura est, non lecti forma, sed lignum, & statum æris, non formatio, sed æs: quod probabat Antiphon hoc modo, Si quis detodiari lectum, & de fossi germinet, ita ut sit cum putrescent de fossa ligna, nascetur profectò non alius lectus, sed lignum. Argumento ergo est, lignum illud ex accidenti accepisse figuram illam, naturam verò illius esse quod manet, accipiens assistentiam illam, & tales alios formationes: id verò est ipsum lignum. Sed res vnaqueque earum quæ naturam constant, eodem modo habet ad aliud aliquid, quo lectus ad lignum, ut æs & aurum ad aquam, ossa, & ligna ad terram: docet Plato in dialogo de Natura metalli esse aquæ genera, quia liquantur ad ignem, & ossa pertinent ad terram. Idem docet Arist.

4. Meteor. & de quibusdam horum generibus: ergo rei natura est quodcumque tale est subiectum rei ut materia, ut æris & auri aqua, osium & lignorum terra. Hæc ratione fusi, dicebant quidam illorum terram, alii ærem, alii ignem, alii aquam, alii quædam horum, alii omnia hæc esse naturam rerum omnium. Quod enim, aut quæ quæ illorum accipiebant esse rerum omnium materiam, id aut ea, statuebant esse substantiam omnem & res omnes, & illud, eandem dicebant esse generatam à se ore & intellectu, reliqua verò esse veluti hæc accidentia, ut habitus scilicet aut dispositiones, aut passionem. Atque ortus & interitus rerum nihil esse aliud quàm horum commutationes, illa verò quæ accipiebant (revertit has sententias superiori libro, dicens quosdam sta-

statu sic aquam, quodam est ens, quodam ignem, quodam duo, quodam plura horum principia eterna, quodam autem omnia non habent mutationem ex se ipsis, id est, secundum suam substantiam. Itaq; colligebant alii omnia esse quatuor genera & secundum substantiam, & omnium naturam esse eam, alii tercia, alii aliud. Hinc uique referuntur ad se, seu sentiam, quatuor referuntur in alia. Proinde si sermo quasi ita dicitur, ut quoque colliguntur. Antiphon. & alii ita dicitur naturam primam uniceq; subiectam materiã habentium in se principium motus & mutationis (mutationem vocat ortum & interitum: dicuntur uero est nuper naturam principii & causam ortus esse; in rebus quæ ortum habent, quod nomen ipsam præterfere, dicitur enim Græcis φύσις, a verbo φύω. Latine natura à nascendo) verum est hoc illis concedamus (concedit enim non quod prout materiam primam esse proprie naturam, sed ne sermo hereat, admittit vno modo ita dicit, metaphoricè scilicet, & propter ad vltiora) non tamen hoc modo solum natura dicitur, sed alio modo natura dicitur, forma aut species secundum rationem, id est, forma aut species rei à qua accipitur definitio. Probat deinceps Arist. hoc quod propositum est, puta formam dici naturam, atque cum hoc probare incipit, tandem artificio magno concludit, formam solum, vel saltem solum proprie naturam dici, materiam primam, aut nullatenus, aut metaphoricè, sed quo apertius procedat narratio, oportet intelligas nomen hoc ars, dici de habitu practico qui est in artifice, ut in 4. Ethicorum capite. 4. & de forma ipsa rei arte factæ. Nam cum dicimus statuam auream contemplantes, laude digna est in hac statuæ arte, non statuam auream, sed formationem, nã vili materia potest ars laudari, seu opus. Ergo, inquit, ut ars dicitur (secundum hoc significato) quod est secundum artem, ita dicitur natura, quod secundum naturam. Tamen nemo dixit habere aliquid secundum artem, id quod potentia solum sit lectus aut lectica, aut tale aliud, nam nondum habet formam, neque est secundum artem. Ita ergo eveniet & in his que constant naturã, scilicet, nã ita dicit, quod potentia tantum est caro, aut os, habere carnis aut ossis naturam, antequam accipiat speciem, quæ est secundum rationem, quam definitiões dicimus quid sit caro, aut

os, id est ex aqua accipitur ratio illa quam ex primis, cum definitis quid sit caro aut os, prout enim quare solum forma accipiat, neque natura constans erit. Constat ergo à alio modo dici naturam, formam eorum que habent in se ipsi principium motus, non quidem eam que separati præterfere est enim ea forma accidentis, sed que est secundum rationem, id est, à qua capitur definitio rei, hæc verò est forma & substantia, seu forma, ut dicuntur substantialis. Quod autem est ex his, id est, constat ex eo quod est res potentia, & ex forma, nō est natura, sed constat naturã ut homo: constat etiam naturam potius esse hæc quam modo dicimus, quam materiam. Nam vnumquodque tunc dicitur esse cum est actus, potiusquam cum potentia, quare ut lignum nō est ars, est si posuit esse lectus, sed ea quæ iam est lecti forma, ita rei natura nō est materia sed forma. Concludit itaq; Arist. proprie ac verè forma solum esse naturam, non materiam. Arguetur deinde ad hominem aduersum Antiphontem & reliquos hoc modo. Dicitur figura lecti nō esse naturam sed lignum, quia si germinat, nō sit lectus, sed lignum, ergo si hæc de causa figura lecti nō est natura, sed ars, sequitur formã rei esse naturam: nã sit homo ex homine, & equus ex equo, atq; vniuersim signi aliquid ab alio per se, est accipere illius formam, materia vero prima hac ratione non erit natura, nam non gignitur materia, hæc enim nō est ortus obnoxia. Fit itaq; hæc Antiphontis ratione materiam, eam saltem quæ est prima, non esse naturam. Rursum argumentatur Arist. probans formam esse naturam, non materiam hoc modo, Natura quæ dicitur ut ortus (vocat naturam quæ dicitur ut ortus ortum naturalem) via est ad naturam rei quæ oritur, ergo illud ad quod venit res quæ oritur est natura (semper enim quod gignitur ex aliquo in aliquid venit) quid ergo est ad quod nascens venit? certe est illud in quod, non illud à quo: sed id ad quod res nascens venit est forma; à quo est materia cum priuatione: ergo forma est natura, non materia. Refutat obiter quod viderit posse huic argumento responderi. Dicit fortasse aliquis, non ita habet ortus naturalis ad naturam, sed ut medendi opus non ducit ad medicinam, sed ad sanitatem, ita naturalis ortus non ducit ad naturam, sed ad aliud aliquid. Non inquit Arist. ita habet, sed natura est id ad quod

quos res venit eum nascitur, quatenus nascitur, id verò est rei forma. Neq; verò si quis velit comparatione medicinz amplius vteretur efficitur quicquam est enim ratio longè diuersa, nam medicina non est in eo qui curatur, sed in eo qui curat, natura verò nõ est solum in eo qui gignit, sed in ea etiam quod gignitur, est ergo id quod fit in re que nascitur, quatenus nascitur, proinde enim (vt diximus) vocata est Latini natura, & Græcis φύσις, itaque natura forma est nõ materia, quod nulli ferè enarratorum intelligunt, putant enim definitionem naturæ quæ hoc capite est lata, materiæ & formæ cõgruere, et si formæ perfectiõis. Quòd si Arist. Metaph. & hoc ipso cap. dicit vno modo materiam esse naturam, improprie, & analogia intelligendũ est, non vt hic definitur nam præter ea quæ accepimus ex Arist. argumẽta, sunt alia multa, quibus et si Arist. aliter sentiret, affirmare mus materiam primam nullatenus esse naturam. Natura enim nomen a dũs & perfectio nis cuiusdam est, materia verò nullum actũ habet, neque perfectio nem, sed omnia est partia. Præterea natura est illud quo res naturales naturis differunt, sed nullæ res naturales differunt materia: hæc enim eadem est in omnibus naturæ constantibus, ergo materia prima nullatenus est natura, sed prima materia ad compositionem naturalem habet, vt ens ad eam compositionem quæ appellatur Metaphysica. Vt ergo ens nulla rei cuiuslibet natura est, sed omnibus naturis subest, ita prima materia omnis naturæ est capax, & per se nulla est. Dixi primæ, quia secunda materia, cuius non sit expers omnis formæ, non est extra rei naturam: dicimus enim metalli esse aquæ naturæ, & ossa terræ, quia hæc ex multa terra, illa ex multa aqua facta sunt. Cũt: vt elementorum virtutes in concretis corporibus maneant, naturæ concretorum referunt naturas elementorum. Atque ita de materia quæ non est prima, verissimè dicitur fit, materiam esse vno modo naturam, nõ in tali materia est ratio formæ, atque quatenus participans forma, est aliquo modo natura, nõ quatenus materia. Prima verò materia per metaphoram solum dici potest natura, proprie nullatenus. quod non facit distinxit Arist. sed huiusmodi sunt quæ relinquuntur enarratorib; distinguenda.

In his cepit dicit formã dici bifariã, priuationẽ enim esse quoddã modo formã, quia scilicet nõ potest esse vnus formæ priuatio, sine forma alia. Neq; verò putet proinde formam in perfectiorem quæ præcessit etiam naturalem, dici hic priuationem, vt omnes ferè enarratores intelligant. Nam ita nõ dixisset Arist. priuationem quodam modo esse formam, sed simpliciter esse formam: nõ enim minùs proprie seminis forma, est forma quàm forma plantæ, quæ ex eo gignitur, sed priuatio est illud cum quo materia non fit, hoc aut tale, sed fit nec hoc, aut non tale. vt homo fit ex non homine, album ex nõ albo. Constat verò illud non esse proprie formam, quia non facit esse hoc, esse tamẽ quodam modo, quia facit esse non hoc. Non quidẽ quòd reuera, aut numero in semine aliud sit esse semen, aliud sit esse non plantam, sed ratione est diuersum. ac proinde dicit quodam modo priuationem esse formam, non enim considerantibus intelligitur vt priuatio meta. An verò ortus simplex fiat ex contrario partim est dictũ, partim differt. Arist. dicendum in opere de Ortu & Interitu.

CAP. SECVNDVM.

Quandoquidem definitũ est, quomodo natura dicitur, deinceps considerandum, quo differat Mathematicus à Physico: etenim superficies, & alitndines habent naturalia corpora, & longitudo, & puncta, de quibus considerat Mathematicus. Præterea niquid Astrologia altera sit, an pars Physicæ? si enim Physici est quid sit sol & luna agnoscere, accedentiũ illorum nullum, absurdum. Alia ratio ne, & quia videntur disputare, qui de natura, & de figura lune & solis, & an rotunda sit terra, & minãus, an non. De his itaque agit & Mathematicus, sed non quatenus naturalis corporis finis quodque illorum: neque accedentia considerat, quatenus his rebus

accidunt, quæ propter separatas, separari enim possunt cogitatione à motu, & nihil interest, neque accidit mentiri ijs qui separant. Latent autem qui hoc faciunt, & qui idæas dicunt: separant enim Physica quæ minus separabilia sunt, quàm Mathematica. Fiet autem hoc manifestum, si quis vtrorumque tenet dicere diffinitiones, & illorum, & accidentium: est enim impar, & par, & rectum & curuum, ad hæc & numerus, & linea, & figura sine motu, caro autem, & os, & homo non ita, sed hæc, vt naris sumo, non vt curuum dicuntur. Indicat autem & que Naturalia magis sunt, quàm Mathematica, vt Perspectiua & Musica & Astrologia: habent enim modo quodam contrario ad Geometriam. Verùm Geometria lineam naturalem considerat, sed non quatenus naturalem, Perspectiua autem Mathematicam quidem lineam, sed non quæ est Mathematica, sed quæ naturalis.

¶ Quo melius intelligatur quæ pertineant ad Philosophum naturalem, docet quo modo differat inter Naturalem & Mathematicum, videntur enim disputare de eisdem rebus. Nam Mathematicus considerat de superficie, altitudine, linea, & puncto: hæc verò sunt in naturalibus corporibus, de quibus disputat naturalis. Præterea Astrologia videtur esse aut altera Physica, aut Physicæ pars: nam absurdum est putare eum naturalis disputare de figura solis & lune, nullum accidentium solis & lune ad illum pertinere, maxime eum videtur etiam Naturalis disputare de figura solis & lune, & an terra, & mundus vniuersus rotundus sit, an non, quæ eadem disputant Astrologi: videntur itaque Mathematici, Astrologi præcipue de eadem omnino re agere, de qua agunt Physici, sed quanquam Ma-

thematici & Physici res easdem considerent, non considerant eodem modo. Nam Physici agunt de superficie, altitudine, linea, & puncto, vt illis finitur corpus mobile & naturales Mathematici verò non ita, sed separant hæc à materia, atque de separatis disputant. Nam separari possunt cogitatione hæc à substantia mobili, & à motu, etsi reuera esse non possint nisi in substantia corporea & mobili, neque quicquam interest ea quæ necessarid concreta sunt, cogitatione separare, neque is qui separat mentitur, non enim affirmat esse re ipsa separata, sed considerat illorum passiones per se ac si essent separata. Atque ita Physicus disputat de corpore, vt est mobile, Mathematicus vt accipit mensuram, separans cogitatione à substantia & à motu. Hinc atrepta occasione inuehitur in Platonem, quod de idæis loquutus sit. Latent (inquit) id est, latenterrant, qui ita faciunt, & idæas dicunt, id est, qui separantes à materia de idæis disputant. Error verò eorum est, quod separant Physica à materia, quæ minus separari possunt quàm Mathematica. Quia Physica continent in suis diffinitionibus materiam, Mathematica non continent. Constat verò nihil posse separari, ne cogitatione quidem ab eo quod est in sua diffinitione, eum diffinitio contineat essentiam rei. Hoc autem ita habere, manifestum fiet, si quis tenet definire vtraque, substantias (inquam) naturales, & accidentia ea quæ considerant Mathematici. Nam par & impar, rectum & curuum, numerus, linea, figura, nulla substantia mobilis nominata, diffiniti possunt: caro autem, & os, & homo non possunt. Nam dicuntur, non vt curuum quod sine omni substantia dici potest, sed vt si nimum, quod non potest definiti sine naso. Itaque vt simitas non potest cogitatione separari à naso, ita neque idæa Physicæ à materia. Rursum probat Mathematicas etsi easdem res considerant, quas Naturales, tamen non eadem ratione probandi: id exemplo quarundam artium, quæ videntur inter Physicam & Mathematicam esse constituta. Metæ Mathematicæ scientiæ sunt Arithmetica, & Geometria: hæc enim nullius rei naturam considerant, sed proportionem & mensuras solum. Physica est quam hic Aristot. docete incipit.

qua

quæ substantiam sui & motus ac vires consi-
derant inter has sunt Astrologia, Perspecti-
ua, & Musica: Astrologia operi mensuras &
proportiones accipit à Geometria, non tamè
in illis consistit, sed accommodat motui cæli:
Perspectiva lineas considerat, non separa-
tè, sed visorias. Musica numeros accommo-
dat sonis, consideratque non solum nume-
ros, ut Arithmeticus, sed sonoros. Itaque
Astrologia, Perspectiva, & Musica partè ac-
cipiunt à Mathematicis, partè à Naturali
scientia. Nam lineas & mensuram omnem,
numeros & proportionem, considerant Ma-
thematica, motum cæli, sonos, & visionem
naturales scientia. Preinde (inquit Aristot.)
Geometria considerat inquam Naturalem,
id est quæ est in corporibus naturalibus nõ
quatenus naturalis, id est, non hac ratione
quæ est in corporibus, sed separatè. Pe-
rspectiva considerat inquam Mathematicam, hoc
est, habentem rationes Mathematicas, nõ
tamen quatenus Mathematicam, sed quate-
nus Naturalem, id est, non quatenus est res
dã aut curus aut reflexa, hæc enim à Geo-
metria accipit, sed quatenus est visoria. Ita-
que constat quæ ratione differat Mathemati-
cã à Physicã, & ut Physicus non debeat se
paratè, à Mathematica.

¶ Quando autem natura bifariam di-
citur, & forma & materia, ita specu-
landum est, quasi quid simus sit spe-
cularemur, quare neque sine materia
hæc, neque secundum materiam. Ete-
nim & de hoc bifariam dubitare pos-
sit aliquis, quãdo quidem duæ sunt na-
turae, de qua spectat ad Physicũ, num
de eo quod ex ambabus verum si de eo
quod ex ambabus, & de veraq; num-
ergo eiusdem est an alterius ut anque
agnoscere & respiciere enim in anti-
quis videbitur quidem esse materiae,
minima enim in parte Empedocles, &
Democritus formam, & id quod est
res, viderunt. Si autem ars imitatur na-
turam, eiusdem autem sententia est scire

formam, & in ea materiam. ut in-
dici sanitatem & vitam ac pravitam,
in quibus est sanitas. Ita autem & ar-
chitecti, & formam dant, & mate-
riam, quæ sunt lateres & ligna, eodem
modo & in alijs, & Physice profecto
sit nosse ambas naturas. Præterea id
cuius causa, & finis, eiusdem sunt, &
quæ inque horum causa, natura au-
tem & finis, & cuius causa. Quorum
enim minus perpetuus cum sit, est ali-
quis finis motus, hoc est, est enim, &
id cuius causa sit. Quare Præterea indi-
cendè nõ vult, ut diceret, habet extre-
mum, cuius factus est causa: vult enim
non omne extremum esse finem, sed
quod optimum. Quare quidem &
faciunt artes materiam, alia quidem
omnino, alia autem accommodatè o-
peris, & animus ut in obsequium cau-
sa omnibus quæ supererunt. Sumus eni-
nem citam nos quodammodo finis, bi-
fariam enim dicitur id cuius causa, di-
ctum autem est in opere de Philosophia.
Duæ autem sunt quæ præsum
materie, & quæ eam agnoscunt artes,
& quæ vult factaria, & architecto-
nica: quare & quæ vult est archite-
ctonica quodammodo. Differat autem,
quatenus hæc quidem est ut formis ag-
noscens architectonica, hæc autem ut ef-
fectiva materia. Gubernator enim na-
tus quæ forma clavis esse debeat, nu-
mus, edicique, alia autem ex quali li-
gno, & qualiter motum est. In his igitur
quæ ad artem spectat, nos facimus
materiam causa operis, in naturalibus
autem ipsa supererunt. Præterea in his
quæ

que ad aliquid sunt, est materia: alteri enim speciei altera materia. Quousque ergo Physicum nosse oportet speciem, & quod aliquid est, num ut medicum aerium, aut ut sarrum as, consueque: alterius enim gratia virumque & in his que sunt separata species, in materia autem homo hominem gignit, & sol. Quo autem modo habet quod separatum est, & quid est diffinire, Prima Philosophia est opus.

¶ Perstat Arist. monstrare Physicum non debere agere de formis separatis, sed in materia: agitque argumentis quibusdam aded difficilibus, ut haud sciam an à quoquam satis explicata sint. Primum est huiusmodi, Physicus agit de natura, natura autem est duplex, materia scilicet & forma, ergo de vtraque agendum est, non de forma separata ac per se: sed ita considerandum esse rem quamcunque naturalem, ut consideramus similitudinem, neque sine materia, neque ex sola materia, sed ex forma cum materia. Nemo enim potest diffinire similitudinem, nisi facta mentione naturae, quae est materia. Neque verò satis sit naturam nominare, nisi figuram etiam finiat. Atque hoc est quod dicit, Neque sine materia, neque secundum materiam. Atque hoc ipso modo agendum censet de naturalibus. Deinceps reddit rationem qua haec dixerit, dicens, posse enim de hac re duplicem dubitationem oriri, quandoquidem sunt duae naturae, de qua spectet ad Physicum disputare, an de forma solum, an de materia solum, an de eo quod sit ex ambabus. Videturque rursum, si de eo quod ex ambabus sit, dicatur, fieri ut de vtraque sit. Atque tunc rursum est dubitatio, num eiusdem scientiae est vtraque agnoscere, an alterius formam, alterius materiam? atque eo magis quis dubitabit, putabitque fortasse Physicam esse agere de sola materia, si respiciat antiquorum scripta & dogmata: nam Empedocles & Democritus quam minimum disputauerunt de forma rei, & de eo quod res est, sed circa materiam semper ferè versati sunt. Hi enim de rerum materia maxime alter-

cabantur, an vna, an multa substantia: de forma nihil ferè, sed congregatione solum & segregatione fieri earum rerum quas aeternas & nulli ortui aut inreritui obnoxias, statuebant. Video iam hic dicturum aliquem, me male, ac praeter sententiam Arist. negasse capite superiori materiam primam esse naturam, cum hic Arist. dicat duas esse naturas. Verùm qui rectè considerat verba Aristotele aperte intelligit cum non differere de materia prima, sed de secunda, quam naturam esse aliquo modo ego quoque concessi. Primum dicit, materiam de qua disputat, & quam naturam esse dicit, esse, ut naturam similitatis, hic verò secunda materiae assimilis est, non prima. Deinde dicit Empedoclem & Democritum de materia egisse multum, de forma quam minimum, scimus tamen hos de nulla materia informi disputasse, sed substantias quasdam irresolubiles statuisse. Praeterea paulò post dicit, materia est in iis quae ad aliquid sunt, nam alteri speciei altera est materia, quod nihil aliud dictum est, quam cuique formae esse propriam materiam, quod constat de secunda solum materia verè esse dictum: prima enim materia eadem est sub formis omnibus. Neque haec solum, sed & omnia argumenta quibus Aristotele agit, de secunda materia videntur intelligi. Sed dices, Aristotelis institurum esse docere haec loco Physicum debere agere de forma & materia, Physicum tamen de materia prima etiam debere agere, non solum de secunda: quare quae affirmat, & ex quibus argumenta ducit, non solum de secunda, sed etiam de prima materia debere intelligi. Verùm, ut diximus, institurum hic Aristotele est monstrare, Physicum non debere agere de separatis physicis, sed, ut hoc constet, satis fuerit monstrasse debere eum agere de materia secunda: nam formae cum secundis materiis coniunctae, separatae non sunt. Acceditque statim, ac monstratum hoc erit de secunda, monstratum haberi debere de materia prima. Non enim potest esse forma coniuncta materiae secunde sine prima, magis quam numerus sine unitatibus. Sed venio ad aliud Aristotele argumentum, quo confirmat id quod propositum est, dicit, Si ars imitatur naturam, eiusdem autem scientiae est scire formam & in ea materiam, ut medici sanantem & bilem accipit,

tam, in quibus est sanitas: ita aurem & architecti, & formam domus & materiam, quae sunt lateres & ligna, non dumque modo & in aliis. Et Physicæ profectò sit nosse ambas naturas. His vtrius duo argumenta simplicia sunt, primum ductum à natura rerum, alterum ab exemplis aliarum artium. Primum: Natura non facit formam sine materia, sed ars imitatur naturam, ergo neque ars de naturis considerat formam sine materia, sed ambas naturas simul. Alterum, Medicina non solum agit de sanitate, sed de eius materia, bile scilicet, & pituita: architectonica non solum considerat formam domus, sed & materiam, lateres scilicet & ligna, atque ita faciunt, & aliae artes, ergo & Physica ita facit, considerat scilicet non solum formam rei naturalis, sed & illius materiam. His dictis probat Aristoteli argumento Physicæ considerare formam non solum materiam. Neque verò immeritò Aristoteli argumentis variè vtitur, probans nunc Physicam agere de materia, nunc agere de forma, nam cum instituerit sit probare non esse agendum de solis formis, ut egit Plato, neque de sola materia, ut Democritus & Empedocles, sed de ambabus, merito argumentatur, nunc in hanc, nunc in illam partem. Argumentum est huiusmodi. Eiusdem artis est considerare id cuius causa aliquid sit, seu finis, & id quod illius causa sit: sed natura, haec est, forma est finis & cuius causa oritur naturalis agit, ergo ars quae considerat ortum naturalem, considerat etiam formam: Physica ergo formam considerat. Probat autem formam esse finem naturalis ortus, similitudine ducta à motu. Nam (inquit) cum res aliqua habent motus perpetuos, id quod est extremum ultimumque motus, id est, in quod motus finitur, illud est finis, cuius causa motus sit, ut latio sit propter locum, quo res est facta, cum finitur motus, & calefactio sit propter calorem, & nigritas propter nigritatem in quam finitur: ergo eadem ratione ortus naturalis sit propter eam formam in quam finitur. Ex his manifestum est, ridiculè esse quod Poëta quidam venit, dicens, Haber extremum cuius gratia sit. Volebat enim Poëta ille non esse quod est extremum actionis alicuius esse illius finem & cuius causa, sed illud solum quod est optimum. Fallēbatur tamen, nam etsi sit propter id quod est extremum aliquid aliquid finis, ut artes faciunt materiam, aliae simpliciter, & omnino, ut quae faciunt late rei & regulas, aliae non faciunt omnino, sed

accommodatam operi, ut quae ligna excollit, & carum extremum est domus, finis autem eius causa, nos: quia nostris causa domus facimus, tamen tunc quoque id quod est extremum est finis, & cuius causa. Nam bisaria dicitur finis, cuius causa, ut in opere de Philosophia (Philosophiam motum intelligit) dictum est, virtutis, & qui nodum virtutis est, ut faber lignarius laborat ligna propter domum, & propter hominem qui eam habiturus est, itaque ridiculè ac superflue dixit Poëta extremum cuius causa sit. Sed non minus ridiculè argumentatur hoc loco Simplicius, si extremum semper cuius causa, mors est finis, & cuius causa vitae, finitur enim morte semper vita. Atque, quod est magis ridiculum, haud se se potest ab argumento expellere, sed cenfer cum Alexandro, qui illo nihilo meliùs locum intellexit, commutanda esse verba, in initio scilicet autore, constat tamen intelligenti ea quae diximus, hic Aristoteli, nihil aliud docere, quam illud esse cuius causa sit motus, in quod fertur motus perpetuus res, & in quo motus finitur, atque ubi finitur naturaliter. Proinde enim dicit, Quorum motus cum perpetuus sit, quia naturales motus, usque ad naturales fines continenter producuntur: ergo desensus lapidis, statio in ista loco est finis, & extremum, & id cuius causa: refrigerationis aquae, frigus, ita ortus naturalis, forma rei quae oritur. Hoc aperte dixit id Aristoteli. Metaph. cap. 17, ubi finiens terminum & quod est ultimum rei, dicit, Tale verò est ad quod motus & actus, non à quo. Et paulò antè cap. 16, dixerat, Finis autem & quod cuius gratia ultimum. Itaque terminus ad quem motus, dicitur ab Aristoteli, extremum, & finis cuius causa, motus: mors verò non est haec ratione extremum vitae, sed si quomodo metaphoricè. Quid enim est vita ipsa nostra: corporis perfectio, quae ex participatione animi proficitur? at ista vita non est motus: non ergo de ea intelligitur sententia Aristoteli. An est illa perpetua nostri corporis consumptio & demotio? at haec verius est interitus qui fit: quare verissime dictum illud est, Vivendo morimur. Hic est in rebus naturalibus, cum verò semper vivitur rei interitus sit alterius ortus, eius extremum finisque est succedens forma, cadaveris scilicet. Mors non est extremum huius interitus, sed ipse interitus. Rursum argumentatur Aristoteli in aliam partem, probans Physicæ artes versari circa materiam, exemplo dupli-

Notatur
Simplicius
& Alexander.

plicis artis, gubernatorie scilicet nauis, & eius, quæ nauim facit ac struit, quas ambas dicit vocari quodam modo architectonicas, alteram facientem, alteram struentem. Vtraque hæc in agnoscere, considerare que materiã propriam, nam qui gubernat nauim, utitur remore, & clauo, ut materiã qui facit hæc, utitur ligno, ut illum expectat, agnoscere qualis debet esse figura remonis, & clauis: ad huc qualia ligna idonea sint, ut illa fiant, & remis, & parres alię, ut an cedrina an eufresina, & an flexilia, an contraria (hoc enim est quod dicitur qualiũ motũ) ergo (concludit) artes ipsę sibi parant materiam gratia operis, quod illis est propositus finis. In iis que sũt naturã, materiã nõ fit, sed naturaliter suppetit naturalibus operibus: quare constat Phisicã quoque nõ debere materiã formę naturalis omittere. Tandẽ argumentatur Arist. virtũque simul debere considerari ad Phisicũ. Argumentũ est huiusmodi, Ea que sũnt ad aliquid, ad eandẽ artem spectant, sed materiã & forma sũnt ad aliquid (intellige quodã modo aut secũdum dici) nõ cuiusq; formę est sua propria materiã, & diuersarũ formatũ materia est diuersa, ut hominis, talis caro, & nervus, & vena, & talia ossa: piarę fibrę, & lignosa pars cũ cortice. Hoc de secũda materiã solum intelligi posse, imouero & omnia que hic dicũtur, paulo antẽ diximus, monstrauimusq;. Rursum orditur aliud argumentũ, Quousq; inquit, oportet Phisicũ considerare, quod res est, hoc est, naturã rei: an non ut medicũ neruũ, & fabrũ es, hoc est, nõ simpliciter, sed alicuius gratia: ut medicus considerat neruũ ut accommodatũ figura substantiã & temperamento ad deferendum facultatem animalis membris, faber es ut accommodatum cõsurgendis rebus creata Phisicus formã rei, & eam naturã que est in formis, ut est apta naturaliter oriri & interire: at hoc non accidit in formis separatis, hæ enim eterne sũnt, neq; ortũ neq; interitũ habentes, sed in materia homo & sol generat hominẽ, ergo formã cũ materia debet Phisica pertractare. Quo autẽ modo se habeat id quod est separatũ ut id est, & quid sit, nõ ad Phisicam, sed ad Primã Philosophiam, hoc est Metaphisicam spectat. Hoc rursum dicit aduersus Platonem, quod id est arum in Timeo meminere. Sed quanquam mihi videtur quod Arist. hic docet, putã Phisicę nõ esse considerare separatas species, sed in materia verissimum esse, tamen neque Plato

videtur dicere contrariũ, quare malignẽ in cum inuehitur, ut in aliis plerique. Plato enim de idẽis ex professo egit in Parmenide, qui dialogus est de Metaphisicis, est enim de Ente, in Timeo obiter de illis egit, neque verõ mirum, Metaphisica enim omnibus sciẽtiis sese inferit, sed si id non licet Platoni facere, cur Arist. in Phisicis disputat de causarum generibus, & de categoriis: hæ enim tractationes Primã Philosophiã sũnt. Sed ferendũ sunt hæ Arist. calumnia. Verẽ certẽ docuit de formis cum materiã coniunctis agendum esse in hac arte Phisicã de his hæctenus.

CAP. TERTIVM.

His diffiniis considerandum, quæ quoque numero causa sunt: quandoquidem ad scientiam naturalium hæc tractatio refertur, scire autem non prius putamus quamcunque re, quam acceperimus id cuius causa quacunque in re: hoc autem est primam causam accipere. Manifestum hoc quoque nobis agendum, & de Ortu & Interitu, & omni naturali mutatione, quo scientes illorum principia, possumus in illa referre quamcunque questionem. Vno ergo modo causa dicitur id ex quo immanente aliquid fit. ut æs statua, & argumentum patet, & horum genera. Alio autem forma, & exemplar hoc autẽ est ratio eius quod est rei esse, & huius genera, ut diapason duo ad vnum: atque vniuersim numerus, & partes que sũnt in ratione. Præterea vnde principium primũ mutationis, aut quietis, ut qui consiliũ præstat, causa est, & pater filij, & vniuersim quod facit eius quod fit. Præterea, ut finis, hoc autem est id cuius

causa, ut de ambulandi sanitas. Cur enim deambulatur? dicimus, ut bene valeat, & ita dicentes paramus nos causam reddidisse. Et quacunque inter aliud quod mouet et sine fit, ut sanitatis extenuatio, aut purgatio, aut pharmaca, aut instrumenta. Omnia enim hæc causa finis sunt. Differunt autem inuicem, quod sint hæc quidem opera, hæc autem instrumenta. Causa ergo tot ferè modis dicuntur. Accidit autem cum multis modis dicantur causa, & multas eiusdem rei causas esse, non per accidens, ut statua, & statuarus & as, non alio quapiam ratione, sed quatenus est statua: sed non eodem modo, & alterum ut materia, alterum ut unde motus. Sunt autem quedam etiam cause mutua, ut labor boni habitus, & hic laboris: si non eodem modo, sed alterum ut finis, alterum ut unde motus. Præterea idè contrariorum est causa: causa enim præsens huius rei, aut hanc ipsam absentem, causam dicimus aliquando contrarij, ut absentiam gubernatoris euerfionis nauis, cuius præsentia est causa ut seruetur.

¶ Hactenus disputatè est de principiis, modo de causis rerum naturalium incipit disputare, repetitque rursum, quod in totius operis exordio dictum est, nimirum scientiã rei ali cuius tunc temporis videri comparatã, cum notitia causarum eius rei comparata est, causa potissimum: prima: nam illa cognita facile erit quamuis dubitationem quæ de re occurrat diluere, interrogacionemque absolueret, omnes enim cause rei ad primam referuntur. Ergo cum hæc Philosophiæ pars ad notitiam naturalis ortus & interitus, & mutationis omnis sit, constat ad eã pertinere natura

lis mutationis causas explicare. Ergo inquit quatuor esse causarum genera, nã vno modo causa dicitur ad ex quo immanens aliquid fit, ut es est causa statui, & argenti parere, & huiusmodi, hæc est materia res. Alio modo est causa, forma rei & exemplar, hoc autem est ratio eius quod est rei esse, quia propriè esse ac propria natura accidit rei ex forma: qua de causa differentia specifica vocata à forma accipitur, ut consonantie diapason causa formalis est proportio dupla vnus ad vnũ, & generatim numerus, atque denique omnes partes quæ sunt in definitione illius consonantie, atque ita omnia quæ sunt in definitione essentiali rei cuiusque sunt causa rei in hoc genere, quia definitio talis explicat essentiali rei, hæc verò est à forma. Tertio modo est causa illud unde primò principium est mutationis aut quæritis, huiusmodi est quod fit aliquid, vocaturque efficiens causa, ut qui consult aliquid facere, causa dicitur eius quod fit, & pater causa est filii, quia genuit, & generatim quod facit est causa eius quod fit. Quarto modo causa est finis rei, is scilicet finis cuius causa res fit, ut sanitas est deambulandi causa, quia si quis roget, cur deambulat ille homo: dicimus, ut bene valeat, atque ita dicentes paramus nos causam reddidisse, & omnia ea quæ inter finis vltimũ, & id quod primò mouet, sunt, si nisi causa fiunt, ut gratia sanitatis fit extenuatio, aut purgatio, aut pharmaca, aut instrumenta alia medicorum, omnia enim hæc sunt propter salutem, atque illius finis gratia. Differunt tamè, quod illorum quædam sunt opera, ut extenuatio & purgatio, quæ dant instrumenta medicorum, ut pharmaca. Itaque cause his modis dicuntur, unde manifestũ fit, cum multis modis dicatur cause, possit eiuðem rei esse diuersas causas per se, nõ tamè eodè modo, ut statua causa sunt per se statuarus & as, tamè nõ eodem modo: statuarus enim ut efficiens, es ut materia. Fit etiam hinc, ut possint esse cause aliqua mutua, non tamen eodem modo, ut deambulatio & sanitas: nam deambulatorio est causa efficiens sanitatem, sanitas est finis deambulationis. Fit etiam ut viderem possit esse contrariorum causa, ut gubernator sua præsentia causa est ut seruetur nauis, hic idem cum abest dicitur esse causa quæ euertatur, illius enim absentia solemus causarum, quod res aliqua perierit, qui præsens poterat seruare. Hæc sunt quæ prima hæc capitis pars continet, in quibus sunt quedã digna consideratione. Primò quod Ar. formã vocat exemplar quod

quod idē factū omnes ferē enarratores in
interpretantur, quod causam exemplarē cuius seor-
sum Plato meminit, putet à forma non esse
diferentem. Verūm viderit mihi hac in parte
deceptor: nam vt ex nomine ipso intelligi-
mus, exemplar est illud quod artifex respici-
ens, vterius similitudinem exprimat, opera-
tur: hoc verò constare esse eandem rem ipsam
quæ sit, forma verò non potest esse extra
rem, quare cum exemplar sit externæ rei cau-
sa, & forma interna, forma non sit exem-
plar. Dicunt formam rei generantis esse ex-
emplar rei genitæ, sit ita, sed forma rei gene-
rantis non potest esse forma rei genitæ, qua-
re causa exemplaris rei genitæ non potest
esse causa formalis illius, neque omnino eā-
dem causā potest esse eiuſdem rei formalis
& exemplaris: ergo apertissimum est, aut
exemplar nullatenus esse causam, aut esse ge-
nus diuersum à forma. Nullatenus esse cau-
sam non potuit Aristoteli dicere, conuincitur
enim communi omnium hominum conce-
pta & sermone, dicimus enim artificem, vt
humanam imaginem faciat, humanum ex-
emplar intueri, atque ille modus dicendi
est per se, humanam enim speciem spectat, vt
humanam exprimat esset enim per accidēs,
si diceretur expressit figurā hominis, quia
contemplatur est artifex statuam lapideam,
cū contingit lapidē esse hominis statuā:
igitur exemplar est causa per se eius quod
fit. Quid ergo dicendum? certè aut quinque
esse causarum genera, materia, forma, finis,
efficientis, & exemplaris: aut esse quatuor
genera, vt ex quo immanente, hoc est ma-
teria, vt forma, vt cuius causa, vt vnde prin-
cipium fiendi, atque hoc quartum genus,
vt vnde esse aut efficiens, aut exemplar: di-
citur enim filius fluxisse à patre, & figura
ab exemplari, sed vterque sermo recidit in
eandem sententiam, atque vtròque dicitur
exemplar à forma magno opere differre, quod
ego mihi, quicquid Aristoteli senserit dictis ar-
gumentis, persuasi. Ortuum naturalium re-
rum nullam certè putō esse exemplarē cau-
sam, ignis enim ignem generans, naturam
solam insequitur: contemplari exemplar
eius solum est quod cum cognitione opere-
tur, possitque similitudinem agnoscere. Ta-
men Deus Optimus Maximus cū à princi-
pio omnia formauit, æternas illas rerum spe-
cies agnoscentes (hoc enim non est à Philoso-
phia alienum, vt si ipsemet Deus annuerit,
atquādo cōfirmabimus) similitudines quas-

dā illorū ortui & interitui obnoxias, in ma-
teria sua voluntate expressit: fueruntque illæ
æternæ species harum quæ intereunt causæ
exemplares. Quod si id quod de rerum or-
tione dicimus minus esse Philosophiæ cō-
sonum puras, non est tamē eū negēs, quod
de causarum numero diximus omnium enim
rerum quæ ab arte fiunt causæ exemplares
sunt, aut in mēte, aut ob oculos artificis, atque
id eandem genus à forma rei differre monstra-
tum est. Si quid ergo est, quod Aristoteli nō om-
nino improbabilius dicere potuit, id cer-
tè est, ortuum naturalium nullā esse exemplarē
causam: tamen exemplar esse formā, non po-
tuit. Sed his missis illud quoque videri possit
alicui difficile, quod dicit nō posse esse eiuſ-
dem rei in duas causas per se, & eodē modo:
nam potest idem calefieri ab igne & à sole,
eritque duplex efficiens causa eiuſdem rei: &
duo artifices possunt eandem domum face-
re: & eiuſdem rei possunt esse duo fines. Ta-
men quod dicitur ita intelligi debet, nō esse
eiuſdem rei duas causas integras & primas,
& per se, & eodē modo eiuſdem rei, sol non
facit calorem per se, nō enim calore facit, sed
lumine, duorum artificum nullus esse integra
causa, sed ambo constant causam integram,
fines duo non possunt esse equè præcipui ac
primi, sed alius alio posterior. Sed hoc ex al-
tera capitis parte fiet apertius. Quod in fine
prescriptæ dictionis colligit Aristoteli videlicet
posse esse eandem rem contrariorū causam,
alterius per presentiam, alterius per absentiam,
ad solā phrasim videt mihi spectare, non ad
Philosophiam: nā dicim⁹ nauam fuisse cau-
sam subuersionis nauis, quia dormiuit, aut
abfuit, tamen reuera non fuit causa euerſio-
nis, sed ita dicitur, quia non fuit causa cōser-
uationis, vt solet. Ita etiam absentia medici dici-
tur: homo mori, tamen medicus absens reue-
ra non est mortis causa, quo enim in genere:
an efficiens: at quomodo faciat, cū nō ad-
sit materia, forma, aut finis mortis multo mi-
nus stringitur dictū est illud ob phrasim non
ob Philosophiam.

¶ Omnes autem nunc dicta causa in
quatuor incidunt modos manifestissimos. Elementa enim syllabarum, &
materia eorum quæ arte parantur, &
ignis, & alia huiusmodi corporum,
& partes totius: & positiones cœliſto

nu videtur quod causa sunt. Horum autem hæc quidem de quod suppositum est, ut partes: hæc autem de quod eras rei esse, & totum, & compositio & species. Semen autem, & medicus, & qui consilium dat, & vniuersim qui facit, omnia hæc vnde principium mutationis aut status aut motus: hæc autem de finis, & quod optimum aliorum est, id enim cuius causa optimum, & finis aliorum esse vult. Differat vero nihil ipsum bonum dicere, aut quod videtur bonum. Causæ igitur tales, totique species sunt. Modi autem causarum numero quidem multi sunt, si vero summam colligamus pauciores erunt. Dicuntur enim causæ multis modis, & earum quæ similes specie sunt, prius & posterius, alterius altera, ut salutis medicus, & arietis: & consonantia diapason, & duplū, & numerus, & semper quæ res singulas circūstāt. Præterea & per accidens sunt horū genera, ut statua aliter Polycletus aliter statuati, quia accidit Polycleto esse statuatio. Et quæ circumstant rem, per accidens: ut si homo causa status sit, aut vniuersim animal. Sunt autem & accidentium, alia alijs remotiora & propiora, ut si albus & musicus causa dicitur statuati. In omnibus autem & ijs quæ proprie dicuntur, & quæ secundum accidens, alia quidem causa dicuntur de quæ possunt, alia vero de quæ faciant, ut edificandi domum edificator, aut edificans edificator. Similiter ijs quæ dicta sunt dicitur & in quibus causa, sunt causa, de huius huius sta-

tua, aut statuati, vel & vniuersim imaginis, & arietis huius, aut arietis, aut vniuersim materia: & in accidentibus eodem modo. Præterea autem, coniuncta & hæc & illa dicuntur, ut non Polycletus, neque statuarius, sed Polycletus statuarius. Verum simul omnia hæc sunt multitudinis sex, dicuntur autem duobus modis, aut enim de singulari, aut de genere, aut de quod per accidens, aut de genere accidentis, aut de coniuncta hæc, aut de simpliciter dicta: omnia autem, aut operantia, aut secundum potentiam. Differunt vero ad id, quod quæ operantur & singulares simul sunt, & non sunt, & quorum causæ, ut hic curans causa hoc sanato, & hic edificator causa hoc edificatio. Quæ autem secundum potentiam non semper, intereunt enim non simul edificator & domus. Operans autem semper cuiusque rei summam causam querere, ut & in alijs: ut homo edificat, quia edificator, edificator autem, secundum edificandis arietem: hæc ergo prima causa, & hoc modo in omnibus. Præterea, hæc quidem genera generum, hæc autem singularia singularium, ut statuarius status, hic huius: & secundum potentiam possibilem, quæ vero sunt facientes ad ea quæ sunt. Quot igitur causæ, & quomodo causa, sit nobis definitum manifeste.

¶ Percutrens multa exempla, monstrat causas omnes referri ad quatuor modos dictos, literæ enim causæ sunt syllabarum, & materis est causa eorum quæ arte parantur, ut est statuati, & ignis & alia huiusmodi.

modi, aqua scilicet, terra, & aer sunt corporum, & partes sunt totius & positiones con-
 elationis causa sunt, vt id ex quo, hoc est
 vt ex materia, horum enim quae memoras-
 timus haec quae haerentis dicitur esse cau-
 sas, sunt vt quod suppositum est, hoc est
 nihil est materia propria, vt partes quae supra
 posita sunt totis: aut autem sunt causa, vt
 quod erat rei esse, vt totum est in partibus
 vt forma, & compositio, & species, semen
 autem eius quod oritur, & medicus sanita-
 ris, & qui consilium dat, eius rei qua fieri co-
 suluit, & vniuersum qui aliquid facit, om-
 nia haec causa sunt, vt vnde principium
 mutationis, aut status, aut motus, hoc est
 vt efficiens causa. Aliae causa sunt, vt si-
 nis & quod aliis est melius, nam id cuius
 causa aliquid fit, haec ratione finis est alio-
 rum, qua melius est illis: nam gratia boni
 sunt omnia, non tamen semper sunt cau-
 sa veri boni, sed aut veri, aut quod ei qui
 facit videtur esse bonum. Itaque (inquit) cau-
 sa tales, totaque specie sunt. Non tamen om-
 nia quae quouis genere causa sunt, eodem
 modo sunt, sed in singulis generibus sunt
 modi numero multi. Si vero summam
 colligamus pauciores, hoc est, si sine mea
 thodo omnes velimus numerare, multi: si
 vero colligamus summam, & per capita,
 prodibunt pauciores. Primum in quouis
 genere causarum sunt aliae alii priores, vt
 salutis causa medicus est, & artifex, me-
 dicus enim artifex est, sed propius accedit
 ad salutem quatenus est medicus, quam qua
 rens artifex. atque hoc exemplum est in
 genere cause efficientis. In genere forma-
 lis, vt consonantia diapsalon causa sunt
 proportio dupli & generatim numerus,
 propius tamen accedit ad diapsalon duplum,
 quam numerus: quia numerus vniuersa-
 lius dicitur, & semper quae res singulas cir-
 cunstant causa sunt in eodem genere, sed
 non aequae primae. vt hominem facit homo,
 & animal, & corpus, propius tamen ho-
 mo, animal & corpus remotius. In aliis etiam
 generibus est facile distinguere causas prio-
 res a posterioribus, atque hi sunt duo mo-
 di causarum. Duo alii sunt, causa alii sunt
 per se, & per accidens, vt statua causa effi-
 ciens est statuarium per se, per accidens Poly-
 cletus, quia accidit Polycleto esse statua-
 rio. Sunt etiam per accidens alia quae cir-
 cunstant rem, vt homo est statua causa, &
 animal, quia statuarium est homo, & ani-

mal: sed cur homo est per accidens causa
 statuae? certe, quia non facit statuum qua-
 tenus homo, sed quatenus statuarium. Dic-
 tes, causas etiam quae vocatae sunt prius po-
 sterioris videri per accidens, quando quin-
 dem utrobique dicitur Aristoteli, & quae rem cir-
 cunstant. Tamen res ita distinguitur, quae
 causam primam ita circunstant, vt sint in eius
 ratione formali, sunt simul cum illa eodem
 genere causa, posterior: quidem, sed per se:
 quae vero causam per se circunstant, ita vt ac-
 cidant ei, sunt tamen extra illius rationem,
 sunt causa per accidens. vt homo causa per
 se & prima est hominis, animal & corpus
 sunt etiam per se, quia sunt in ratione for-
 mali hominis, sunt tamen posteriores, quia
 sunt magis vniuersales, ac proinde magis re-
 cedunt ab effectu. Albus vero & pinguis
 per accidens est causa, cum homini accidit
 esse albo, & pingui: nam albus & pingue non
 sunt in ratione formali hominis, sed accidunt
 ei. Statuarium causa per se est statua, homo
 per accidens, quia non est in ratione forma-
 li statuarii homo, est illi adiunctum, ve-
 rum est per accidens, vt & animal, & corpus.
 En quatuor causarum modos: copulari tamen
 possunt duo priores cum his posterioribus:
 nempe tam causa per se quam causa per acci-
 dens possunt esse aliae alii priores & poste-
 riores. Nam dicimus, homo est causa statuae,
 & albus est causa statuae, cum statuarium est
 albus, & utraque oratione reddimus causam
 per accidens: remotior tamen causa sta-
 tuae est albus quam homo, longius enim ab-
 est a ratione statuarii albus quam homo: ho-
 mo enim est non sit in ratione formali sta-
 tuarii, tamen est semper statuarii homo, al-
 bus tamen neque per se neque semper. Rur-
 sum causa omnes, tam quae per se quam quae
 per accidens dicuntur causa, aut quod possunt
 facere, aut quod faciunt reuera, vt dicitur
 tur homo edificator (quod est nomen cause)
 aut quod possit edificare, aut quod edificet,
 ita etiam dicitur de causis per accidens. vt
 homo dicitur, domos facere, aut domuū esse
 causa, aut quod solet, sciatque, aut possit do-
 mos facere, aut quod faciat. Totidem modi
 sunt eorum quae a causis sunt, quae causa-
 rum (hoc enim est quod Aristoteli dicitur his ver-
 bis obscurissimis). Similiter iis quae dicta
 sunt, dicitur, & in quibus effectus, sunt causa-
 sae nimirum. causa alius effectus potest
 esse proximus aut remotus, vt statuarii Poly-
 cleti, proximus effectus est haec statua, re-
 motior

motus est status, remotior adhuc imago
vniuersi. dicta. Et hoc est proximum cau-
se remotum et remotius materia. Eodem mo-
do accidit in accidentibus, id est, effectus est
aliquando per se, ut statuarius, aliqua-
do per accidens, ut abo, ut ab statuario, si acci-
dit statuarius esse abo. Præter dicta, & cause &
effecta possunt bifariis dici, aut simpliciter,
aut conuicti. ut causa statue est Polycetus,
aut est statuarius, aut ita, est Polycetus sta-
tuarius. Itaque nam causarum per se quant
effectuum sunt primū sex modi, & cuiusq;
illorum alii duo, ut omnes modi sint duode-
cim, hoc modo, Aut causa est proxima, aut
remota (hoc vocat vt singulare, aut vt gen^o)
aut per accidens, aut per se. vt ūm inuēus hęc
oppositionē dixit, aut vt accidens, aut vt ge-
nus accidens, quo significat quod prius et-
tia dixerat, puta oppositionē priorem proxi-
mę & remotę, secūde inuē se inferere, esseq;
causam per accidens, nō minus q̄ per se, proxi-
mā aut remotā. Sunt etiā omnia hęc aut con-
iuncta, aut simpliciter dicta. Rursumq; qui-
uis horū modorū dicitur, aut per potentiam,
aut q̄ faciā. Differūt verō ea que dicitur se
cū nō potentiā, & que actū, q̄ causa & effe-
ctū actū dicta & singularia simul sunt, & nō
sunt idē, nō potest vnū esse sine alio: tñ que
dicitur secundū potentiā nō sunt simul, sed
potest esse alteri sine altero, vt nō potest
esse hic curans sine altero qui curatur, neq;
hic edificans sine aliquo edificio, tamen pō-
test esse edificator sine domo, & domus sine
edificatore, cū secundū potentiā dicun-
tur. Oportet autē ad rectē procedendū in
quavis disputatione querere semper summā
causam rei, hoc est, causam per se, & proxi-
mā: rectē enim proceditur ad rei causam; scilicet
tā per causas proximas, vt homo edificat,
quia est edificator, edificator est secundū ar-
tē edificandā: hęc ergo est prima causa, atq;
eodē modo in omnibus procedendū est. Præ-
terea oportet causas accipi generā generum,
singularia singulariū, & que sicutur vt potē-
tia, possibilium, & que vt agentia, eorū que
sunt, vt statuarius esse causa statue, & hic sta-
tuarius huius statue, & qui potest edificare,
est domus que potest fieri, & qui edificat,
domus que fit. Quot ergo cause & quo mo-
do sint, dictum est. Hęc sunt que Aristo-
teli præsentī docet, tamen quædam illorū
indigent animaduersione. Primò quod di-
cit, positiones esse, in genere cause que est
materia, causam conclusionis, nec omnino

probo: nam quid habent simile aut eodē
positiones ad conclusionem cum materia an
conclusio facta est ex positionibus vt. ex ma-
teria: certē conclusio ex eisdē terminis cō-
stat in pleriq; figuris argumentorū ex qui-
bus positiones: tamen hoc nō est perpe-
tuum, si se enim conclusio nullum habet ter-
minum communem cum positionibus, vt
in hac argumentatione, Quod inest speciei
inest generi, & cui inest species inest genus,
sed aliquis homo currit, ergo aliquod ani-
mal mouetur. Sed et si semper conclusio acci-
piat terminos ex positionib⁹, conclusio nō
constat ex positionibus vt ex materia. Assen-
sio positionū causa certē est adhesionis con-
clusionis, non tamen vt materia, sed vt effi-
ciens causa. Merito etiam videret mihi Alex-
ander reprehendere Aristotelem, quod
dicens ea etiam que sunt a causis posse esse
proxima, aut remota, hęc exempla scripsit,
hęc statuum & generatim imaginē, deinde
hoc zs, & es, & generatim materia: scripsit
enim es vt exemplū eius quod sit cūm sit sta-
tua. Tamen constat materia nō fieri, sed in ea
forma. Neq; verò enarratio qua vti est Di-
nus Thomas probari potest, inquit, hoc zs
est effectū proximum, & es ac materia remota
cause mouentis inuē cūm statua sit es, mo-
uetur, & statuari⁹ mouet. hęc Thomas. Ta-
men constat mobile, aut quod mouetur non
esse effectū rei mouētis. effectus enim mot⁹
est: ergo neq; si ad statuariū vt mouētē refe-
ratur, est effectū. Sed exēpla nō rarē scri-
buntur incautē. De causerū generibus satis di-
ctū est, si pauca que dā addiderim⁹. Sepe res
aliquę dicitur, suntq; rerū aliarū cause, quā-
quā nullo dictorū generū sint, vt cūm dici-
mus pecunia sua facta homini illi salus cau-
sa, nihil enim haberet pecunia quā in medicos
erogaret, sanatus nō esset: affirmamus certē
pecunia esse causam sanitatis, tamē pecunia
neq; materia, neq; effectrix, neq; forma, neq;
fictis est sanitatis. Dices, est causa per accidens
aut remota. At hoc nō cōuenit cū definitio-
nibus Arist. nā remota causa est id quod est
in ratione formali cause proxime, vt illius
genus, causa per accidens est que circumstat
causam proximā, vt accidens illius: tamē pec-
unia nihil horum habet ad proximam cau-
sam sanitatis, nam hęc est medicus, aut cura-
ratio, aut pharmaca, primum vt artifex, se-
cundum vt opus, tertium vt instrumenta:
tamē neque medici, neque curationis, ne-
q; pharmaci, est pecunia genus aut accidens.

Vide-

*Additur
alio ratio
causæ.*

Videtur ergo aliquid ab Aristotele, omissum, quod opus est vt ego addam, causa remota rei alicuius est vno modo (huc dixit Ari.) quod est velut genus causa proxima alio modo (hanc omisit, quæa iure iudicio dici magis, intererat) cum inter causam & effectum sunt causa alia media, vt resoluitur effectum in causa per causas alias: At que hoc autam bifaria sit: nam aut omnes illæ causæ sunt eiusdem generis & per se, aut diuersorum generum, aut eiusdem, sed non per se. Si sunt eiusdem generis & per se, causa est remota, sed nõ per accidens, si diuersorum, aut eiusdem, sed nõ omnes mediæ causæ sunt per se, remota est & per accidens. vt si a ignis facit igne b, & b c, a faciat c: nõ per accidens, ignis enim igne, sed remore & per aliud, sed pecunia causa est sanitatis ei quem posuimus in hypotesi, remore & per accidens: quia per alias causas, & diuersorum generum: nõ pecunia fuit finis curationis, curabat enim medicus vt daretur ei pecunia, curatio fuit effectrix sanitatis: qui facit lateres eadem ratione est causa domus remore & per accidens, est enim effectrix causæ laterum, lateres materia domus. Alius etiã modus est generandi per accidens, quem ad Physicã doctrinam refert multum considerari, videlicet, per se sunt, quæ vi agentis peculiaris sunt, vt ignis ab igne: per accidens, quæ ob materię dispositionem sunt, sine causa efficienti, sicutem peculiari. vt concreta corpora sunt ab elementis, & ignis fit à radiis solaribus, & à re quacunque que violenter mouet. Itaque quicquid extra intentionem agentis fit, per accidens fit. Sed de causis hæc videntur esse satis, si quid desiderabitur cuius erit facile ex dictis supplere.

CAP. QVARTVM.

Dicuntur autem & fortuna, & casus in causis esse, & multa esse & fieri à fortuna & casu. Quo ergo modo in his causis est fortuna & casus, an idem sine fortuna & casus an aliud, & vniuersim quid sit fortuna, & casus considerandum. Quidam autem & an sit, an non dubitant: nihil e-

nim fieri à fortuna dicunt, sed omnium esse causam aliquam diffiniunt, eorum que dicimus à casu fieri vel fortuna. vt veniendi fortuna in forum, & inueniens quem vult quidem, non putauerat tamen causam, vnde venire ad emendum. Eodem autem modo & de alijs, quæ à fortuna dicuntur, semper aliquid esse accipere causam, sed non fortunam, quandoquidem aliquid esse fortunam absurdum certe videatur verissimè. Et dubitet aliquis cur nullus antiquorum sapientium, causas ortus & interitus dicens, de fortuna quicquam definiuerit, seu vt par est, nihil putauerunt etiam hi esse à fortuna.

Vtùm hoc quoque admirationem affert, multa enim & sunt, & sunt à fortuna & casu, quæ non ignorant, quod est referre quodcumque eorum que sunt in causam aliquam, vt antiquus sermo dicebat, qui tollebat fortunam: nihilominus horum hæc quidem esse dicunt omnes à fortuna, hæc autem non à fortuna. Quo circa aliquo modo erat facienda illis de ea mentio: veramamen neque horum quicquam putabant esse fortunam, vt amicitiam, aut inimicitiam, aut ignem aut mentem, aut aliud quicquam huiusmodi. Absurdum ergo sine non accipiebant esse, sine putantes omitebant, & hoc quidem cum aliquando videntes, vt Empedocles, non semper aërem secernit in supremam partem dicit, sed vt forte contigerit, dicit ergo in Cosmopeia, ita

concidit currens aliquando, sepe autem aliter, & partes plurimas animalium à fortuna fieri dicit. Sunt autem quidam, qui & celi huius, & omnium mundi partium causam esse dicunt casum à casu enim dicunt fieri reuolutionem, & motum, secerntem & constituentem in hoc ordine vniuersum. Et admodum hac ipsa in re admirari diuinum est, dicentes animalia & plantas à fortuna, neque esse, neque fieri, sed aut naturam, aut mentem, aut tale quidpiam aliud causam esse. Non enim quodcumque contingit ex quocumque semine fit, sed ex huiusmodi olua, ex alto autem homo, celum autem & diuinitas eorum que cernuntur, causa fieri: talem autem causam nullam esse, qualem animalium, & plantarum. Atqui si ita habet, hoc sane ipsum dignum est, ut insistantur, & pulchrum est dici aliquid de hoc ipso, præter enim id quod aliàs dictum est absurdum, adhuc magis absurdum dicere hac, videntes in celo nihil à casu fieri, in ijs autem que non à fortuna, multa accidere à fortuna: at qui equum erat contrarium fieri. Sunt autem quidam, quibus videtur quidem fortuna esse causa, occulta autem humano intellectui, ut diuinum quiddam, & spirituale. Quare considerandum quid verumque, & an eadem res, an diuersa, casus & fortuna, & quomodo in causas diffinitas incidunt.

¶ Præter dictas causas videtur esse alia, cuiusmodi fortuna & casus, de quibus proinde Arist. hoc loco sermonem instituit. Atque hoc

capite dicit quæ questionis decidenda: hæc de illis, & causam reddit, qua non debet omitti hæc disputatio, notatque antiquos Philosophos, quæ eam omiserint, & referunt multas illorum sententias: capite sequenti suam sententiam scribit. Primum ergo inquit, fortuna nam & casum referunt homines inter causas, & multa dicunt à fortuna & casu fieri, quare considerate oportet, quomodo fortuna & casus sint in causis, & an eadē res sit diuersa, & omnino quid verumque sit. Quidam autē non solum hoc dubitabant, sed etiā an sit omnino fortuna. Nō negant quidam fieri aliquid à fortuna, sed fortunā esse fictitiū nomen, & omnium eorū que à fortuna, aut casu fieri dicimus esse causam aliquā diffinitam. ut si quis venit in forū & inuenit quem cupiebat, sed non putauerat, causam dicit fuisse, voluisse venire ad emendum. atque eodē modo de alijs omnibus dicitur, que à fortuna dicuntur fieri, posse causam aliquā accipi, fortunā tamen nō esse. per mouebatur his argumentis. Primum, quia aliquid esse fortunā, verissimè videtur absurdū. Præterea, nulli antiquorū sapientū referretur causas ortus & incrementus, de fortuna quicquid defuisse dicitur: quare patet eos etiā nihil putasse esse aut fieri à fortuna. verū hoc quorū (inquit) admiratio nem facit, quæ scilicet antiqui nō meminere fortunę. Nam multa sunt & sunt à casu & fortuna, que homines, etiam nō ignorent nihil sine causa fieri, ut sermo antiquorū dicebat ad tollendū fortunā, nam dicit à fortuna aut casu fieri: & quorū, dicitur, hæc à fortuna, hæc non à fortuna fieri. quare aliquo modo erat faciēda illis mentio casus & fortunę. præter dicta, quia disforebāt de amicitia & inimicitia, & igne, & morte, ut impedientes, Anaxagoras, & Heraclitus, & alii multi, & nihil horū dicebāt esse fortunā: ergo absurdū erat nō i. seminisse fortunę, siue putabāt eam esse nihil, siue putabant esse aliquid: si aliquid esse putabāt, quia ita putantes prætermitterebāt, si nō putabant, quia nō vel hoc ipsum monebāt, maxime cum illi ipsi sepe, reddentes ortuū causas, vincerent nomine fortunę, ut Empedocles qui dicebat (ut lib. i. dixim⁹) omnia fieri separatione corporum colorū à corpore alijs diuersi generis, & interire congregatione. Non quidem dicebat æterem cum ab aqua & terra secerntur, semper & natura sua secernt in supremam partem, sed nunc in hanc fortē fortuna secernt esse, sepe tamen in aliam inquam sententiam vbi scripsit

de Cosmopœia, id est, de mundi fabrica, ita reliquit scriptum, ita cœcidit, currens aliqua do, saepe autem aliter. Debuisset ergo hic de fortuna disputare, quâdoquidem, quoddam modo facta sit secretio, aliâs aliter non aliâ cautam reddidit, quâsi fortunam. Neque hoc solum, sed multas partes animalium dicebat casu esse factas, scilicet quatuor usus ignorabat. Sunt etiam inter antiquos quidam, cuius sententia fuit Democrius, qui non hæc, sed cœlum & omnes mundi partes precipuas, vt elementa, casu facta esse dicebant, casu enim fieri dicebant reuolutiones & motus ætherum, quibus secretio rerum & constitutio hoc, quem modum habet ordinem, fiat. In quorum sententia illud est admiratione dignum, quoddam dicunt, neque animalia, neque plantas casu quodam fieri, sed natura, aut mente, aut tali quapiam causa. Idque dicunt per fusi hæc rationes, quoddam si casu aut fortuna fierent, quodcunque animal aut quæcunque planta ex quocunque semine fieret, vt contingeret, non perpetuo quoddam animal aut quædam plâta ex quodam semine: non tamen quodcunque contigit ex quocunque semine fieri, sed ex humidi modi oliua, ex alio homo. Tamen cum hoc dicant de animalibus & plantis, dicunt cœlum & diuinitates eorum quæ cernuntur, astra scilicet, casu esse facta, nullamque esse illorum causam qualem in aliis, naturam (inquã) nullam aut mentem. Ergo (inquit Arist.) si hoc ita habet, id est, si ita statuunt, dignum est vt hic insistamus, id est, vt hic de fortuna disputemus: quo hæc saltem ratione possimus, quæ illi dixerunt de rerum ortu absurde, refutare, absurda enim erat illorum sententia. Nam præter dicta (refutatur obire sententiam dicentium cœlum casu, & hæc inferna natura facta esse) si verum esset quod dicebat, oporteret plura fieri in cœlo & astra casu, quàm in his rebus quæ apud nos sunt: sed contra accidit omnino, vt experimur, in cœlo enim nihil vnquam accidit sine summo ordine, nihil quod non possit perquiri, hic verò apud nos, multa: igitur erat hoc placitum absurdum, quod vt refutetur opus est vt agatur de fortuna & casu. Aliorum sententia erat, fortunam causam quidem esse, sed nostro intellectui occultam quasi diuinam quiddam, aut à deo motam. Igitur (concludit) cum tot faciant de fortuna dubitationes & sententiarum, cum omnes ferè Philosophi in dissoluendis natu-

ralibus problematis ad fortunam & casum cõfugerint, & cum multa de his ab illis sint absurde dicta, & cum omnes homines de fortuna & casu ita loquantur, quasi hæc sint in causis per præteritum erit hic, vbi de casu & fortuna est disputatio, considerate, an fortuna & casus eadẽ res sit, an diuersa: & quomodo incident in eas causas quæ deficiunt à sunt, fortunam scilicet, materiam, finem, & id quod facit.

CAPVT QVINTVM.

¶ Primum igitur, cum videamus quædam eodem modo semper fieri, quædam autem magna ex parte, manifestum nullius horum causam fortunam dici, neque quod à fortuna, eius quod necessario & semper, neque eius quod magna ex parte. Sed quoniam quædam sunt præter hæc, & omnes hæc dicunt esse à fortuna, manifestum est esse aliquid fortunam & casum. huiusmodi enim à fortuna, & quæ à fortuna huiusmodi esse scimus, eorum autem quæ fiunt, quædam certè causa alicuius fiunt, quædam non: horum autem, hæc secundum electionem, hæc non secundum electionem, ambo verò in ijs quæ causa alicuius. Quare manifeste & in ijs quæ præter necessitatem, & id quod magna ex parte, sunt quædam in quibus accidit esse id quod alii niuecausa: sunt autem alicuius causa & quæ ab intellectu fiunt, & quæ à natura, hæc autem ipsa si per accidens fiant, à fortuna esse dicimus, vt enim & ens est aliud per se, aliud per accidens, ita & causam contingit esse, vt domus per se causa est adificans, per accidens albi.

vel musicum. Causa igitur per se definita, quæ verò per accidens indefinita: infinita enim vni accideere possint. Igitur (vt dictum est) cum in ijs quæ alicuius gratia sunt, hoc sit, tunc dicitur à causa & à fortuna. Horum autem ipsorum differentiam postea est definitum: nunc autem hoc manifestum sit, ambo esse in ijs quæ alicuius gratia. vt causa accipiendi argentum, venisset quidem reportaturus pecuniam si sciuisset, veni autem non huius causa, sed accidit venire, & facere hoc, reportandi causa: hoc autem neque venientem in locum plerunque, neque necessariò, finis quidem reportatio non causa rum quæ in ipso sunt, sed eligibilem, & ab intellectu: & dicitur quidè ruc à fortuna venire. Si verò cum praelectione, & huius causa, aut semper veniens, aut plerunque reportans, non à fortuna. Manifestum tamen fortunã causam per accidens esse, in ijs quæ secundum electionem, eorum quæ alicuius causa sunt. Quapropter circa idè versantur intellectus & fortuna, electio enim non sine intellectu. Indefinitas ergo necesse est esse causis, à quibus fiat quod à fortuna. Unde videtur fortuna indefinita esse, & incognita homini, & est quidem vt nihil à fortuna videatur fieri: omnia enim hæc rectè dicuntur, quia non sine ratione, est enim vt à fortuna fiat, per accidens enim sit, & est causa vt accidens fortuna, vt simpliciter autem, nullius. vt domus a edificator quidè causa, per accidens verò auidus: & reportandi

argentum venientem, non huius causa venientem, multitudine infinita: etenim videre aliquem vollen, & persequens, & spectaturus, & fugiens, & dicere esse aliquid irrationale fortunam, rectè habet. Ratio enim auctoꝝ quæ semper sunt, aut quæ plerunque est, fortuna autem in ijs quæ sunt præter hæc: quare quandoquidem indefinita huiusmodi causa, & fortuna indefinita sit. Eodem autem modo de quibusdam dubitare posset aliquis, nunquid quæcunque causa fieri possint fortuna, vt sanitatis vel spiritus, vel motio, sed non deroderi: sunt enim alia alijs propiores earum quæ per accidens sunt causarum. Fortuna autè bona dicitur, cum bonum aliquid contingit, mala autem, cum malum aliquid, entichia autem, id est, felicitas, & distichia, id est, infelicitas, cum magnitudinè hæc habent: quare & cum parum absint vt malum aut bonum magnum acciperet, feliciter aut infeliciter agere est. quandoquidem, quasi iam esset, intellectus dicit, quod parum enim vt nihil abesse videretur. Præterea, incerta est felicitas merito, fortuna enim incerta est, neque enim semper, neque plerunque esse potest quicquam quod à fortuna. Sunt ergo ambo causa (vt dictum est) per accidens, & fortuna et casus, in ijs quæ solent fieri, non simpliciter, neque plerunque, et horum quæcunque sunt in ijs quæ alicuius causa.

¶ Hoc cap. Arist. niritur ratione inuestigare, quid sit id quod homines fortunam & casum vocant, cap. 6. inter hæc duo (casum di

ca & fortunam) differenciam statuit. Prim-
 o omnium incipit a modo loquendi qui omni-
 bus hominibus confectus est de casu & for-
 tuna. Cum viderentur res quasdam esse que
 eodem modo fierentur ac quædam que
 plerumque, præsertim in rebus humanis
 fieri esse in fortuna, super nullis harum for-
 tunarum fuisse causam. Nemo enim dicit for-
 tuna fieri esse quod præcipuum sit, aut id quod
 plerumque sit de se ipsum sine quædam præter-
 ito quædam sit neque semper, neque ple-
 rumque solent fieri, sed sic sunt de iure
 tur. Itaque non est casus nisi sequo causa que
 res illas fecit, non vltimè, neque ut frequen-
 ter solet, dicitur fortuna aut casus. Constat
 ergo inquit Aristoteles communi modo lo-
 quendi fortunam & casum esse aliquid, &
 esse in his que neque semper, neque sæpe fi-
 ri solent. His dictis rursus addit, horum
 que sunt quædam fieri alicuius gratia, ve
 homo bene valens dolo miræstrum recupera-
 dum gratia: quædamque non sunt alicuius
 gratia, ut lectargi ens nullius rei causa
 dormit, sed qui non potest vigilare, & qui
 potest illo laborare, nullius causa vigilat, sed
 quia non potest dormire. Rursum eorum
 que sunt, quædam secundum electionem,
 id est libitatem, & voluntatem sunt, ut
 homo loqui solet, & si dicit ut quædam si-
 ne electione, ut lapis ante deorsum. At
 que ambobus, casus, casus secundum elec-
 tionem aut citra illam, accidit: his que sine
 casus, causa sunt: nam homo loquitur, ve
 suam mentem alteri aperiat, & lapis vitæ
 sit sub rebus tenuioribus, tamen non pos-
 sunt ambo esse in his que nullius causa sunt,
 nam quod sit ex electione non potest nul-
 lus causa fieri: nam qui voligit, gaudet si-
 ntem, hanc aut aliam, quam sinit, dicitur
 ad libitum elegisse. Rursum manifestum
 inquit Aristoteles etiam quæ neque sem-
 per neque magna ex parte sunt, posse a-
 licuius causa fieri, ut qui nudo solet in pla-
 tum, & in eis, quæ sunt in modo venire, ad
 contendam. His autem in his causa po-
 rest, & quod ab intellectu, & quod a natu-
 ra: In quo consistit in his tandem rem
 posse esse a sub intellectu, aut a natura, ne-
 que semper neque plerumque, sed alicuius
 causa fieri, & in hismodi: igitur (in-
 quit) eum per accidens aguntur, a fortuna
 magis dicitur. Quæ verba ita sunt intel-
 ligenda, & ordinanda: quæ igitur ab his
 in modo per accidens aguntur, a fortuna a-

g. dicimus, non enim a fortuna sunt, que
 alicuius gratia, aut a natura, aut ab intel-
 lectu sunt, sed que per accidens sunt ab
 his que alterius causa agebantur, ex arbi-
 trario addit. Ut enim & ens sit aliud per se,
 aliud per accidens, ita & causam contingit
 esse, id est, ut enim & id quod fit a cau-
 sa, aliud sit per se, aliud sit per accidens, ita
 causa ipsa, alia est per se, alia est per acci-
 dens, ut quod ab edificatore sit per se, est
 domus, quod sit per se, causa est, ut per ac-
 cidens aut album; si domus est magna aut alba: &
 edificator est causa per se domus, album
 verb, si edificator est albus, est causa per ac-
 cidens. Hinc constat causam per se rei cu-
 iusque definitam esse: nam cuiusque rei est
 via quædam causa per se, causa: verò per ac-
 cidens sunt indefinitæ, nam omnia que ac-
 cidunt causa propriæ sunt causa per acci-
 dens, & omnia que accidunt effectui pro-
 prio, sunt effectus per accidens: sunt verò in-
 finita que vnicuique rei possunt accidere,
 quare infinitæ possunt esse causa per acci-
 dens eiusdem rei, non eorum quædam, & infinita
 possunt per accidens fieri ab eadem causa:
 atqui hoc est casus per accidens esse indefi-
 nitas, igitur (colligitur) eum in his que alicuius
 causa sunt; hoc est, non dicitur a casu & for-
 tuna: Hoc est, cum aliqua causa sit alicuius
 gratia per se, & aliud succedit per accidens, ca-
 sus aut fortuna dicitur fieri. Quæ ratione
 ambo differant casus scilicet & fortuna (in-
 quit) postea dicitur, sequenti scilicet capi-
 tulo: autem illud constat, ambo hæc esse
 in his que alicuius causa sunt, nam (videtur) sunt
 ambo eum causa aliqua sicut alterius gra-
 tia, & alterum succedunt in his dictis scribitur. A
 est, exemplum rei factæ a fortuna, ut si (in-
 quit) qui pliam alterius rei gratia veniret in
 forum insolens, & in sperat in ueniret occasio-
 nem reportandi argentum, quæ quæ agens
 reportaret, hic certe fortuna uenisset, quæ
 in solis venit, & in sperat reportat, id quæ
 si sciret peris acta experiuisset, uenisset e-
 nim procedendo in forum gratia reportandi
 argentum sustinisset, tunc autem quia nesci-
 rit, & insolens uenit, fortuna uenisse dicitur.
 Igitur (colligitur) manifestum est fortunam
 esse causam per accidens, in his que se-
 cundum electionem sunt (hoc est cum ar-
 bitrio) & in his que alicuius gratia. Vnde
 sequitur (inquit) ut in eisdem uerbenus
 fortuna, & intellectus (hoc uerò de for-
 tuna solum intelligatur, nam casus sine
 intell-

in his que

in his que

intelle-

intellectu est) nam electio non est sine intellectu, si quidem diximus electionem esse arbitrium. Sequitur rursus (inquit) causas ex quibus sunt, quæ à fortuna dicuntur fieri esse indefinitas, quæ fortuna est causa indefinita, & ignota: quia cum sit per accidens, non potest esse definita. Ignota, quia cum neque semper neque sepe solet esse illorum causa, non potest esse illorum causa prævidenda: quis enim prænotat fore ut qui fodit agrum thesaurum defodiat? Atque ita (inquit) possit alicui fortunam nullius esse causam, & alteri possit videri eam causam esse quorundam, atque, utrunque non sine ratione dici potest: nam quodam modo est aliquorum causa, per accidens scilicet, simpliciter autem ac per se nullus est causa per accidens, verò, ut aulectus est causa doctoris, si edicator est aulectus. Et quis qui venit alia de causa, de portu capis argentum, causæ sunt infinitæ: etenim venire potuit, & videndi aliquem gratis, & ludæ spectandi, & persequendi, & fugiendi, & aliorum multorum: mirum sunt causas per accidens, & in definitæ. Hinc rursus colligit Arist. meritò fortunam appellari alogam, aut irrationalem. Nam quod fortuna sit, hinc ratione & ratio enim versatur in his quæ semper aut sepe inveniuntur, fortuna vero in his quæ non semper, igitur, cum tales causas indefinitæ sint, & stat & fortunam in definitam esse. Movet deinde Arist. debitationem, cum eiusdem rei possit esse multæ causæ per accidens, alie propiores, alie remotiores, ut sanitatis, aeris, & motus, & remotius nonnumquam detonderi, an omnibus his potest dari nomen fortunatæ propius solum, ut aeris & motus, non autem detonderi? Quam dubitationem non diluit, videtur tamen de illius fontentis, etiam veridè deberi nomen fortunæ causis remotioribus: sunt enim per accidens magis, & magis indefinitæ. Deinde dicit Arist. cum fortuna sit causa per accidens eius quod fortunè accedit, si id quod accedit bonum est, bona fortuna dicitur, si malum malum, si bonum & magni momenti, dicitur Græcis *εὐτυχία*, Latine felicitas, si malum & magni momenti Græcis *δυστυχία*, Latine infelicitas. Videntur enim his nominibus, & cum homo fortunè accepit bonum aliquod magnum, aut malum, & cum parvum accepit quin acciperet: nam intellectus perinde concipit ac si accepisset, nam quod parvum distat à re, nihil (inquit) videtur distare, quæ

sententia in proverbum abiit, & à jurisperitis usurpata est. Hinc manifestè sequi dicitur, felicitatem incertam esse, neque ei esse si deandum, nisi fortuna omnino incerta est, cum sit in his quæ neque semper, neque plerumque sunt: felicitas verò est fortuna bona & magna, itaque (colligit tandem) sunt ambæ hæc, fortuna (inquit) & causa: causæ per accidens eorum quæ neque semper neque plerumque fieri solent, & in his quæ sunt alicui gratia. Hæc sententia Arist. docet. Sed videri possit alicui sic Arist. de fortuna plura omisisse quàm dixerit: Nam non dicitur, quæ causa sit fortuna illa quæ contingit quosdam hominum fortunatos esse, quosdam infortunatos: dicuntur enim fortunati quibus ea quæ aggrediuntur fieri accidunt, & si sint aliòqui imprudentissimi in fortunati contra quibus multa succedunt malè, est rex omnes prudenter adortur, atque multos esse huiusmodi communis omnium hominum con sensus est: & Plato in Gorgia prudentiam per artem, imperitiam per fortunam dicit efflicere. Antiquis celebratur Dea quædam fors fortuna vocata: Alii felicitatem natalis astri, hanc esse dicunt. De huiusmodi fortuna videtur Arist. modò disputationem omisisse: ceterum de hac fortuna. 7. Ethicorum, ad Eudemum diffusè admodum pertractavit, quoloco post multa hinc inde argumenta, censur fortunam esse duplicem, alteram divinam, alteram non divinam, utraque alogam, hoc est, sine ratione: divinam verò fieri impetu quodam divi non agitante, causam ignorante homine, ad ea quæ vilia esse eventus cognoscit: atque causa, quæ hinc homo hac infirgatione vitæ, ille non, gratia numinis sit, nihil aliud. Videtur hoc admodum consentaneum sententiæ Socratis, qui quosdam hominum dicebat habere demones: Meritos, quia d vilia quæque perousarunt, alios, habere Saturninos, qui à malis averterent, cuiusmodi suum demone fuisse Socrates testatur. Sed de hac fortuna alio loco fortè se disputabim, hic non est quod disputemus, cum quis Arist. de eo nihil hic dixit, cum quæ ad Phisicum non spectat de ea disputatio, ver neque de Deo, neque de arte, est hæc causæ rerum sunt. Sed sunt hæc parum Philosophis: morum, partim Primæ Philosophiæ: modò ob placita quedam veterum qui cæli & universi causam in fortunam reueiebant, opus fuit illud

*Plerumque
fortuna.*

demon-

demonstrare, quicquid à fortuna sit à consilio quodam, aut intellectione procedere, atque illud ipsum quod alterius causa ex electione quadam sit, cum per accidens sit, alterius causa fortunam dici. An illa electio felix ex causa alia occulta processerit, ut in iugatione diuina, aut felicitate astræ, aut re alia quapiam dicere hinc nihil intererat, nulla enim Physica scientie pars hac decisione indiget: quare præter eam omnino agunt hæc quidam enarratores de ea fortuna, & de fato, & de providentia Dei, nam quorsom hæc nisi hæc dicantur non erunt principia rei naturalis: non erit motus: hæc certe erunt nihilominus, quid ergo non videbuntur illi Theologi? Sed his misis, quod de fortuito euentu Aristot. dicit, non videtur omnino communi hominum intellectui, & sermoni consentaneum, à quo tamen videtur Aristot. ipse confirmationes eorum quæ docet accepisse. Nam videtur non semper fortuitum euentum esse ignotum homini cui euenit, neque scilicet per præter propositum eius qui alicuius gratia operatur: quare neque semper causa per accidens, incerta tamen semper. Nam Cicero lib. 2. de diuinatione sequutus communem hominum sermonem ita scripsit, Quid enim aliud fors, quid fortuna, quid casus, quid euentus, nisi cum sic aliquid cecidit, sic euenit, ut vel non cadere atque euenire, vel aliter cadere atque euenire potuerit? hæc Cicero. Constat ergo à fortuna esse illud quod bene euenit, cum potuerit non ita, aut cum soleat sæpe aliter euenire: constat tamè multa huiusmodi procedere à consilio, non enim consilia omnia certa sunt, sed ambigua multa, & periculo plena, quæ possunt bene & malè cedere, ut pleraque eorum quæ ab imperatore aguntur in militia, aut à gubernatore in nauis: omnia enim hæc cum bene cedunt à fortuna dicimus facta, quanquam non sunt sine consilio suscepta, sed quia potuerunt aliter euenire, quin potius hoc vocamus fortunam experiri: quò videbantur rendere verba illa Poëta, Audaces fortuna iuvat. Itaque dicuntur multa fieri à fortuna quæ præuisa erant ab eo cui eueniunt, & quæ non sine consilio suscepta sunt: atqui quo plus audaciæ aut temeritatis videtur esse inceptis, eo plus

fortunam dicimus esse esse, cum bene cedat fortunæ. In hæc fortuna genus videtur Plato respexisse. 4. de legibus dicens: Deum, & fortunam, & artem, omnia gubernare, videlicet consilium quod non est: præcedenter susceptum fortuna potest secundare: igitur videtur fortuna esse cum quadam ratione, quæ tamen aut temeraria sunt, aut alioqui ambigua. Verum est: quandoquidem tanto plus videtur facere fortuna, quanto minus consilii, aut rationis res habuit, tunc verè solam fortunam esse, cum nulla providentia talis euentus causa fuit, atque de sola fortuna dictum intelligitur, quod Aristot. docet: est non raro fortuna consiliis sese inferat causa temeritatis, aut ambiguitatis, ut dictum est. Sed vicique fortuna sit, incerta est, atque imprudentis hominis est se illi committere: nam in temeritate & ambiguitate incertitudo est. Constat verò ex dictis fortunam quæ cum consilio sese inferat esse causam incertam, sed non per accidens: nam expugnasse magnam urbem exigua manu fortunæ est, quanquam aggressio causa per se fuit expugnationis, nam huius gratia facta est. Quicunque in Indiis quas Hispani nuper inuenerunt, fodientes terram thesauros effoderunt: meritis fortunati nuncupabantur, est thesauri gratia per se ea opera suscipiebatur, sed quia poterant non inuenire. Quare eodem modo intelligendum venit quod Aristot. dicit, fortunam causam per accidens esse, de sola scilicet fortuna, & quæ nihil habuit consilii. Modò illud vnum manifestum est, serueturque in sequentes demonstrationes, fortunam nullam esse quam non committeretur, aut anteceder electio quædam, & mens: sed tamen electio illa non eius quod fortuna euenit, sed illius cuius causa factum est illud quod fortuna est factum. ut in exemplo quo Aristot. vitur electio est veniendi in forum, non reportandi argentum. Quare præter rem videtur Aristot. posuisse in illo exemplo, hunc qui ignorans se argentum reportaturum venit in forum, venturum fuisse reportandi gratia, si scituisset: nam qui in forum venit emendi causa, & incidens in inimicos vulneratus est, fortuna vulneratus est, tamen non venisset

Obiectio.

Explicit
Int. Arist.

Obiectio.

nisset, si sciuisset. Itaque ut quidpiam à fortuna fiat non opus est ut id quod evenit bonum sit, & homini cibatum, siquidem fortuna potest esse bona aut mala. Sed illud (arbitror) in exemplo posuit Arist. quia nomen fortunæ per antonomasiam de fortuna bona dici solet: et si latius patente nomine bona & mala ita appelleretur. Sed quoniam Arist. hic nomine fortunæ non utebatur antonomastice, sed ut de bona & mala dicitur, verius arbitror illum adiecit in illo exemplo venturum hominem reportandi gratia si sciuisset: non quod hoc in fortunæ ratione sit, sed ut ita magis explicaret huc modò non venisse ut reportaret, sed per accidens reportasse quia venit. Sed de fortuna hæc sunt factis.

Dilat.

CAPVT SEXTVM.

¶ Differunt autem, quandoquidē casus latius patet: nam quod à fortuna est, est etiam à casu, hoc autem non semper à fortuna, nam fortuna, & quod à fortuna est ijs accidunt, quibus & felicitas & omnino actio: quapropter necesse est & circa agenda esse finem. Signum autem huius, quod idem omnino videtur esse felicitas, & bona fortuna, aut prope felicitas autē operatio quædam, nam operatio bona est, quare quibus non contingit agere, neque à fortuna quicquam facere, & hac de causa neque inanimatum neque ferinum neque puerile, quidpiam facit à fortuna, quia non habet electionem: neque bona fortuna neque infortunium accidit his nisi similitudine quiddam, ut dicebat Proarchus, felices esse lapides, ex quibus fiunt aræ, quia coluntur, qui verò prope illos sunt conculcantur. Pari autem à fortuna accidit quod, non modo & his, cum ijs qui o-

perantur circa ipsa faciatur aliquid à fortuna, aliter autem non est. Casus autem & alijs animantibus, et multis inanimatorum, ut dicimus, equus casu venit, quod seruatus quidem est veniens, non tamen venit ut seruaretur: et tripos casu cecidit, steter enim quia sedit, tamen non sedendi causa cecidit. Quare manifestum in ijs que simpliciter alicuius causa fiunt, cum non factum sit illius causa, quod evenit, quorum causa est extra, tunc ἀνοτυτοῦτος, id est, à casu dicitur à fortuna autem quæcumque horum à casu fiunt, cum electione quidem, in ijs qui eligendi vim habent.

¶ Hoc capite docet Arist. qui differat fortuna à casu itaque ita statuit, latius patere nomen casus quam fortunæ, quandoquidē omne quod fortuna factum est dici possit etiam casu factum, non tamen quod casu, etiam fortuna. Quod probat hoc argumento, Fortuna, aut factum à fortuna, illis solum: quibus potest congruere, quibus felicitas potest accidere, & omnino actio aliqua, ergo fortuna circa ea que aguntur est solum. Quod verò illis solum fortunæ nomen congruat, quibus felicitas potest accidere, ita patet, Felicitas aut nihil aliud, aut ferè nihil aliud est quam bona fortuna, nā felicitas est operatio quædam, est enim operatio bona, ergo quibus non contingit agere, neque contingit à fortuna agere. In hoc argumento quod nos vertimus fortunam Arist. vocavit τὸ ἀτυτοῦτος, quod nomen à demone ductum proculdubio fluxit à sententia illa Aristotelis de causâ felicitatis illius quâ diximus. 7. Ethic. appellari diuinam. Atqui videtur mihi Arist. dixisse modo τὸ ἀτυτοῦτος & nihil aliud esse quam fortunam, quia actio ipsa hominis quatenus per accidens fit causa boni alicuius in sperari, dicitur fortuna, quatenus hæc ipsa actio in ligatione diuina suscipitur, dicitur τὸ ἀτυτοῦτος. Ad didit autem aut hoc opus, vel quia rationes diuersæ sunt, quæ dicitur fortuna, & quæ τὸ ἀτυτοῦτος:

vel qui fortuna potest esse non diuina, sed humana autem fortuna bona & diuina solum videtur esse. Ex dictis inquit sequitur, neque res inanimata, neque ferae, neque pueros posse facere aliquid à fortuna, quia non habet electionem. Ex his patet, ubi paulo ante dicebatur, fortuna esse in illis solum in quibus est actio, intelligi actione liberam & cum deliberatione, itaque inquit neque fortuna neque in fortunium potest de huiusmodi rebus dici, nisi per metaphoram, ut Protarchum dicere solent, dicitur lapides eos ex quibus argitur, felices esse, illi solum colatur, cum vicini lapides qui felicitate circum altare iacet collocari soleant. Dicimus etiam nos saepe, felicitas lignum ex quo Christus pedem dicit, tamen haec per metaphoram dicitur, quia res quae deliberatione caret, non possunt proprie felices dici, non enim à fortuna possunt quae quae agere, verum possunt, à fortuna bene aut male pati, cum felicitate aliquis circa illa bene aut male operatur, ut si quis visendi amici causa à via deflexit cui coeperat insistere, à qua nisi deflexisset, incidisset in hostes, certe fortuna se & equum cui in se habebat, seruauit, egitque ille à fortuna, & equum bene à fortuna passus est. Eodem modo si procurator cui fortunae infantis commissa sunt, feliciter agit, atque haec causa infantem dicitur, infans dicitur fortunatus, quauis nihil à fortuna egit, sed quia feliciter affectus est, atque haec est alia ratio quare res careret deliberatione dici possunt felices, non quod agant, sed quod bene afficiantur à fortuna. Aliter autem non est res humanae fortunae, casus autem & aliis animantibus ab homine, & inanimatis accidit, ut si equus casu venit in domum, & nisi venisset aut à feris aut ab hostibus percussus aut necatus esset, qui tamen non venit ut effugiens seruarietur, diceretur casu seruatus. Ita etiam si tripes sedes, ruens ex alto sedit, stetitque apte, casu factum dicimus, non enim cecidit ut sederet, unde colligit Aristoteles manifestum esse, autem autem iuxta nomen ipsum dicitur, hoc quod alicuius omnino causa sunt, cum accidit ea non esse facta causa illi, quod euenit, & quorum causa est extra: à fortuna verò quae à casu sunt, sed cum electione in illis qui eligendi vim habent. Haec dicit Aristoteles de casu quod vocat autem iuxta nomen, sed animaduertendum hoc loco esse nomen hoc autem iuxta nomen Graecis non dici solum de eo quod sine deliberatione est factum ex quo euenit aliquid, cum tamen non esset il-

lius causa factum, ut Aristoteles videtur docere, imo uerè crebris dici solent esse de eo quod sine causa videtur factum, illud feliciter cuius causa aut omnino ignoratur, aut solè est occulta, Nam Hippocrates autem dicitur vocat lassitudines sponte factas, id est, sine manifesta causa: estque ea praesens familiaris admodum Hippocrati & Latini utitur eodem modo casus nomine, nam dicimus hic febricitare cepit ex vino, ille ex auitate, alii ex labore, qui ex nullo, horum casu cepit febricitare. Itaque praeter modum illi casus quod Aristoteles explicat, est alii, quo casus est contrarium causae manifestae. Nam cum nihil possit fieri sine causa, cum dicimus, secundo hoc modo ueteris nomine, aliquid casu factum, constat causam aliquam occultam illius rei esse, quae quia occulta est, casu dicitur res facta.

Signum autem est, ipsum iuxta nomen, id est frustra, quod dicitur cum non sit id cuius causa, quod alicuius alterius causa, ut accidit de ambulare euacuandi causa: si autem deambulati non eueniat, frustra dicimus deambulasse, & deambulationem frustra susceptam, quasi hoc frustra sit, quod natum est alterius gratia fieri, cum non efficit illud, cuius causa erat natum fieri. Quandoquidem si quis dicat frustra lauisse, quandoquidem non deficit sol ridiculus sanè sit, non erat enim hoc illius causa, ita ergo ipsum autem iuxta nomen ipsum dicitur, cum id frustra sit: decidit enim lapis non contundendi gratia, à casu tamen decidit lapis, quia potuit cadere ab aliquo iactus, & contundendi gratia.

Ex nominis etymologia conatur Aristoteles docere autem iuxta nomen esse id quod dictum est autem iuxta nomen inquit venit à iuxta, id est, frustra: hoc autem frustra fieri cum non sit id cuius causa sit, quod propter aliud fit, ut si quis deambulet accepto pharmaco ut expurgetur, tamen cum deambulauerit non expurgetur, dicitur frustra deambulasse, quia non est facta expurgatio cuius causa suscepta deambulatio est,

est, quæ alterius gratia fiebat: deambulabat enim, non ut deambularet, sed ut expurgaretur: itaque illud frustra esse dicitur, quod natum est alterius causa fieri, cum illud non eveniat ei: gratia namque causa fieri. Dicimus, quod naturam est alterius causa fieri, quia si quis dicat frustra lauisse, quia cum ipse lauerit, tamen non defecit sol, ridiculè & stultè dixit se putabitur: quia lotio non est nata fieri de seculis solis causa. Ergo (colligit) *ἀντορατος* (ut nomen ipsum per se fert) est, cum idem frustra sit, ut lapis qui cadens contrundit alii cui caput, non decidit contrundendi gratia; sed casu, quia potuit cadere iactus ab aliquo & contrundendi gratia, cecedit autem neque iactus, neque contrundendi gratia. Hæc Aristoteli, qui nescio quo pacto non intellexit in hac ratione, & concludit aliud quam dici ceperat, & priora non herere posterioribus. Nam dixerat illud fieri casu, quod succedit casu: quæ alterius causa fiebat, concludit tamen modo lapidem qui cadit à nullo iactus, & cõtrundit alicui caput casu cadere: debuit tamen dicere, non casu cadere, sed casu cõtrundere, quia non cecidit ut contunderet, sed contudit cadens. Quod si cecidit casu, quia nullo iacente cecidit, certè casu factum dicitur, quod à nulla causa manifesta sit: delabitur quæ incurrit Aristoteli in aliam nominis acceptionem quam ille se oblitus, & ego addidi. Ergo quod revera habet est, bifariam dici aliquid casu factum, & quod sine causa manifesta, & quod à causa per accidens fit. Atque primo modo dicitur lapis casu cecidit, quia nullo iacente, secundo modo casu cõtrudit, quia non cecidit ut contunderet. Itaque verè quod à *μαρτυρία*, id est, frustra à venire nomen *ἀντορατος* dicit, non videt quomodo possit esse contentaneum, nam frustra est, cum non evenit id cuius causa res fit, casus cum evenit id cuius causa non fit id quod fit: hæc autem sunt longè diversa. Quæ enim (ut exëpio declaratur) interest, eum qui fodiebat causam inveniendi thesaurum non invenisse, aut eum qui alia causa fodiebat inveniisse: non est ego contentaneum nomen hoc *ἀντορατος* venit à *μαρτυρία*, ut id adverbium significat frustra, sed venit à *μαρτυρία*, id est, sponte, ac sine causa: quæ omne quod fit casu, fit sua sponte, sine causa manifesta, aut saltem sine causa per se. Nā dicimus, lapis ille sua sponte cecidit, à nullo enim iactus, & sua sponte contudit, non enim iactus est

ut contunderet. Hæc sunt quæ de casu videtur verissima, quæ nulli arbitror non placebunt, nisi incurrit in ea etiam verba Aristoteli, quæ non intelligat.

¶ *Maximè autem differit hoc à fortuna in ijs quæ natura sunt. Cum enim aliquid præter naturam factum sit, tunc non à fortuna, sed à casu potius factum dicimus. Præterea autem est hic alter: alicuius enim causa est extra, alicuius autem intra. Quid utaque est casus, & quid fortuna dictum est, & qua ratione differant inuicem. Quod autem attinet ad modum cause, in causis unde principium motus virumque illorum: vel enim eorum quæ natura, aut eorum quæ ab intellectu causa semper est. Verum tamen horum multitudine indefinita. Quando autem est casus, & fortuna causa, quorum vel mens fuerit causa vel natura, cum secundum accidens causa aliqua facta sit horum ipsorum, nihil autem quod secundum accidens prius est ijs quæ per se manifestum neque causam per accidens priorem esse causa per se: posterior igitur casus & fortuna & mente & natura. Quare si quæ maximè cali causa est casus, necesse est priorem causam esse mentem & naturam, cum aliorum multorum, tum etiam huius universitatis.*

¶ Pertinet declarare differentiam casus & fortune. In rebus ab intellectu dictum est prius idem esse fortunam & casum, nā fortuna ipsa est casus, tamen in rebus à natura maximè differt casus à fortuna: nā cum rei alicui quicquam evenit præter naturam, casu dicitur factum, fortuna autem minime: quandoquidem quod à fortuna est, non est sine electione. Si cui ergo à primo ori u quoque tantum digiti sint, cum id non accidat à natura, casu dicitur factum. Addit, his di-

Quis Arist. alia diuisionem, dices, Præterea & hic, casus scilicet alter, id est, dicitur esse alicui? enim causa est extra, alicui autē intra. Vt si cui ex morbo corruptus est digitus, casus corruptus dicitur, nō enim natura, causa verò fuit extra, corruptio enim ab externis incipit: si à primo ortu quatuor digitos habet, casu etiā habet, sed causa fuit intra, fuit enim sua ipsius virtus formatrix erras aut penuria materiæ, aut alia causa. Sed videri potest hoc loco Aristoteles, dictis nuper contraria præfuisse: nā nuper definiens quæ casu facta dicitur, dixit, quorū causa est extra, modò verò dicit quorundā eorū, quæ casu fiūt, causam esse intra. Tame res ita intelligenda venit, causam eorū quæ casu fiunt, semper esse extra id quod fit, id est, semper ferri in aliū finē, euenit enim per accidens, id quod casu euenit: sed effectricē causam nō nunquā esse in se, quæ casu aliquid patitur, vt causa quæ quatuor digitorum manū formauit, intra se ipsam ita formata est, in causa qua illa operabatur extra hanc formationē erat, nā in formationē aliā ferebatur. Hæc verò casu euenit. Facit deinde Aristoteles dictorū epilogū, atque declarat quo in genere causæ eorum, quæ quatuor esse solū prius dixerat, casus & fortuna cōtineatur. Itaque (inquit) quid casus & fortuna est, & qua ratione inuicem differāt, dictū est. Quod autem attrinet ad modū causæ, in causis vnde principū motus vtrunq; horū, id est, casus, & fortuna pertinet ad genus causæ efficientis: nā casus & fortuna facit multa in iis, quæ ab inuentione aut natura. Verū tamen horū quæ scilicet ab intellectu aut natura profecta sunt fortuite causæ, aut à casu multitudo indefinita est: quia, vt dictū est superiori capite, causæ per accidēs nō possūt definitæ esse. His dictis colligit Aristoteles neque fortunā neque casum posse esse rei alicuius primā causam, sed necessariū esse aliam priorē. Vnde manifestè reprehēditur error multorū Philosophorū, qui cælū & vniuersum hūc orbē casu aut fortuna factū primū dicit. Ratio verò est huiusmodi, qua etiā in metaphisicis vitur, Casus & fortuna sunt causæ per accidens eorum quæ fiūt intellectu, aut natura, sed antea omnem causam per accidēs esse aliqua causa per se: ergo si cælum casu factum est, necesse est ab intelligentia aliqua, aut natura cœpisse, quæ ante omnē casum & fortunam fuerit. Argumentū hoc est profectō firmissimū, quo probatur aut mūdum omnino non esse factū, vt Aristoteles cœpuit, aut factū esse à causa liberatis expecte, vt quidā alii statuebant, aut vt res habet factū esse à prima causa, eaq; sapientissima. Verūm hoc cōcedente summo ipso Deo aliquādo cōfirmabimus.

CAPVT SEPTIMVM.

¶ Esse igitur causas, & tot numero quot dici

mus, manifestum est: tot enim numero continet ipsam cur. Aut enim in id quod res est, ducitur ipsum cur, vltimū in mobilibus, vt in Mathematicis: in definitione enim recti, aut cōmensurati, aut alicuius alterius ducitur vltimū, aut in id quod primū mouet, vt cur bellum gesserunt: quoniā expulauerunt tēplum. Aut cuius causa, vt imperet. Aut in ijs quæ fiunt, materia. Quod ergo causa ha, & tot, manifestum est. Quādo autē causæ quatuor, omnes pertinet ad naturalem scire, & in omnes ducens ipsum cur, designabit Physicē materiā, formā, & id quod mouet, & id cuius causa. Veniunt verò tria in vnū sepe: id enim quod res est, & cuius causa est, vnum est: id autem vnde motus est primū, specie idem cū his est, homo enim hominem gignit, et vniuersim quæcunq; mouentur & mouent, quæ autē nō, non id. Physica sunt non enim in seipsis habētia motū, neque principū motus, mouent, sed immobilia per se. Quapropter tres tractationes sunt, hæc quidem circa immobile, hæc autem circa id quod mouetur, incorruptibile tamen, hæc autē circa corruptibilia. Quare ipsum cur, & ab eo quod ad materiā ducit, de signatur, & in id, quod aliquid est, et id, quod primū mouet. De generatione enim maximè causas cōsiderant hoc modo, quid post quid gignitur, & quid primū fecit, aut quid passum est, et hoc modo semper id quod deinceps. Duplicitia autē sunt principia, quæ mouent Physicē, quorum alterum nō est Physicū, non enim habet motus principū in seipso, tale autē est, si quidpiam mouet, quin moueatur, vt quod omnino est immobile, & omnium primū: et quod aliquid est et ipsa forma, finis enim, & cuius causa. Quare cū natura alicuius causa sit, et hæc nosse oportet, omnino reddendum est, id propter quod, vt quod ex hoc necesse est hoc

fieri, hoc autem ex hoc, aut simpliciter aut plerumque. Atque, si futurum est hoc, ut ex propositionibus conclusio, et quod quidem hoc est quod aliquid erat esse, et cur melius ita, non simpliciter, sed ad cuiusque substantiam.

Hic rursus repetit colligens in vnum caput causarum genera, docetque ad Physicum spectare illa omnia agnoscere, & ex illis omnibus ad Physicas interrogationes respondere. Ratio qua hic rursus Aristoteles probat esse quatuor causarum genera, huiusmodi est. Interroganti cur aliquid sit, aut fiat, quatuor modis respondetur, ergo quatuor causarum genera sunt: nam semper causa aliqua redditur, cum respondetur illi interrogationi. Nam qui respondet, aut fertur in vltimo id, quod res est, ut in immobilibus Mathematici faciunt, nam respondent omnibus problematis ad suas artes spectantibus per definitionem, ut recti, aut commensurati, aut rei alterius, de qua queratur: de finitio vero continet formam rei, & id, quod res est. Dicitur ut Mathematici faciunt in immobilibus, quia Mathematici non disputant de corpore ut esse mobile, sed abstracte de motu & materia, ut supra ipsemet Aristoteles dixit. Est alia ratio respondendi, cum is, qui respondet, fertur in id quod primum mouit, ut si interroganti cur bellum gesserunt, respondet, quia experientia illorum repleuit hostes. Alia ratio est, cum fertur respondens in id cuius causa, ut si respondeat, gesserunt bellum, ut imperarent. Alia ratio est, cum respondens fertur in materia, ut si interroganti cur genita est prunus, respondeas, quia ex nucleo pruni. Quod ergo tot cause sint, manifestum, inquit, est, quia autem tot sunt, omnes pertinent ad naturale scientie. siquidem in has omnes ducentes interrogaciones, physice respondabit, designabit materia, formam, & id quod mouet, & id cuius causa. Dicitur deinde Aristoteles, venire semper horum tria in vno, ut in naturalibus, nam id quod res est, & id cuius causa sit, idem est. Nam ignis vtriusque gignit: ignis forma quare forma eius quod gignitur, est finis ortus, & id vnde motus est primum, hoc est, efficiens causa est specie idem cum forma & fine. Homo enim hominem gignit, & vniuersum quicunque mouentur & mouentur ita faciunt, vnde dicitur simile simile gignit, & alterum per formam operatur, & alterum secundum formam oritur. Vbi animaduersione dignissimum est, non solum ut hic locum intelligatur, sed ut multi alii apud Aristotelem, quia forma est que prestat rei esse id quod est, Aristoteles semper fertur vti his nominibus, forma, & id, quod res est, & ipsum rei esse, & quod hoc est, indifferenter pro eadem re. Quare formę nomine significatur non solum altera rei pars seorsum ac per se, sed etiam ipsa res quatenus talis, ut ipse homo quatenus homo, & domus quatenus talis, & circulus quatenus circulus, & res alia quatenus

quatenus est id quod est: nam illud quatenus continet formam & rationem: itaque finis naturalis ortus non per se ac seorsum est finis ortus naturalis, sed forma ut triuens esse huius rei, quod est ipsa res quatenus talis, minus enim serupulose vtriusque nominibus Aristoteles. Quod perierit hodie. Gignit ergo homo, ut gignatur forma hominis in materia, aut ut fiat homo, quod idem omnino est, nam eadem ratio, & forma est in vtraque harum orationum. Sed his ita notatis venio ad reliqua. Quæ non mouentur, & mouent, sed mouent non mota, ut intelligentia cæli circumducit, & sol hominem gignit, non sunt Physicę tractationis: hic enim de illis solum agitur quæ habent principium sui motus in se ipsis. Sicut vero dicitur inquit tres tractationes. Alia versatur circa immobilia, ut Metaphysica, quæ de Deo & substantiis, separatis ediscitur: & Arithmetica, quæ de numeris. Alia circa mobilia, sed incorruptibilia, ut Astrologia, & naturalis pars quæ de cælo & eius partibus. Alia quæ de corruptibilibus, ut Physica pars, & tota ferè Naturalis scientia. Quare inquit quod aliquid fiat, designatur, & ab eo qui responsione ducit ad materiam, & ab eo qui ducit in id quod aliquid est, hoc est, ad definitionem rei, aut essentiam rei, quæ præcipue continetur in forma rei: & ab eo qui ducit in id quod primum mouet, hoc est, in efficientem causam. His causis vti Physicos ad respondendum suis problematis, quæ sunt de rerum ortu, vti confirmatur. Nam inquit de ortu rerum considerant homines quid post quid fiat, hoc verò est considerare materiam, ut ex nucleo pruni prunus, ex pruni almeto prunum. Considerat etiam quid primum fecit, ut sol & homo fecerit hominem, hoc autem est considerare causam efficientem. Considerat etiam quid passum est, hoc est quid accepit id quod mouetur: hoc verò est considerare formam, quæ ipsa (ut dictum est) in naturalibus est finis, ut lignum vitione accipit igitur formam. Et hoc modo inquit semper considerat id quod deinceps: hoc autem addidit, quia sepe ex hoc fit illud, & ex illo rursus aliud, ut ex alimeto testiculorum semine, ex femine embrio, ex embrio homo. Considerat verò Physicos non in primo ortu horum, sed in omnibus qui deinceps succedunt, illa omnia. His dicitur colligens quædam dicitur, eandem sententiam confirmat, putat ad Physicum pertinere, agnoscere quatuor genera causarum. Duplicia, inquit, sunt principia, quæ mouentur physice, hoc est mouentur res naturales & quæ mouentur. Alterum est, quod non mouetur, ut inquit, si quidpiam est immobile per se, & omnium primum, quod alia omnia mouent, ut prima causa. hoc autem principium non pertinet ad Physicum, sed ad Primum Philosopherum. Aliud est, quod aliquid est, & ipsa forma, finis enim est & causa, hoc est, id ipsum quod est res quæ mouetur, & sua illius forma, quæ diximus esse finem ipsius ortus naturalis. hoc autem principium pertinet ad Physicum considerare, & ad hoc videri, ducere interrogaciones. Quare cum natura, de qua hoc ope

CAPITV OCTAVVM.

re est disputatio, alicuius causa siuid est, aliquid causam habeat, nosse hanc oportet, atque omnino reddere, ut patet per quod, aut aut hoc est, si vero reddatur per quatuor dicta genera. Vt q. ex hoc necesse est, hoc fieri, vt ex semine plantam, atq. hoc est reddere causam per materiam, quam cum reddimus, aliquid dicitur materiam, ex qua simpliciter ac semper necesse est id fieri, vt homo factus est, quis ex humano semine, aut ex qua pierunque, vt vases, qui ex ca dauere. Dicimus etiam respondentes, si futurum est hoc, vt ex propositionibus cōclufio, hoc est, quid ab hoc natura sit fieri, vt ab igne ignem propositionibus cōclufio, hoc vero scripsit Arist. exemplum efficientis cause. Dicimus etiam quod: quidem hoc est quod aliquid erat esse, hoc est: forma & substantiam rei, vt cum respondemus, ignis genitus est, rarum enim quiddam, & ardens, & vrens genitum est. Dicimus etiam cur melius ita, hoc est, absolutum etiam problemata Physica per finem, exponentes melius esse hoc, quod est factum, quam si aliter ageretur. Vt si roges cur digiti sint homini quinque, respondebo, quia hoc melius fuit, quam non ita habere. Si rursum vrgens, cur a peram finem, non enim dicā hoc simpliciter esse melius, alioqui male actum esset, cum bobus, qui carent digitis, sed ad actiones humanas: nam ita ad apprehendendum & ad omnes humanas artes est manus accommodatissima. hęc Arist. ex quib. manifestum est iam in statuati finem aliquem rerum naturalium ab eodem Arist. diuersum ab illarum formis, non enim manus finis est sua forma, sed apprehensio, neque oculi, sed inspectio, neque ceuris, sed ingressus: imo vero neque hōminis, ipsa hōminis forma, sed vira prudenter in situra & cultus Dei. Sed quod Arist. dixit paulo ante, ita habet formā rei est finis, non rei ipsius, sed sui ortus, pręter hęc vero est alius finis rei, omnia enim fecit natura, non vt faceret, sed alicuius gratia, quod ex sequentibus fiet magis manifestum. Est qui putet propositiones & conclusionem facere Aristotelem hoc loco exemplum materię, eo quod non videatur propositiones esse efficientes conclusionem. Sed vtunque habeat hoc, non videtur hi iam meminisse capituli, 3. quo propositiones & conclusionem exemplum cause efficientis Arist. fecit, quo loco ego id ex plura examinaui.

Dicendum autem primum quod quidem natura causa est in his que alicuius gratia, deinceps de necessario quomodo dabit in naturalibus: nam in hac causa ducunt omnes, quod, quonia caliditate est natura, & frigiditate, & quodcuque aliud huiusmodi. Hac autem ex necessitate sunt & sunt, & ita natura coparata, etenim si alia causam dicat, tantum tangentes gaudere sinat. Hęc qui de inimicitia & amicitia, alius autem mentē. Habet autem dubitationē, quid prohibet naturam non alicuius gratia operari, neque quonia melius, sed que ad modum pluit lupuer, non vt frumētum auget, sed necessario: quod enim sursum fertur, refrigerari oportet, et refrigeratione aqua factū descendere: accidit autem cum hoc sursum frumētum augetur: Eodem modo si cuius in area frumētum perit, non huius gratia pluit, vt pereat, sed hoc enenit: quare quid prohibet ita etiam partes in natura habere, vt dentes necessario oriri, anteriores quidem acutos idoneos ad secūdū, molares vero latos, & viles ad cōmuniendū cibū, & non huius causa factos esse, sed accidere. eodem autē modo et in alijs partibus, in quibus videntur esse id quo alicuius gratia. Cum igitur omnia acciderint, ac si alicuius gratia facta foret, tunc quidem seruentur casu consistentia apte. Quia autem non ita, perierunt, pereunt que, quemadmodum Empedocles dicit semibones et posteriore parte homines. Hęc itaq. est sermo, quo aliquis hoc modo dubitare possit, atque si quis alius huiusmodi

iusmodi est. Impossibile autem est hæc ita habere, hæc enim & omnia que natura, aut semper ita fiunt, aut plerumque eorum autem que à fortuna, & casu nullū. Neque enim à fortuna, neque ex accidente videtur pluere sepe per hyemem, sed si sub cane: neque vitiones sub cane, sed si in hyeme. Si igitur aut vi ex accidente videtur, aut gratia alicuius esse, si fieri non potest, ut hæc sint, neque ex accidente, neque ex casu, certe alicuius causa sint. Veruntamen natura sunt huiusmodi omnia, ut ipsi etiam dicent, qui hæc dicunt. Est igitur id quod alicuius gratia, in ijs que natura fiunt, & sunt. Præterea in quibus finis alicuius est, illius causa agitur, quod primum, & quod deinde. Igitur ut agitur ita natū est, & ut natum est ita agitur vnum quodque, nisi quid impediat: agitur a se alicuius gratia, & natum igitur est huius gratia. Vt si domus res natura facta esset, ita quidem facta esset, ut nunc ab arte. Si autem que natura, non solum natura, sed etiam arte fierent, eodem certè modo fierent, quo nata sunt. Causa igitur alterius alterū, vniuersimque quadam perficit, que natura non potest facere, quadam autem imitatur. Si igitur que secundū artem alicuius gratia, manifestum, & ea que secundum naturam, eodem enim modo habet ad sese mutuo, in ijs que secundum artem, & in ijs que secundū naturam posteriora ad priora: maxime autem manifestum est in animalibus alijs, que neque arte, neque in-

uestigando, neque consultando operantur. Quapropter dubitavit quidam, num mens, vel aliquo alio operentur & araneæ, & formicæ & alia huiusmodi. Ferè autem ita procedenti & in plantis videtur fieri ea que conferunt ad finem, ut folia causa tegendi fructum: quare si & natura, & alicuius gratia hirundo nidum facit, & araneus araneam, et planta folia fructum causa, & radices non sursum, sed deorsum alimenti causa: manifestū est, esse huiusmodi causam in ijs que natura fiunt, et sunt. Et quoniam natura duplex, alia quidem ut materia, alia autem ut forma, finis autem ipsa, finis autem causa alia: ipsa quidem sui causa, que gratia alicuius. Error autem conuincit et in his, que secundum artem: scripsit enim non rectè Grammaticus, et propinquit pharmacum non rectè medicus: quare manifestum accidere et in ijs, que secundum naturam. Si autem sunt quadam secundum artem, in quibus id quod rectè, alicuius gratia, ea autem, in quibus error sit, causa quidē alicuius facit, sed frustratur. Simelver autem habet et in ijs, que à natura, et mōstra errata sunt illius, que alicuius gratia: igitur et in concretionibus substantia, que sunt horum si ad quendam terminum & finem venire non possunt, corruptio quidem principio aliquo facta sunt, ut nunc quidē semine. Præterea autem necesse est semen primum fieri, sed non statim animalia, & illud totum quod congestum erat pri-

minim. semen erat. Præterea & plan-
 tu inest ut quod alicuius gratia, mi-
 nus autem distinctum est. Vtrum igi-
 tur & in planis facta sint ut hobi-
 gena & androporora, ita ampelogena
 et eleoporora, id est, parium ex vite par-
 tum ex olina facta, an non absurdum
 enim, veruntamen oportebat, siquidē
 & in animalibus. Præterea oportebat
 & in semibus fieri, ut casus ferret,
 vniuersum autem tollit qui ita dicit &
 res naturales & naturam: naturalia
 enim sunt quæcunque ab aliquo princi-
 pio in seipsis continenter mota, veniūt
 in finem aliquid uem a quocunque autem
 non idem quibus suis, neque quod cōtin-
 git: semper quidem in idē nisi quid im-
 pediat. Quod autem est cuius causa,
 & quod huius causa, fiet quidē a for-
 tuna, ut dicimus a fortuna uenit ho-
 spes, & locus abijt, cum perinde facit
 atque si huius causa uenisset, nō autem
 huius causa uenerit, & hoc secundum
 accidens: fortuna enim in causis per ac-
 cidens est; ut & antea diximus.
 Veruntamen cum hoc semper, aut ple-
 runque fiat, non sec... idū accidēs, neq;
 a fortuna: in naturalibus enim semper
 ita, nisi quid impediatur. Absurdū au-
 tem non existimare, alicuius gratia
 fieri, cum non uident id quod mo-
 uet consultari. Atqui neque ars con-
 sultatur, etenim si esset in ligno ars na-
 uem faciendi, eodem certē modo quo
 natura posset facere: quare si in ar-
 te est quod alicuius gratia, & in na-
 tura erit, præcipuē autem manifestū
 cum aliquis curet ipse seipsum: huic

enim similis est natura. Quod quidem
 igitur causa est natura, atq; ita ut ali-
 cuius gratia manifestum.

In principio capituli per propositionem di-
 citur de quibus agendum super sit reliqua hu-
 ius secūdi libri parte, hoc scilicet capite & se-
 quenti. Sunt uero hæc duo primum dicen-
 dū est hoc capite, naturā esse in causis quæ
 operantur alicuius gratia, hoc est, naturam
 non temerē operari, sed propter finē (est au-
 tem hoc quod ego capite superiori dixi obi-
 ter, & in hoc probandū distuli, esse scilicet
 rerum naturalium fines alios a formis earum
 diuersos) deinceps dicendū de necessario,
 hoc est, quæ sit necessitas, & quæ sit causa ne-
 cessaria in rebus naturalibus. Agitur de ne-
 cessario sequenti capite, quod huius libri
 est ultimum, reddit interim Arist. causam, qua
 de necessario cogitur differere, notatq; obi-
 ter Democritum & Empedoclem. Agen-
 dum, inquit, de necessario, quia ad necessa-
 riam causam solent omnes Philosophantes
 ducere omnia Physica problemata. ut si que-
 ritur, cur calidum calefacit, & frigidum re-
 frigerat, respondere solent, quia illa est ca-
 lida natura, hæc frigida. ita de quacunque
 alia re, ut si queratur, cur ex hoc semine sit
 planta, ex illo animal, respondent, quia
 hæc est illorum natura, & quia ita euenit
 ex necessitate, & ita sunt natura compara-
 ta. Quod si quando, inquit, alias causas
 dicunt, attingunt illas solum, deinceps mis-
 fas faciunt (nam hoc significant illa uerba
 gaudere sinunt) ut Empedocles amicitiam
 & inimicitiam, Anaxagoras mentem nomi-
 nat in Cosmopœia, siue uniuersitatis fa-
 brica: ramen in singularum rerum ortu il-
 lis causis non utuntur. Facta hac proposi-
 tione disputatur quæstionem primam, pro-
 ducens argumenta ab utraque parte, pri-
 mum ab ea quæ affirmat naturam non o-
 perari propter finē. Ea uero sunt huiusmo-
 di: non uideretur esse quidpiam, quod fate-
 ri cogat naturam operari alicuius gratia: nā
 si quidpiam, id certē esset, quod bona que-
 dam ex rerum naturis proficerentur.
 Tamen uideretur hinc non fieri, nam quid
 prohibet eodem modo accidere quo in
 pluuia, nimirum pluit, non frumenti cau-
 sa, sed quia necesse est, uaporem qui sur-
 sum fertur in media aeris regione concre-
 scere, concrefcentem uero, & aquam factū

descendere, euenit tamen vt pluuia frumētum crescat. Ita si cui ob multitudinem plantarū frumentum putat in area, non pluit, vt putaretur, sed euenit. Ita dentes anteriores necessitate quapiam facti fuerint acuti, & molares lati, euenit tamen vt anteriores facti sint idonei ad scindendum, & molares ad comminandum, etsi non huius causa tales facti sunt. Atque eodem modo euenit in aliis omnibus rebus. atqui hoc docebat Empedocles, res scilicet omnes casu esse factas, quales sunt modò. Quod si quis rogabat, qui sit ergo vt res omnes oppositissimæ sint ad actiones, respondebat, principid res multas esse factas concurfu fortuito principiorū, atque earum quasdam esse casu, perinde ac si alicuius gratia fierent, alias verò nō ita, sed malè cecidisse, & factas esse ineptas: simebatque fuisse bubogena & andropopra, hoc est, animantia quedam partim hōū partim hominum speciem referentia, ac posteriori parte homines. Quærua ergo principia bene ceciderunt, & a quæ casu sunt, aptè tamen, & perinde ac si alicuius gratia facta forent, steruata, quia etsi sunt casu: tamen aptè cōcinnata: alia verò dissoluta sunt. Hinc fieri dicebat, vt res sint aptè ad vsus & actiones, tamen casu & necessitate quadam non finis gratia factæ. Hic ergo (inquit Aristot.) sermo est, & si quis alius est huiusmodi, quo quispiam possit dubitare, an finis causa res natura constanter factæ sint. Proposita hac sententia multis argumentis probat eam esse falsam, confirmatq; contrariam. Primum argumentum est huiusmodi, Omnia quæ natura sunt, semper eodem modo sunt, aut plerumque, nullum autem eorum quæ fortuna aut casu sunt, sit semper aut plerumque, non enim casu aut fortuna pluere per hyemem dicimus, sed si sub cans, hoc est, in media estate pluit, casu pluit, quia raro eo tempore pluere solet: neque vitiones & vehementem calorem dicimus casu accidere per æstatem, sed si quando per hyemem sit, casu sit, quare quæ natura sunt, neque casu, neque fortuna sunt: igitur si necesse est ea aut ex accidente fieri, aut alicuius boni gratia: ex accidenti autem aut casu nō sunt, constat ea alicuius gratia fieri: sed illorum causa natura est, quod illi etiam qui aduersam sententiam rudentur, concedent: igitur natura alicuius gratia operatur & propter finem. Est

aliod argumentum. In iis quorum aliquid est finis, illius causa agitur id quod primum est, & quod deinceps sequitur vsque ad ipsū finem, vt domus sit habitandi gratia, & parietes gratia domus, & lateres causa parietū, & cetera hæc ob finem vltimum, habitacionem scilicet: sed naturalium rerum est finis alicuius, igitur illius gratia aguntur, etsi naturaliter agantur: atque vnaqueque naturalium rerum ita agitur, vt nata est agi, nisi quid impediatur, vt cum generantur mōstræ: atque ita est nata agi, vt agitur, agitur verò finis gratia, ergo nata est fieri finis alicuius gratia. Quod verò res naturales alicuius gratia fiant, probat argumento ducto ab arte. Ars scilicet finis gratia operatur, nam archiitectus facit domum vt sit domiciliū, sutor calceos, vt sit calciamentum: sed naturæ est ratio eadē, quæ artis. Nam si domus esset res naturalis fieretque sua sponte vt arbor, aut animal, eodem modo fieret quomodo ab arte fit: atque si res naturalis, vt homo arte fieri posset, non alio modo fieret, quam modò fit: nullus enim modus est quo fieri posset ad actiones magis accommodatus. Neque si Deus alicui permitteret hominē formare vt vellet, posset meliorem formationis modum excogitare, ergo res naturales non sunt temere, sed causa alterius altiorum, id est, quod sit gratia sterius sit, vt pes hominis ingrediendi, & manus apprehēdēdi causa. Præterea ars sæpe perficit ea quæ natura inchoauit eisdem agendi modo insitens, igitur ars imitatur naturam, vt natura gignit vites, agricultura excolit, amputans quæ redundant, vt vberiorē fructū ferat, & natura dedit hominibus cranium, quod caput custodiret, ars imitatione naturæ fecit galeā. Igitur eodē modo habet & in iis quæ natura, & in iis quæ arte cōstāt, priora ad posteriora priora scilicet sunt ppter potiora: in artificialibus, vt lignum lecatut remigiū causa, & remigiū fit propter nauē: in naturalibus, vt succi gignuntur in auanti b^o ad simpliciū partū nutritionē, simplices partes sūt ob instrumenta, hæc ob actiones, actiones animalis gratia, animal ob eum vsū quæ rerū vniuersitari præstat. Deinde videtur Arist. manduccionē, vt hoc idē sua deat, dicēs maximè est manifestū naturā operari finis causa in brutis animantibus, hæc enim etsi neque arte videtur, neque cōsultando finē inuestigant, tamen omnibus videntur boni alicuius gratia operari, vt aranei araneas

texunt

textunt, vt caprent mufcas, quibus vefcuntur: & formice congregunt grana tritici, vt sint illis alimentum. Quod multos (inquit) dubitare fecit, an bruta ducantur mente, an tali aliquo operentur. Deinde cogitanti de hac re non animantia folùm, fed & plantæ videntur facere ea quæ conferunt ad finem, vt producant folia caufa regendi fructum. Quare fi & natura, & alicuius caufa aranei faciunt araneas telas, & hirundines nidos, & vites producant folia, & arbores radices decorfum mittunt, vt alimētum capiant, quod furfum miffæ non acciperent, certè natura est in caufis quæ operantur propter finem. Adhuc deinde hoc argumentum, natura est duplex, quædam vt materia, quædam vt forma: forma verò est finis materiæ, atque finis illius alia caufa est, id est, alius finis: non enim est forma rei finis vltimus, igitur ipfe finis, hoc est, ipfa natura, quæ est vt forma, est alicuius alteri rei gratia. Quod in hoc argumento accipit Ariftoteli, putà duplicem esse naturam, formam nempe & materiam, de materia fecunda debere intelligi fatiſ ſuprà demonſtratum eſt, vt non fit opus nunc repetere, opus tamen fuit monere. Deinde quaſi reſpondens argumento quod pro contraria ſententia produci poſſet, accipit anſam aliter argumentandi. Diceret fortaiſſe, ſi finis gratia natura operaretur ac non potius remerè, nunquam gignerentur monſtra, illa enim non ſunt ac commodata ad actiones & vſus. Reſponderet, errorem contingere etiam in iis quæ ſecundum artem ſunt, quanquam illa proculdubio ſunt alicuius gratia, vt Grammaticus malè aliquando ſcribit, & medicus nõ nõquam errat propinando pharmacũ: quare manifeſtum eſt accidere poſſe errorem & in iis quæ natura ſunt, etſi natura alicuius gratia operetur. Quare ſi quædam ſunt ſecũdũ artem quæ rectè ſũt, & boni caufa ſũt, quædam autem malè ſunt, quæ alicuius etiam finis caufa ſunt, ſed fruſtratur ſine re: accidit & in iis, quæ à natura, & monſtra erata quidem fuerint, in iis quæ finis gratia agebantur. Quare eſt fabulam illam Empedocli de bubogeni concedamus, dicemus tamen in illis ſubſtantie concretionibus, cum res dicat Empedocles factas concretione & concurſu multorum principiorum, bubogena facta eſſe, quia ad eum finem ad quem properabat natura, ob corruptionem principii alicuius priſ-

mordialium illorum, peruenire non poterunt, vt nunc quidem monſtra ſunt corrupto ſemine. Præterea falſum eſſe cognoscitur quod illi de animantium ortu ex concurſione illorum principiorum caſu facta dicunt, quia non poterant illa principia fieri animantia quin ſemen priùs fierent, nam perfectæ animantia non miſe ex ſemine fieri poſſunt: ſemen verò fit propter animantia, atque totum illud quod congeſtum priùs fuiſſe Empedocles dicebat immenſam illam molem principiorum, ſemen erat rerum, quare ob reſ ipſas erar. Præterea & in plantis monſtratum iam eſt eſſe id quod alicuius gratia non ſolùm in animantibus, etſi minus diſtinctum in plantis eſt. Quid ergo num vt dicunt facta eſt ſe in principio rerum bubogena & androporora, ita dicet facta eſſe plantarum miſcelaneas, vt ampelogena & eleopora, id eſt, ſeruiutes & ſemolinas: videtur enim conſequeus, quod tamen abſurdum eſt. Præterea ſi concurſu atomorum fortuitè res omnes factæ fuiſſent, oporteret & in ſeminibus fieri, vt caſus ferret, non ſcilicet perpetuo hoc ex hoc, ſed fortuitè, vt caſus ferret, nunc hoc, nunc illud: tamen qui ita diceret, tolleretur omnem rerum naturam, nam res naturales ſunt quæ à principio aliquo in ſeipſis continentur mota veniunt ad finem certum. Itaque habent & terminum certum, & certum finem: à principio autem non idem quibus ſuis, neque quod contingit, id eſt, ex eadem materia, non idè ſit ſemper à quocunq; agente, nam ex pane facit ventriculus chyllum, ignis cineres, neque quocunq; cõtingit ſit ex quacunq; materia, ſed eadem materia ab eodem agente ſemper ducitur in eundem finem, niſi quid impediat. vt ex ſemine in vtero ſemper ſit embrio. His dictis repetit rurſum Ariftoteli argumentum quod primo propoſitum eſt ex empla quodam magis declaras, dicēs, quod eſt cuius caufa, & quod eſt huius caufa, hoc eſt finis, à fortuna quidem fieret, ſi per accidens eueniret, vt hoſpitũ qui nõ venit lauandi caufa, lotus tamẽ eſt, petri de acſi lauandi caufa veniſſet, dicimus lotũ eſſe, quia venit, id tamẽ per accidens, nõ fortunam caufam per accidens eſſe monſtratũ priùs eſt. Quod verò à natura ſit, nõ ita ſit: ſit enim ſemper aut plerumque eodem modo: quod verò per accidens ſit, neque ſemper, neque plerumque. Vltimò Ariftoteli argumẽ-

tatur hoc modo. Si quis rationabili possens probabilem negare naturam operari propter aliud, maxime quia natura non consultatur, sed studium est non existimare aliquid gratia fieri, cum non vident id quod mouet consultari non neque aut consultatur, quam tamen nemo neget operari propter finem. Si enim (ponit hypothese) impossibile sit fieri ligno esse ars faciendi nauis, eodem modo fiet et nauis à lignis, quomodo fit arbor à semine, citra cognitionem. Si licet fieri, & citra consultationem, tamen propter finem, quare & in natura perinde accidit. Quod si dicas non posse intelligi artem in eodem quod mouetur, vt natura est. Declarat illud exemplo quodam appositisimo. Est inquit vt si medicus seipsum curat, et seipsum idem qui curatur & in quo est curandus: ita est natura in seipsum principium sui motus cuique rei naturali propter finem. Id est sunt que docet Arist. que tamen iudicant animaduersione. Primum omnium quod affirmat naturam operari propter finem est verisimum, & illud principium illius speculationis, quam implet Arist. in libris de partibus animalium, & Galienus in libris de vitiis partium persequitur sunt. Verum videtur negare, nec esse esse si quispiam operatur propter finem: id opus procedere ex cognitione finis, sed quia res nata est fieri, vt adhuc finem oportet fieri, atque hoc, vltimo argumentum nititur suadere exemplo quodam ab arte nauis apud ducto. Tamen videtur mihi si nulla causa formatrix preiudicet, sicut vt dentes acuti apti essent ad incidendum, & latius ad contuendum, casu esse factos dentes quales oportuit, non finis gratia per se, sed in quo modo concedendum erit factos esse finis gratia, erit certe per accidens: nam qui nascens se reportaturum argumentum si in forum venerit, perinde venit, ac si sciret, fortuna dicebatur venisse ab eodem Arist. ita si causa omnino ignorans fore, vt si dentes acuti facti sint, viles sint ad incidendum, ita tamen facit ac si sciret, casu fieri: non enim aliter differre casum à fortuna dicebamus, quod quod fortuna causa intellectui prædicitur, casus intellectui carenti accidit: At argumentum Arist. quod casu fit, non sic suspexit dentes in omnibus hominibus aut in omnibus sed acuti sunt, non ergo casu sunt acuti, sed incisionis gratia. Hoc argumentum purat magnopere virge, tamen est quod respōdeat Empedocles,

nimirum ex atomis forre fortuna ita cadentibus, postquam sæpe male ceciderant, & ineptos homines conseruerant, aliquando casu factus est homo apte opus finis, qui quia apte compositus est pericurat, gignitque necisitate quadam, & quia hec est illius natura, homines eodem modo factos. Si tamen res ita habet, casus certe res facta sunt tales, sicut que quotidie, & sic apte ad actiones. Vt si quis fingat casu quodam ab homine & artis illius propterea ignaro, & aliud agente, factus esse orologium, eerte fortuna est factu orologium, atque fortuna succedit horarum dicti functione, & perpetuus ille ordo, et si aptissima sunt omnes orologii partes ad illu vsu, & decurrit orologium distinguens apte horas, non semel, sed sæpe & continenter, sed quia causa faciens, finem non præuidit, facit tamen perinde ac si preuidisset, fortuna facta hæc omnia dicimur. Itaque principium orationis hominis casu factus fuerit, non temper aut sæpe, sed semel ita cadentibus principibus, posteriores vero ortus aliorum ex aliis hominibus casu etiam tribuentur, quia natura ita gignendi casu traxit principium. Hæc si dicat Empedocles, quia ratione refutet: Certe nullum argumentorum quibus hic Arist. vitur esse falsum esse casu, sed in ipsum refutandi capi debet à genis illis & fabulis quas de Cosmopopis illius sectæ Philosophi fingebant, nihil autem erant mere nega. Nam vniuersitas hæc rerum aliquando à prima causa facta est, vt nos docent diuina oracula, quod alteri loci esse potest, modo perimus ad presentem disputationem: quibus enim arbitror concedet à prima causa facta esse hæc omnia à principio, sin minus ab æterno fluere à prima causa, vt à causa, alio qui non esset prima causa, igitur si (vt môstratum est prædixi) id quod à nulla causa reipsum rei alius succedit, casu succedit, & nulla res mere naturalis, vt ignis, aut arbor finem præsentit, cum omni sensu careat, necesse est vltus rerum omnium tunc esse preuisos rerum conditori, cum eas condidit, atque talis vltus causa tales condidit. Atque ita fit vt res omnes facte sint tales non casu, sed finis gratia: nam à causa libera & consultante præsententeque vltus omnium. Atqui nunc quod que res oriuntur alia ex aliis tales, non casu sed finis gratiam etiam res singularis non conditio, sed natura facit, sicut tamen natura illa à sapientia conditoris. Non enim diues casu factum est, vt eum ita rota decurre

ret, soneret orologium, nam quamquam ro-
ta id non praevidit, praevidit tamen qui oro-
logium fecit. Hac de causa Plato inducit in
Timaeo principium Deorum, & rerum forma-
tionem consultantem, vt & Moyses in primis
capitulis Genesis, Arist. aliquanto minus
et hoc asseruit, quia non putavit res has
esse principium temporis, sed cum non he-
get principium originis, idque abintellige-
ret, is, hoc idem esse suis patris consenta-
neum. Galenus certe toto opere de vlti-
partium ad formatoris lapidum, recurrit qua
summa esse confirmat, non alio argumē-
to, quia quod nihil ad actiones humanas
status in formatione hominis potuerit ex-
cogitari. Neque certe Arist. possit ad aliam
causam recurrere, cum de vlti vsus causa
malum omnium partes esse scias. An sum-
aio us alium gignit, gignit in illo vesicam
sellis, vespilli foriceur ex pōgeretur a bile: at
vlti de vlti agnus id non curare, neque omnia
non agnoscere, sed qui alio primam natura
dedit, dedit ad hec omnia aptam naturam,
praevixitque omnia, quibus animal erat fut-
uram indigum. A: dices neque hoc est fi-
nis gratia operari, nam quicquid Deus pra-
vident, certe haec res non facit hanc aliam
talem huius causa, sed quia talem naturam
accepit. Verē dices, sed quia talem naturam
non ea us accepit, sed huius gratia, verē di-
citur huius gratia secundam naturam opera-
ri, vt dicimus rhabarbarum quod doo-
ratum est, bilem trahit vt ex purgetur cor-
pus: non quod rhabarbarum ipsum de cor-
poris purgatione cogitet, sed quia medicus,
qui vorari fecit, cogitavit. Quare malle
Arist. elem in dilutione vltimū argumētū
ad primam causae consultationem confugisse,
quam inepta quaedam de arte consilise-
riam, inquit, si ars faciendi navem esset in li-
gno. Sed quomodo potes, vel intelligere
artem in ligno, cum sit ars docente eodem
Aristo, hōbitur intellectus? Quod si dicit,
singatur esse sit impossibile, certē vlti-
nam faciendi in ligno non erit ars, sed na-
tura. Quod si adhuc vrges dicens, singa-
tur esse ars, singis lignum artificem, pugna-
tia non debent admitti in hypothesis.
Deinde si admittis, cur dices eodem modo
habere, nisi medicus seipsum curet? medi-
cus enim curas seipsum consultatur, hic
verō precebat exemplum rei operatis pro-
perat finem sine consultatione, ars tamē nū-
quam non procedit ex consultatione, sed

de hac re haec sunt satis. Quod de bruti-
rum adionibus dicit, indiget etiā antipa-
derfione: nam, inquit bruta neque arē, ne-
que consultantando, neque inuestigando ope-
rari, sed natura. Quod, inquit, multos cogit
dubitare, num mente, an aliquid alio opere-
tur. Arist. aperte hoc loco innuit bruta nō
agnoscere finem: neque finis praesentione
dicit, sed cognoscere. solum id quod est pre-
sens ea ratione, qua est praesens, in fine ve-
rō ferri naturaliter vt res alias, vulgares Ari-
stolelici non hominam naturam, sed instin-
ctum, sed quid sit instinctus naturalis, nō
satis explicant: m. hi videtur bruta cum o-
perantur finem praesentire, & illius gratia o-
perari, nam quae ducuntur natura, semper
operantur eodem modo, dum possunt &
nihil impedit, vt ignis semper vrit, dum ad
est quod vri possit, & lapis semper curit, dū
nihil impedit: tamen hirundo non semper
nidificat, sed nunc nidificat, nunc cibum
querit, atque cum possit nidum facere sup-
petentibus scilicet loco & materia & viri-
bus, cibum querit, & cum possit cibū que-
rere nidum facit, non ergo natura fertur ad
alterutrum. Sed cur cum possit facere nidū,
cibum querit? quia arbitror, cibum ea hora
magis quam nidum appetit, appetitur ergo
fertur, ergo cum nidum facit, nidum appetit:
quare hi appetit agnoscit, nam omnē app-
etitum antecedit cognitio: agnoscit verō
non vteunque, sed vt appetibile, nam ratio
appetibilis quae agnoscitur in re movet app-
etitum: sed in ratione appetibilis continet-
ur vsus, utilitas, & finis, non enim festuca
ex quibus nidus fit, quatenus festuca, sunt
appetibiles, sed quatenus possunt contege-
re, ut agnoscit, hirundo finem vidum fa-
ciens. Praeterea bruta agnoscunt media, qua
tenus sunt media, sed in nositia mediōrum
vt sunt media continetur finis, ergo agno-
scunt finem. Sed quid dico ita intelliges,
si cani alligato & iacenti carnis frustum os-
tendatur, appetit statim vincula dirumpere,
non certe quia premunt, quiescebat enim
hactenus, sed quia ad arripendum car-
nem impedimento sunt, ergo vt arripiat:
appetit ergo diruptionem, vt medium, ita
ergo cognoscit, quare cognitione finis ope-
ratur. Est certe brutis suis intellectus, quē
existimationem quidam, alii cognitionem
vocant. Sed rogant, quid ergo differat homo
à brutis: certē sunt multa quibus differat: ha-
bet enim rationem illam sensitiuam perfe-

Etorem quam bruta, & insaper habet mentem illam diuinam quam Deus nostris corporibus in seuit, quae non educitur de potentia materiae, neque ex elementis a ipis naturam, atq; proinde de Deo cogitat & substantiis sine materia, & de futuro xpo sollicita est, & scientiarum omnium & rationis numerandi est capax. Sed caput hoc non in diget pluribus, est enim de his omnibus alius locus disputatio.

CAPVT NONVM

¶ Id autem quod necessarium, num ex suppositione accidit, an etiam simpliciter nunc enim putant quod necessarium esse in generatione, ut si quis murum necessarium factum esse existimet, quando quidem graua deorsum ferri nata sunt, leuia autem sursum: quapropter lapides quidem infra & cementa terra autem supra ob leuitatem, summo autem in loco ligna, ut pote leuissima. Veruntamen etsi non sine his factus est, non tamen ob haec, nisi ut ob materiae, sed gratia tegendi & seruandi quaedam. Eodem autem modo & in alijs omnibus in quibus est quod alicuius gratia, & non quidem sine his habent necessariam naturam, non quidem ob haec, sed quae ut materia, causa tamen alicuius. ut cur serra huiusmodi est: ut sit hoc & huius causa: hoc ergo, cuius causa impossibile est fieri, nisi sit ferrea, necesse ergo est ferrea esse, si futura est serra & illius usus, ex positione ergo necessarium, sed non ut finis: nam in materia est necessarium, id autem cuius gratia in ratione. Est autem necessariam & in Mathematicis, & in ijs quae naturaliter sunt, si-

mili quodam modo: nam quia rectum huiusmodi est, necesse est triangulum duos reftis aequales habere, sed non si hoc est, & illud verum si hoc non est, neque rectum est. In ijs autem quae sunt alicuius gratia, contra si finis erit aut est, & quod prius erit, aut est. ut illic si non est conclusio, principium non erit. Atque hic finis & id cuius gratia principium enim & hoc, non actio nis sed rationis, illic autem rationis, actiones enim non erunt. Quare si domus futura est, haec oportet fieri, vel accidere vel esse, vel vniuersim materia ipsa, quae gratia huius, ut lateres & lapides si domus, non quidem ob haec finis est, sed aut ut materia, neque erit ob haec, vniuersim quidem si non sunt, non erit neque domus, neque serra: illa quidem nisi lapides, haec autem nisi ferrum: neque enim illic principia nisi trigonus, duo reftis. Manifestum autem, necessarium esse in naturalibus, quod ut materia dicitur. & huius motus, & ambz quidem naturales dicendz sunt causa, praecipue autem ea cuius causa: causa enim haec materia, ipsa autem non finis, & finis id cuius causa, & principium ipsum: à diffinitione & à ratione, quemadmodum in ijs quae secundum artem, quando quidem domus huiusmodi est: illa autem oportet fieri & accidere necessarium. Et quandoquidem sanitas hoc est, haec oportet fieri necessarium & accidere. atque ita si homo hoc, haec quidem atque si haec, haec quoque. Fortasse autem & in ratione est necessarium, desinenti enim ser

randi opus, quod quidem diuise hæc est, ea autem non erit, nisi habeat huiusmodi dentes, huiusmodi autem non, nisi ferreos: sunt enim et in ratione quadam partes, vt materia rationis,

¶ Plato in dialogo de Natura ita scriptum reliquit. Dnas enim causarum species distinguere decet, vnam quidem necessariam, alteram vero diuinam: ac diuinam in omnibus quæretæ, vt beatam vitam quoad nostræ naturæ possibile est, adplicamur. Necessariam quoque causam illorum gratia perscrutari, cogitare enim oportet absque his illa in quibus studium ponimus non posse intelligi, vel comprehendere, vel utcumque aliter percipi. Quoniam verò nobis in præsentia veluti fabricis materia subiacet, causarum genera vicè ferè iam præparatæ materiæ obtinentia, ex quibus est sequens disputatio contextenda, rursus ad principium breuiter redeamus, hæc Plato. Quo loco docet duplicem esse rerum causam, alteram diuinam, alteram necessariam: diuinam vocat formam & finem rerum, & eam in quam reliqua omnia referuntur: necessariam verò vocat materiam, quia materia non est in rebus perfectionis alicuius gratia, nam omne bonum est in fine, sed solum quia necessaria, non enim potest esse forma, neque finis sine commoda materia. Itaque & materia causa necessaria rerum. Hoc idem est quod Aristoteli. hoc capite exequitur explicans & confirmans, statuit docere finem esse causam omnium primam, quia illius gratia sunt reliquæ, & materiam esse causam necessariam, atque in ea esse quod necessarium in rebus naturalibus. Rogat ergo primum, hinc capies exordium disputationis, num quod necessarium, aut necessarium quod est in rebus naturalibus sit simpliciter necessarium, an ex suppositione. Nam (inquit) quidam putant, necessarium esse in ipsa generatione rerum, & in ipso modo quo fiunt: id verò si esset, esset simpliciter necessarium, atque res essent factæ tales, non quia ex suppositione fuit necessarium, id est, ad tales vsus, sed quia simpliciter fuit ita necessarium. Hæc verò sententia est consentanea placitis illorum qui negabant naturam operari finis gratia. ut iam hinc constet quam coniuncta sit disputatio hæc cum

superiori. Itaque illi si quis rogaret, cur homini facta sunt maiora, duriora, & solidiora ossa in cruribus, in capite leuissima, & rara, & poris plena: responderent, quia necessarium fuit grauiora infra, leuiora supra esse, hæc enim est rerum natura. Hoc verò est persinde ac si quis rogatus, cur domus facta est, responderet, quia cum grauius semper ferant deorsum, & leuius sursum necessarium fuit lapides magnos in ima parte esse, teretes pariter super his vt poro leuiores, & summo loco ligna & tegulas. Veruntamen (inquit Aristoteli) hi male responderent, nam etsi domus non posset bene constare, nisi ita vt rerum natura exigit esset constructa, non tamen horum gratia facta est, sed gratia tegendi & conseruandi incolas & quæ reponuntur: atque illa, lapides scilicet & terra, & ligna non aliter sunt causa domus, quam vt materia. Atque eodem modo in aliis omnibus in quibus est alicuius gratia, id est, in quibus est finis causa: & non quidem sine his habent necessariam naturam, id est, non tamen possunt fieri sine his quæ sunt vt materia, sed ex ea necessario fiunt, ea scilicet, non quidem ob hæc, id est, ob ea quæ sunt vt materia, fiunt: sed hæc sunt quæ vt materia sunt necessaria, causa tamen alicuius, videlicet finis & forme rerum. Scribit exemplum in re arte facta, vt (inquit) si roges cur terra huiusmodi est respondetis certè, vt sit hoc & huius causa, scilicet vt terra sit, & secare possit: hoc tamen cuius causa impossibile est fieri nisi sit ferrea, non enim poterit secare nisi sit ferrea: ergo necesse est esse ferream vt sit terra, & illius vsus, id est, & potens serrare: ergo necessarium in rebus non est simpliciter, sed ex positione, si scilicet vsus futurus est, & necessarium est, in materia. Id autem cuius gratia, id est, finis, est in ratione, id est, in forma rei. His dictis explicat id quod est necessarium in iis quæ naturaliter fiunt, conseruetur cum iis quæ circa ratiocinationem, aut formam argumendi contingunt: atque vt ratiocinationem dicat, Mathematicas artes nominat, quia nullæ artes sunt quæ melius possint præstare materiam ratiocinationibus. Ergo (inquit) est necessarium ex suppositione quale explicuitur in Mathematicis ratiocinationibus, & in iis quæ naturaliter fiunt, id est, in rerum orru, quodam simili modo. Nam ita argumentantur Mathematici, Angulus rectus est qui fit linea recta in lineam rectam ad perpendicularum cadente, ergo

ergo triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis (intelliguntur consequentia intermedia quibus hanc assertionem demonstrat Euclides) atque hæc ratiocinatione si propositio est vera, conclusio est vera, non tamen si conclusio est vera, & propositio vera erit, sed si conclusio non est vera, neque propositio: hæc enim est lex bonæ ratiocinationis. In his autem (inquit) quæ sunt alicuius gratia, contra, id est, in his rebus quæ sunt propter finem, contra habet necessarium, atque in ratiocinationibus: nõ enim vt in illis si non est conclusio, nõ est quod antecedit, atque si est quod antecedit est conclusio: ita in his quæ sunt, si non est finis, nõ est quæ antecedit materia, & si est quæ antecedit materia, est finis: quin potius si est, aut erit finis, necessarium est, aut erit materia, atque si neque est neque erit materia, neque est, neque erit finis, siquidem (vt dicebat Plato citatis verbis) neque intelligi quidem potest diuina causa sine necessaria, vt etiam hinc rursus constat falsè insulasse Aristotelem aduersum Platonem cap. 1. huius secundi libri *Metaphisicæ*, illum abstraxisse formas & naturas à materia, vt Mathematicum, cum ramè in Physica abstracti non debeant. Sed nihil mihi videtur à materia separare, qui nõ minus quam ipse Aristoteli statuit materiam esse causam necessariam, inouero multo exactius id dicit, siquidem dicit, neque intelligi sine & formam sine materia posse. Sed hæc illo loco docuimus, redeo ad institutum. Roget aliquis, cur finis & id cuius gratia in actionibus naturalibus habet ad materiam, vt in ratiocinationibus Mathematicis antecedens ad conclusionem? Respondet Aristoteli. principium enim, & hoc non actionis sed rationis, illic autem rationis, actiones enim non sunt. Id est, nam finis rerum principium earum est, non actionis, actio enim ab aliis causis incipiens finitur in finem, sed cognitionis, finis enim rerum est qui primò cognoscitur, atque ex illo alia, vt illic, id est, in Mathematicis ratiocinationibus, in quibus antecedens est principium cognitionis consequentis, non enim actionis: nam in Mathematicis non sunt actiones, sed cognitiones: meritò ergo eodem modo argumentamur à fine ad materiam, vt in Mathematicis à principis ad conclusiones, vt si domus futura est, necesse est hæc quæ sunt vt materia fieri, vel accidere, vel esse. Atque inuertitur si est id cuius gratia aliquid fit, necesse est esse ma-

teriam ex quod fit, vt necesse est esse lateres & lapides si futura est domus: quanquam non ob hæc finis est, sed vt ob materiam, id est, pendet ex illis vt ex materia, neque tamen erit ob hæc, id est, horum gratia: sed inuertitur si hæc non sunt, finis non erit, vt in lateres sunt, domus non erit, neque terra erit, nisi ferrum sit: nam neque illic, id est, neque in ratiocinationibus Mathematicis principia erunt, nisi conclusiones sint, vt si trigonus non habet tres angulos equales duobus rectis, rectum non est hoc quod dicebatur. Manifestum autem est dictis quod necessarium est in naturalibus vt finis sit, & id gratia cuius, esse id quod dicitur vt materia, & materis motus & passionis, atque quæ materie, id est, accidunt, quatenus materia, dicit Aristoteli, quod vt materia dicitur, vt si domus est, lateres, & lapides, & ligna necesse est esse dicit & illius motus, hoc est, motus aut passionis, vt si domus futura est, necesse est locos esse lapides in fundamentis, ligna & regulas supra. Dicit etiam materis motus illi preparationes, non enim est solam necessaria in naturali oritur, materia vt cunq; & etiam materia idonea & præparata: non enim homo potest fieri ex lapide, quanquam profectò communicat cum illo in materia, sed nec ita est, ex humano semine tale motum in matrice subeunte fieri. Adde dictis Aristoteli duas causas sint, necessaria, & cuius gratia, amba sunt Physico consideranda & dicenda: maximè autem ea cuius causa, id est, finis, nam hæc est prima causarum, & prior quam materia, quod ita probat, Nam finis est causa materis, nam ob domum lapides, materis autem non est causa finis, nõ enim ob ligna domus, dicimus verò hic materiam non esse causam finis vt cuius gratia, qui modus maximè proprius & precipuus cause est, finis enim est cuius gratia & quo respondetur interroganti cur fit, aut cuius gratia fit: principium autem reddendi causam capitur à rei diffinitione & ratione, & reliqua sunt ad hoc principium necessaria, vt in artificialibus, vt necesse est ligna, lapides, & regulas esse, & ita disponi, quia domus est huiusmodi, & necesse est curationem agi hoc modo, attemperatione gratia exempli, quia fanitas est talis, est scilicet mediocris, naturalis quæ temperies, ita in naturalibus, quia homo est hoc, scilicet animal rationale, necesse est ex corpore ita constructo, & animo celestibus intelligētibus cõgeneri con-

flatus

statu sit. Atque si hec (inquit) hec quidem
hec addidit. Arist. quia motus sunt que ad
priora habent rationem finis, & ad postero
ra causam necessarium, ut si hominialis futurus
est, necesse est ex carne & membris ex car
nibus compositus sit, si vero ex his est com
ponendus, necesse est ex sanguine mestruo
& semine generetur. Addit Arist. in ipsa ra
tione, hoc est in definitione, esse partes quas
dare que ad alias sunt causae necessariae. ut si
finis, terra est instrumentum huiusmodi den
tes ferreos habens ad secundum. Nam quia
ad sectionem comparatur, necesse est habeat
dentes ferreos. Quare consistat eam definitione
continere & id cuius causa, & causam necessa
ria. Quia & in omnibus definitionibus est
quiddam huiusmodi: inquit) sunt in ratione
partes quaedam, ut materia rationis, hoc est,
sunt in definitione partes quaedam, ut materia
rationis ultima, & eius quod res est: ista ve
ro est in descriptionibus, quod est ut mate
ria, aut ut necessaria dispositio, ut in scripto
iam exemplo patet. In definitione essentia
genus est ut causa necessaria differentia, na
genus est ut materia, differentia ut forma:
quare in hac finitione animal rationale,
animal est quod necessarium est, nam ut ra
tionale animal sit, necesse est esse animal, no
tamen ut animal sit, necesse est esse rationa
le. Itaque ut aperte iam rem hanc dica
mus, necessaria causa est, ad finem aut forma
rerum, sed materia & quod habet ut mate
ria, & illius dispositiones ad formam, & o
mnino quoniam habet rationem medium ad finem,
atque id necessarium est ex suppositione, ut

hoc sit. Atque roganti cur sit aliquid, per fi
nem responderi debet: nam haec est causam
prima, non enim res naturales necessitate
quadam sunt, sed propter finem. Quod no
intelligentes quida refugiant dicere, aqua
ascendere ad vitam dum vacuum, quia aqua
non agnoscit neque timet vacuum, sed impul
sione, aut expulsionem, aut tractum accide
re dicunt, quo necessitate quada ascendit,
cum ascendit. Ponunt itaque, & necessarium
in ipsa generatione, no in mediis ad finem,
quod tamen Arist. magnopere vituperat.
Causa necessarium tantum tribuit Gal. ut ipsi
verum formatori Deo necessarium esse affir
met: disputat enim multis. 10. de usu partium
adversus Moysen non posse Deum solo ius
su, neque sine materia disposita rem quam
piam facere. Itaque non naturalibus causis
solum materiam esse necessariam causam,
sed & Deo ipsi, neque posse eum, et si velle
lit (velle autem posse quicquam naturae ad
versum negat) ex lapide hominem repente
facere: ut ne ex nihilo quidem, quae senten
tia Platonis etiam fuit ac Philosophorum o
mnium quibus oracula divina no innotue
runt. Nos vero certo scimus primam cau
sam absolutam esse ab hac lege: causae neces
sariae. At qui fortasse dabit ipse Deus, ut alio
loco placita illorum argumentis quibus ne
illi quidem possint inficiari, refutemus: mo
do satis sit, de hac re disputatione in alio lo
cum missa; affirmare omnia agentia indige
re materia idonea praeter primam causam.
Sed hic liber de natura & causis hunc ha
bet finem.

Libertertius de Natura.

CAPVT PRIMVM.



Vando autē na
tura est principiu
moris & muta
tionis, methodus
verō nobis de na
tura est, oportet

non latere quid est motus: necesse enim
est eo ignorato ignorari etiam naturā.
Definitus autē ijs que ad motū perti
nēt, rem adū eodem modo agere de ijs
que sequuntur: videtur autē motus esse
continuatorum, infinitum autem appa

ret primum in continuo quia propter et
definitibus quod continuum est. ac-
cidit sepe infinito ut in ipso sermone,
quasi quod in infinitum diuidi potest
continuum sic. Præter hæc sine loco, et
vacuo, & tempore non potest motus
esse: manifestum ergo ut ob hæc, &
quia omnium sunt communia, & uni-
uersalia hæc omnibus, disputandum
cum proposuerimus de quocunque ho-
rum: posterior enim est de propriis spe-
culatio, ea que de communibus primum
autem, ut dicebamus, de motu.

¶ Propositio est hæc eorum de quibus reli-
quis huius operis libris agendum est atque
similem propositionem aperitur ratio me-
thodi & ordinis. Agendum uero de motu,
de infinito, de loco, & tempore: Quando in-
quit institutum uobis est, uobis modo dicere
de natura, monstratum autem prius naturam
esse principium motus, & mutationis, sciri
operetur quid sit motus, si ignorato, re-
cesse est de natura: ignorari, eum continetur
motus in definitione naturæ: definiari au-
tem motus non potest, non definitis aliis, que
motum necessario consequuntur, hæc uero
sunt infinitum, & locus, & tempus, nã motus
est in numero rerum continuarum, &
est etiam passio corporum continuatorum.
Quare oportet primum sciri quid sit conti-
nuum, id non potest sciri sine infinito, est
enim infinitum in definitione continui, cum
sit continuum, quod in infinitum diuidi po-
test: oportet autem motus causam agere in infi-
nito. Præterea sine loco, & sine vacuo, & sine
tempore non potest esse motus, id est, non
potest esse de motu disputatio sine disputa-
tione de loco, & vacuo, & tempore: nã mo-
tus agitur in loco, & tempus est mensura mo-
tus, & vacui disputatio est coniuncta eum di-
sputatione de loco. Manifestum ergo ut ob
hæc, id est, ob dictas causas, & quia hæc scilicet
est motus, infinitum, locus, & vacuum, & tem-
pus sunt communia & uniuersalia omnibus
rebus naturalibus, ad quarum notitiam hæc
doctrina tendit, disputandum sit de quocum-
que hocum, que proposuimus. Primum au-

tem de motu, deinde de infinito, deinde de
loco, vacuo, & tempore. Dicitur hæc esse com-
munia rebus omnibus, quia passio nes com-
munes rebus omnibus naturalibus sunt mo-
ueri & esse in loco, & tempore, & esse conti-
nuatum, in cuius notior e continetur in infi-
nitum. De vacuo autem & loco eadem est dispu-
tatio: si igitur hæc communia sunt, opus est
de illis differere in initio ante disputationem
propriam de re, quæ naturalis: cum ut in ini-
tio huius operis dictum est, speculatio de pro-
priis & singularibus, posterior sit quam de
communibus & uniuersalibus. Reuoca hoc
loco in memoriam quod primo cap. lib. 2. di-
ximus in hac motus definitione principium
motus, & quietis, nomen motus de mutatio-
ne omni dici ab Aristotele non de eo solum qui
proprie dicitur motus: id enim palam faciunt
uerba hæc. Quando autem natura est princi-
pium motus & mutationis: mutatio enim
comatur substantiæ est, ut que supersunt
huius capitis apertius etiam declarabane.

¶ Est igitur res aliqua, alia quidem a-
ctu, alia quidem potentia, alia autem
rem quantum, alia quale, et in alijs
eius quod est predicationibus eodem
modo. Eius autem quod ad aliquid, a-
liud, quidem secundum excessum, &
defectum dicitur, aliud autem secun-
dum agendi aut patiendi potentiam, &
uniuersim mouendi aut motum patien-
di. Motuum enim motuum est mobi-
lis, & mobile, mobile a motuo: non est
autem motus præter res, mutat enim sem-
per id quod mutat, aut secundum sub-
stantiam, aut secundum quantum, aut
secundum quale, aut secundum locum:
commune autem in his est, accipere in
de, quod neque hoc quidem, neque quan-
tum, neque aliorum predicamentorum
quodpiam. Quare neque motus, neque
mutatio, alius est præter dicta, cum

nihil cerre sit prater dicta. Vñ quod que autem bifariam accidit omnibus, de hoc quidem. Aliud enim forma huius, aliud autem privatio. Et secundum quale, hoc enim album, hoc autem nigrum. Et secundum quantum, hoc enim perfectum, hoc autem imperfectum. Eodemque modo & secundum latitudinem, aliud quidem supra, aliud autem infra: aut hoc quidem graue, hoc leue. Quare motus & mutationis sunt species tot, quot rerum.

Incipit inuestigare definitionem motus, hic quidem non exactè de propriè nuncupato motu differit, sed vniuersim, vt par est in principio disputationis de motu, vt nomen motus dicitur de motu, siue sit per se, siue per accidens, siue sit mutatio quedam: procedente sermone erit tanto exactior de motu disputatio, quanto plus processerit, vsq; dum euadat exactissima: hæc enim est doctrinarum methodus, vt Arist. ipse nos sæpe iam mōnuit. Vtitur ergo, vt quid sit motus perspicuè dicat, quibusdam diuisionibus. Rerum (inquit) quedam dicuntur secundū potentiā, quedā secundū actum, vt calidū, fractū, densum, secundū actū dicuntur calefactibile, fragile, desabile, secundū potentiā. Præterea rerū siue secundum actum siue secundum potentiā dicantur, aliz pertinet ad hoc aliquid, hoc est, ad substantiam, aliz ad quantum, aliz ad quale, & in aliis prædicationibus eodem modo. Dicitur enim ex lib. de categoriis decem esse genera quibus res omnes contineantur, substantia, quantum, quale, ad aliquid, vbi, quando, habere, situm esse, agere, & pati. Rursum omne quod ad aliquid dicitur, duorum modorum altero dicitur (hoc non debet intelligi de eo solum quod secundum esse ad aliquid dicitur, sed de eo, quod vtrūque, vt exēpla declarant) aut secundum excessum & defectum, aut secundum agendi aut patiendi potentiā. Atque si per æquaria omnia que dicuntur ad aliquid seperies ex fundamentum referendi habere in his, in mensura aliqua, aut excessū, vt duplum ad subduplum, maius ad minus, æquale ad æ-

quale, in æquale ad inæquale, simile ad dissimile, par ad impar, nam cum Arist. dicit excessum aut defectum intelligit excessum aut commensurationem, non solum in quāto, sed & in quali, aut quacunque alia re, vt in hoc modo ad aliquid continetur omne comparatiuum ad positiuum. In potentia agendi, aut patiendi, vt motiuum ad mobile, patet ad huiusmodi: nam secundum potentiā actiuam & passiuam gignēdi dicitur. Quinto Metaphy. cap. 15. dicit Aristoteles ipse, ad aliquid tribus modis res dici, aut vt excelsa ad excessum, aut vt id quod agendi ad id quod patiendi vim habet, aut vt mensurable ad mensurā, vt scibile ad scientiam.

Tamē tria illa membra hic redigit ad duos: nam quod illic dixit secundum defectum & excessum, in numero fundamentum habere dixit, vt duplum & triplum: quod vt mensurable ad mensuram, in quantitate continetur: hic excessum & defectum, & mensuram ac mensurabile vno capite colligit, continente omni in re proportionem, vt dixi, & in quantitate omni, & qualitate, & re alia quauis, in qua excelsus aut defectus, aut proportio, aut commensuratio possit consistere. Quod dicitur ad aliquid, vt scibile ad scientiam, aut ad intellectum, sensibile ad sensum, loco illo coniungit Arist. cum mensura & mensurabili: est enim scientia eius quod sciri potest, vt mensura eius quod mensurari. Arist. semper videtur mihi refugere, in cognitione & sensu aliquid actionis collocare. Si quis tamen putet cognoscere esse aliquid agere, vt Philosophi multi putauerunt, ille ad id quod agendi & id quod patiendi vim habet rediget: neque secundum Aristotelis placita absurdè ita reducat. Nam si mens. intelligens non agit, patitur (nam agat aut patiatur necesse est) si patitur est quod agat, res scilicet, que intelligitur. Sed hoc redigo vt volēs, de forma agnoscendi alterius loci disputatio est: modò satis sit hæc duo communia fundamenta eorum que dicuntur ad aliquid declarasse. Sed quò tendat hæc diuisione declarat statim Arist. subiungens, Motiuum enim, motiuum est mobile, & mobile, mobile à motu, nimirum motus est inter res ad aliquid dictas hoc secundo modo, id est, inter id quod agendi & quod patiendi vim habet, & id quod est ad aliquid in his que dicuntur simpliciter fundamentum habet. Motus autem non est prater res, id est, que mouentur

uentur secundum rem aliquam mouetur, non enim potest res mutari, & secundum nullam rem mutari: na id quod mutat semper mutat secundum substantiam, aut secundum quantitatem, aut qualitatem, aut locum. Nam secundum hæc omnia manens qualis erat, nulla res mutatur. Omnibus autem mutationibus commune est accipere unde, id est, accipere possumus in omnibus mutationibus communem terminum à quo, qui terminus communis neque hoc quidem, id est, neque substantia, neque quantum, neque quale, neque alicuius alterius predicamenti est. Nam terminus à quo communis est, quod est contrarium: nam omne quod mutatur de contrario in contrarium mutatur: non tamen proinde motus est extra res omnes, nihil enim esse potest extra res, nisi secundum ipsa attributa predicamentorum sunt mutationes, ut dictum est, sed in omni genere est inuenire contraria (hoc primo libro diffusè satis docuit, quo loco notauimus, non de proprie contrario, sed de utraque opposito esse sermonem) ut hoc quidem, id est, in substantia, aliud ut forma huius, aliud ut privatio, & in quali ut album & nigrum, & in quanto, perfectum & imperfectum, & in latitudine, sursum & deorsum, sunt enim contraria in categoria vbi, & leue & graue: hoc enim est quod supra & quod infra est, inter hæc contraria est mutatio, ut de non homine homo de albo nigrum, de imperfecto perfectum, de superno infernum fit: cum scilicet id quod erat potentia in actu, & contraria in omni genere inueniuntur (diximus enim non de proprie contrariis hæc intelligi) fit ut tot sint motus & mutationis genera, quot rerum genera sunt, hæc Arist. Sed dices si quatuor solum sunt mutationis genera ad substantiam, quantum, quale, & locum, & rerum sunt genera decem, quo pacto sint tot motuum genera quot rerum. Respondetur fortasse intelligi, quot sunt rerum que non sunt ad aliquid, reliqua uero genera esse ad aliquid secundum dici. Sed contra est, quod sursum & deorsum inter que est latitudo, sunt ad aliquid, si quis aliud: neque uero potest dici hoc de uero motu dici, nam ad substantiam non est motus uere, sed mutatio quædam, qualis fieri etiam potest ex non sedente in sedentem, quod pertinet ad sumum & ex carente in abundantem, quod pertinet ad habere: & ex degente in otio ad

exercitatum, quod pertinet ad agere: non ergo cum nomen motus hic de omni mutatione dicatur, & in omni genere rerum possit esse mutatio aliqua, sunt tantum in quatuor categoriis mutationes, aut certe si sunt in quatuor tantum, non sunt tot quot rerum genera. Verum scire oportet hæc Arist. nominibus omnibus uti latiusculè, non proprie (ut mox monuimus) quia disputatio de motu est modò in initiis, contra enim facit semper Arist. ac Sophista, qui cum uelint tam exactè de rebus omnibus loqui in ipsis exordis, quam cum uentum est ad summos apices, omnia commiscunt: Arist. hic de omni mutatione edisserit, sed ut iaciat fundamenta ad dicenda de proprio motu quem ad tria predicamenta esse putat, quantum, quale, & ubi, & de maxima mutatione, ad quam motus omnes tendunt, ortu scilicet, & ut assueti apud prima uicinis, nomine qualis hic comprehendere uoluit, vulgariter usurpato nomine, reliqua attributa. Itaque si quis de non sedente factus est sedens, aut de sano eger, aut de otioso exercitatus, secundum quale mutatum est hoc loco dicemus. Nam Grammatici, rogati qualis est Petrus, non ineptè responderi dicunt, sedens, aut stans, laborans, aut otiosus, similis aut dissimilis. Itaque illud mihi memoria retine, Aristotelem nunquam in doctrinarum initiis uti exactè nominibus, sed tunc demum cum disputatio uenit ad summum, alioqui sæpe contraria docere ipsi putabis, aut egeris cum Sophistis esse cogitare signum. Ex dictis satis constat quam longè abfint à capitis huius intelligentia, qui affirmant motum omnem esse illius predicamenti cuius est terminus illius. Ita que latitudinem pertinere ad ubi, ortu ad substantiam, calfactum ad quale, quia scilicet Arist. dixit hoc loco, motus non est alicuius præter dicta, quod tamen nos facildè & aperte explicuimus, nequaquam imponentes Aristoteli rem adeò absurdam. Quis enim nescit calfacere esse agere, calferi pati, non quale? Certè Arist. ipse scripsit hæc exëpla calfacere & calferi categoria agere & pati. Quod si ut ad multas categorias est motus, ita ad multas categorias motus pertineret, certè motus non esset generis, sed equi locum cum transcendens non sit.

Cum ergo separauerimus quocumque in genere id quod est actu & quod est

Dilatatio.
Aristoteles
his quoque
sententiis
non
uoluit
contra
ac
Sophista

Ad istam
sententiam
non
est
sententia

Obiectio.

Respondetur.

Rationes
obijciuntur.

est potētia, actus eius quod potētia est quatenus tale, motus est. ut alterabilis, quatenus est alterabile, alteratio: eius autem quod augeri potest, & contrarij quod minui potest (nullum autē nomen cōmune est ambobus) accretio & decretio: generabilis autem & corruptibilis, ortus & interitus: eius autem quod ferri potest, latio. Hoc igitur esse motum hinc sic manifestum: cum enim quod edificari potest quatenus dicim' illud esse tale, actu sit, edificatur, estq; hoc edificatio. Eodem autem modo & meditatio, & curatio, & conuersio, & saltatio, & ad virilem aetatem, & ad senectutem conuersio. Cum autem quaedam eadem ipsa & potentia & actu sunt, non tamen simul, aut nō secundum idem sed ut calidum quidē potentia, frigidum autem actu, multā iam facient & patiuntur mutuo: quidnis enim est simul actuum & passiuū, quāri & mouens naturaliter, mobile, omne enim tale mouet moueturque etiam ipsum. Videtur ergo quibusdam omne quod mouet, moueri: verum de his ex alijs constabit quomodo habeant, est enim aliquid mouens & immobile, actio autem eius quod potentia est, quando actu est, non quatenus ipsum, sed quatenus mobile, motus est. Non enim idem est eri esse, & potentia quidam mobili: quandoquidem si idem est omnino, et ratione sit utique motus, actus erit, quatenus es, non est autem idem ut dictum est. Manifestum autem ex contrarijs, posse enim beneualere, & pos-

se agrotare, diuersum etenim & egrotare & beneualere idem esset: subiectum autem, & quod sanum est, & quod agrotat, sine humor, sine sanguis sit, idem & vnum: quandoquidem autem non idem, ut neque color idem & visibile, actum eius quod est in potentia quatenus est in potentia, manifestū est esse motū. Hunc igitur esse, et quod quidē accidit tūc moueri, cum iste actus sit, neque prius neque posterius, manifestū. Potest enim quauis res nunc quidem in actu esse, nunc autem non. ut edificabile, & actus edificabilis quatenus est edificabile, edificatio est: aut enim hoc est edificatio, actus edificabilis, aut ipsa domus: sed cum domus fuerit, neque edificabile erit, edificatur autem edificabile. Necesse est ergo adificationem ipsum actum esse, edificatio autē motus quidam est. Atqui haec ipsa ratio congruet alijs motibus.

¶ Modō definit Arist. motū, eo modo quo diximus utēns motus nomine, cum ergo (inquit) separauerimus quocunq; in genere id quod est actu ab eo quod est potentia, motus est actus eius quod potentia est quatenus tale, ut alterabilis quatenus alterabile, actus est alteratio: eius quod augeri potest, & contrarij, hoc est, eius quod minui potest (nullum enim nomen cōmune est accretioni & decretioni) actus est accretio & decretio: generabilis & corruptibilis, actus est ortus & interitus: eius autē quod ferri potest, actus est latio. Ut aperte intelligat hanc diffinitionem, scire oportet utraque vocari ab Arist. actum cuiuscunq; rei, id est, id quod est rei cuiusque perfectio vltima, & quod refertur omnis rei potentia. In rebus natura constantibus forma est actus rei, & cuiusque etiam rei constantis arte, sua forma. ut plantae, plantae forma: domus,

domus, forma domus. Eorum que dicuntur
secundū potentiam, illa passio quā quis ac-
cipere potest, hanc dicuntur, est illorum actus,
ut alterabile est quod alterari potest, ipsum
ergo alterari, aut ipsa alteratio est actus alte-
rabilis, quatenus est alterabile, idque est mo-
tus. Probat Arist. hanc esse verē definitionē
motus explicans simul. Primum exemplis,
Id quod dicitur edificabile (licet ut in his or-
namentis nominibus toto hoc opere clarita-
tis gratia) tūc est in actu quatenus tale, cū
edificatur, estque hoc edificatio: eo modo &
meditatio eius quod possimus meditari, &
curatio est quod est curabile. & cōversio est
quod cōvertibile, & saltatio eius, quod po-
tens saltare, & progressio ad virilem aetate,
eius qui potest vir fieri, & senescētia, eius
qui potest senescere: & ita in rebus omnib.
que dicuntur quia possūt fieri aliquid, ipiū
fieri est actus eorū, quatenus talia. Explicā-
deinde cur debet quatenus tale, cū inquit,
quædā sint ipsa eadē actū & potentia, non ta-
mē eodē modo, aut nō secundū idē, sed se-
cundū diversas rationes, ut eadē res est actū
frigidū & calidū, & eadē fit ut multa simul a-
gant & patiuntur. Arguit enim res secundū
id quod habent actū, & patiuntur secundū
id quod habent potentia, ut frigidū, sed po-
tens calefcere, retrigerat, & calefcit: quodvis
enim est simul actū & potentia, quia quic-
quid habet unū contrariū actū, est in poten-
tia ad alterū. Et movēs naturaliter, est mobi-
le, dixit Arist. movēs naturaliter intelligens
corpora Physica ortui & int'ritui obnoxia,
illa enim, quæ movēt & mobilia sunt. Vi-
detur inquit ex his quibus omne qd mo-
vet movetur. Sed de his ex aliis cōstabit quo-
modo habeant, in Metaphysicis scilicet, ubi
mōstratur esse aliquid quod movet & non
movetur. Atque autē inquit, eius quod po-
tentia est, quod in actu est, nō quatenus ipsū,
id est, nō quatenus ea res, sed quatenus mo-
bile, motus est. Nā est mobile, quia potest
fieri statim: tūc nō est idē esse etis, quate-
nus est, & quatenus mobile: aliter si idē est
omnino & ratione, hoc est, nō diversū. ra-
tione (de differētia rationis & quomodo
differat à differētia numerū) h. i. (aris dispu-
tatum est) ut egrē motus actus etis qua-
tenus est, quare motus est. forma etis non
est ergo idē, sed ut d. i. p. m. est. Probat dem-
de alio argumēto, esse in eadē numero re-
adus formæ dicitur: probet ut id ex con-
trariis, idē est quod potest egrotare, & quod

potest bene benevalere. nā idem est quod
egrotat & quod benevalere, siue (inquit) sit
homo siue ianguis, hōc certē patim ex
est dicitur est, nā cōstat siue: os neq; egrotat
neque sanos esse, sed ipsos homines. sed
hec sunt exēplo mori) tamen illius eius
dem res quatenus est potens egrotare, &
quatenus potest benevalere, diversū actus
sunt, aliquid egrotare & benevalere esse
idē nō est autē idem, est eadē res sit bene
& male valēs, sed sunt in eadē re actus diversi
ratione, ut color quatenus color, & quate-
nus visibile differit ratione: color & in gre,
alius est actus quatenus est, alius quatenus mo-
bile. Igitur manifestū iam est, motū esse actū
rei mobilis, nō vreauque, sed quatenus est
mobilis. Hunc igitur esse motū, & tunc re-
poris rem moveri, cū mobile, quatenus mo-
bile, in hoc actu ponitur, neq; prius, neq; po-
sterius manifestū est. Declarat deinde cur
dixerit neq; prius neq; posterius: potest en-
nim (inquit) quævis res nūc actu esse, nunc
potētia. ut inter initia huius capitis declaratū
est, ut edificabile, potest esse actū, aut nō esse,
& actus edificabilis quatenus est edificabi-
le, est edificatio. Nā edificatio aut est actus
edificabilis, aut factio domus, nō domus
facte, nā edificatio iā domus, ne edificabilis
quidē est, nedū eius actus sit edificatio, nā
domus est post edificatiōem, ergo edificatio
est actus edificabilis, quod dicitur secundū
potentia: edificatio autē est motus quidā, &
eadē ratio est aliorū motū, ergo omnis mo-
tus est actus eius quod secundū potentiam
dicitur, quatenus tale. Hæc distinctio mo-
tus quā Arist. excogitavit, ego nō omnino
probo, nā actus res est, siue quo nō potest
verē dici esse illud, accipit enim res quatenus
suum esse ex suo actu, hoc est, ex sua ratione
& forma, ut homo nō potest esse homo, si-
ne hominis actu, hic verō quum primū ad-
est homo est: sed ut edificabile sit edificabi-
le, non est opus ut edificetur, nam quod nū-
quā edūctur, est edificabile. Neque v-
tū est potentia edificabile, sed actū edificabi-
le, etiam cū non edificatur: nam quod
potentia inest aliquid rei, non potest ve-
rē de re dici, ut frigidū quod potentia est
calidū, nō est verē calidū, sed esse potest: di-
ficabile verē autē edificatiōem, non dicitur
magis posse esse edificabile, si dē edificabi-
le, ergo edificatio nō est actus edificabilis.
Nā interest multū dicere, edificabile & qd
edificatur, & quod edificatio est: edificatio
actus

actus est forma rei, ut domus edificatæ forma domus eius quod edificari. actus est edificatio: edificabilis actus est potentia ut edificetur, nam hæc est eiusque illorū ratio: ratio vero rei cuiusq; essentialis actus. Dices, potentia ut edificetur ut potentia, non est ergo actus certe edificabilis quatenus edificabile essentia quod in potentia est. potentia: quare si est eius essentia, & eius entelechia est, & eius actus inuoluerat enim Aristot. videt se nescio quomodo, actionem cum essentia eius quod secundum potentiam dicitur. Atque ita mihi videtur ille intelligere, cum dicitur quod in potentia, non eius quod utique in potentia, sed in potentia coniuncta cum actu, siue ut alii dicunt in potentia proxima. Ita ut edificatio non sit actus edificabilis utique, sed edificabilis quod edificatur. Verum neq; ita admodum probo definitionem (quæquã minus falsa sit) quia hoc totum edificabile quod edificatur non secundum unam rationem dicitur, sed secundum duas coniunctas alteram potentiam alteram actus: quare eius non sit una entelechia sed duæ: sed quare ratione motus definiti aperte & facile possit iam dico. Motus est, quo id quod secundum potentiam dicitur, sit id quod secundum actum, ut cum edificabile sit edificatum, hoc ipsum fieri, est edificari, & hoc modo moueri. eadem ratio est aliorum motuum: ut oris, ut Aristot. ipse nomine motus præ omni mutatione.

CAPVT SECVNDVM.

¶ Recte autem dictum esse, manifestum est: et ex his quæ alij de eo dicunt, et ex eo quod non facile est definire aliter illud. Neque enim motum, et mutationem in alio genere collocare possit quispiam: neque qui aliter de eo loquuntur sunt, recte sentiunt. Patet autem considerantibus, ut definirint quiddam illud, diuersitate enim est iniquitate, et non ens, dicebatur esse motum, quorum nullum necesse est moueri, neque certe diuersa, neque inæqualia, neque non entia: verum neque mutatio, aut in hæc, aut ex his est magis, quam ex contrarijs. Causa autem qua illi ad hæc accommoda-

nerit motum est, quod videatur esse motus quiddam quod definire non possit. Alterius autem coniugationis principia, cum priuatiua sint, indefinita: neque enim hoc quidem, neque tantum aliquid illorum, neque aliarum predicationum. Causa enim qua indefinitus videtur motus est, neque in potentia eorum que sunt, neque in actu possit illud simpliciter reuocare: neque enim quod augeri potest, neque quod actu id est quantum necessario mouetur: motusque actus quiddam esse videtur, imperfectus autem. Causa autem quod infinitum est quod possibile, cuius actus est motus: et huius causa est difficile ipsum accipere quid est. Necesse enim est referre, aut in priuationem, aut in potentiam, aut in actum simplicem: horum autem nullum esse potest, superest ergo modus dictus, quendam actum esse, tale verum actum, quale dicebamus, difficilem quidem dictum, qui tamen esse possit. Mouetur autem et omne quod mouet, ut dictum est, quod potentia est mobile, et cuius quies est vacuitas: cui enim motus acciderit, huic quies est vacuitas, ipsum enim in hoc agere, quatenus tale est, ipsum mouere est, hoc autem factum tactu, quare simul etiam patitur. Quapropter motus actus est mobilis, quatenus mobile. Accidit autem hoc tactu mouere potentis, quare simul etiam patitur, specie autem semper infert aliquam quod mouet, aut hoc quidem, aut quale, aut quantum, que erit principium et causa motus, cum mouerit. ut homo actu facit hominem, ex eo quod est potentia homo.

¶ Probare nititur Arist. reddere definitiō
 ab eo motū idē facit primū recusans defini
 tiones motus, quib' aut nō sunt: deinde do
 cens, ita esse difficile motū definire, vt non
 possit defini aliter. Ergo refutat sententiā
 dicentū motū esse diuersitatē, aut inæqua
 litatē, & nō ens nā, inquit, non necesse est
 quod moueatur esse diuersa, aut inæqualis,
 aut nō entia, quasi dicat multa entia, & ea
 dē, & equalia moueri possunt. Sed neq; mu
 tatio ipsa sit aut in hæc, aut ex his magis
 ex cōtrariis, quasi dicat, nā nō magis muta
 tio sit à diuersis ad idē, quā in eodem ad
 diuersum, aut ab inæquali ad equalē, quā
 ab equali ad inæqualē, aut à nō ente ad ens,
 quā ab ente ad non ens: igitur malē diffi
 nientur motum. Explicat enarratorū qui
 dam hoc in Pythagoram dictū esse, ego
 quid de hac re Pythagoras dixerit nō satis
 scio, videtur tamen mihi Arist. inuehi in
 Platonem, qui in dialogo de Ente ita reli
 quit scriptū post multa alia de motu, Se
 quitur itaq; non ens in motu, & in aliis ge
 neribus omnibus esse, in singulis ipsius di
 uerū natura: dū diuersum vñ quodq; quā
 ipsū ens efficit, nō ens efficit singula, hæc
 Plato. Pythagoras fortasse vocauit motum
 in partitū, aut inæqualitatem. Ego senten
 tiā hanc Platonis con. edente Deo in enar
 ratione illius loci aliquādo declarabo, mo
 do satis sit dicere, neq; Platonis sententiam
 ab Aristoteleis tenētū hic re ipsa disside
 re: neq; Arist. in illa argumenta esse alicui' mo
 uenti. Nā quod Arist. vocat ens in potētia
 secundū quod in potentia, vocat Plato non
 ens & diuersum: nā non ens in quouis gene
 re vocat cōtrarium quod dicitur per priua
 tionem, diuersum vocat cōtrarium sine ne
 gatione. Constat verò omne quod aliud est
 potentia, actu non esse illud, & quando est
 omnino aliquid, esse diuersum. vt quod est
 potentia album, est non album, & non al
 bum quando, non est nihil, sed est in eodē
 genere, cum per se dicatur non album est
 nigrum, aut colore alio ab albo diuersum.
 Quare nihil aliud Plato innuit, q̄ moueri
 res non cum sunt eadem, sed cum ex non
 ente hoc aut ex altero ab hoc, sit hoc, quod
 quod aliud dictū est, quā quod ego paulō
 antē dixi: cum id quod secundum potētiā
 dicitur sit id quod secundum actū: Neq; ve
 rō in ipsa se dissentire puro, siue dixeris mo
 tus est ipsa diuersitas, siue alteritas, hoc est,
 ipsa cōmigratio à nō ente hoc ad ens hoc, si

ue dixeris, vt egodixi, ea passio qua id quod
 est potentia sit id quod actu, siue dixeris cū
 Aristotele est actus entis in potentia secun
 dum quod in potentia: quāquam mōstratū
 prius est nō satis esse exacte dictum; motū
 esse actum, eius quod in potentia. Quare
 videtur mea illa definitio alius duabus esse
 commodior: nā vltima hæc dicta ratione
 nō est exacta, in prima illa videtur defini
 tum ipsū in definitione ipsa collocatum:
 nā in ea alteritas (vt ita dicitur) siue ipsa cō
 migratio est ipse motus, & motu ipso nihilo
 notior. Sed in argumentis quæ aduersum
 Platonē scribitur videtur mihi A. ill. falsa ac
 cipere: nā (inquit) nō est necesse diuersa, aut
 inæqualia, aut nō entia moueri. Tamē dicit
 ipsemet statim omnia quæ mutantur in for
 mā aliquā ferri, ea ergo cum mouentur ca
 rent, quare sunt diuersa ab eo in quod ferū
 tur, & nō entia id quod fiunt: nā vt ipsemet
 alibi dicit, quod sit nō est, quod est homo
 non sit homo, sed quod est alterū ab homi
 ne est nō homo, quod est albi secundo gra
 du, nō potest albi secundo gradu fieri, sed
 quod dissimile, neq; quod bicubitalē fieri bi
 cubitalē, sed quod inæqualē: falsū ergo acci
 pit Arist. quæ mouetur, nō necessario esse di
 uerū, aut inæqualia, & nō entia falsū etiam
 dicit, neq; mutatio in hæc aut ex his magis
 quā ex cōtrariis: nā est mutatio vt sit à di
 uerso ad idem, ita ab eodem ad diuersum,
 nimirum vt semen est diuersum à planta,
 ita planta à semine: & vt sit à non ente in
 ens, ita ab ente in non ens, vt à non albo
 ad album, ita ab albo ad non album, tam
 men constat in definitione melius dici mo
 tum fieri à non ente ad ens, quā ab ente
 ad non ens. Nam in definitionibus ex
 phicari debet id quod est per se: tamen per
 se quod mouetur fertur in formam ali
 quam, & per se venit à contrario, vt al
 bum cum nigrescit, per se fit nigrum, per
 accidens fit non album: & per se fit ex nō
 nigro, & ex albo, vt ex non ente, & al
 tero. Itaque fortasse Arist. cum vellet an
 tiquorum definitionem emendare præ ni
 mia argute vniuit, sed venio ad reliqua.
 Aperire vult Arist. deinceps causam, qua il
 li ita definebat motū, si mōq; indicat q̄ dif
 ficile sit eū definire, vt inde ostendat nō aliter
 q̄ ab eo dictū est posse defini. Causa ergo
 (inquit) qua illi in hæc rececerunt motum,
 id est, in diuersitate & inæqualitatē & nō
 ens, est, quod motus videatur esse quiddam
 quod

Enarrator
 sententiā
 Platonis
 de motu.

Propria de
 finitio pro
 batur per
 definitionē
 Arist.
 Platonis.

Respondeo
 tur argumē
 tis pro Pla
 tone.

quod definit non potest in definienda autem ab
 terius, principia cum quibus definitio fit in
 definitio, nam neque hoc est quod, neque quan-
 tum, neque quod, neque quod, neque quod, neque
 quod, id est, alterum & in quale & non ens,
 cum sit in forma nominum formarum quarun-
 dam, sed illa ut per se habet in nomine, sicut in
 definitio. Hoc est quod, Plato citato capite
 in his verbis dicit, Ergo circa spacium qua
 habet ens videtur multiplex esse, non ens au-
 tem, magis videtur simpliciter, itaque dicit
 Aristoteles, quia purauerunt motum in defini-
 tum quod dicitur esse in illa definitio, reiecerunt
 non tam nec ego nec his illi, ita
 definitio quod non potest simpliciter definitio,
 purauerunt, sed quod non potest per forma
 aliam que simpliciter esse, nos definitio, sed
 esse partim ens, partim non ens, ad his ver-
 bis sic dicit Plato, Quare motus reuera
 non ens, videtur & ens, quando quidem en-
 tis, est particeps, quod quod aliud est, quam
 quod Aristoteles dicit, esse quod mouetur,
 partim in actu, partim in potentia, itaque
 multa antiquorum placita, recte enarrata
 in idem recidunt cum placitis, Aristoteles, at-
 que in quibusdam forte Aristoteles, reliquit al-
 quod aliam in rebus, ut in definitio motus
 motus motus est, Exaggerat dicitur Aristoteles,
 Aristoteles, dicitur dicitur dicitur dicitur, di-
 cens, causa motus videtur in definiendo,
 quia neque per potentiam, neque per ac-
 tum simpliciter definitio potest. Nam ne-
 que id quod tangere potest, neque id quod
 tangere est quantum, necessario mouetur, po-
 test eam esse actus, quod non crescat, ita
 vero quod futurum incrementum accipit
 non potest crescere, Ergo motus, neque eius
 quod non potest, neque eius quod actu est, im-
 pectus vero actus quidam esse videtur, nam non
 est nihil imperfectus tamen, causa vero quod
 est imperfectus, quia quod possibile, est in-
 finitum, cuius actus est motus, atqui quia
 est actus infiniti difficile est accipere ipsum
 quod est, id est, definitio est, Rursum ex-
 ggerat difficultatem, & confirmat suam defi-
 nitionem, dicens, nisi dicto modo definitio-
 nis, necesse est motum autem privationem
 aut in potentiam, aut in actum simpliciter re-
 ci, in nullum autem horum potest: nam motus
 non est solum non ens, neque sola pote-
 tia, nam quibus motus potest abesse ab eo quod
 est mobile, neque simplex actus, nam quod est
 in actu perfectio non amplius eo motu mo-
 uetur, superest ergo dicitur dicitur, esse actum

quendam, talem vero qualem dicebantur,
 & in eodem quidem dicitur, ita esse pos-
 sit, id est, actus ens in potentia secundum
 quod in potentia, in actu dicitur, ita est,
 Aristoteles ab antiquis non multum magis
 quam se dissentire, quin & arguitur quid-
 dam improbabilem definitionem motus, in-
 sexisse, puta actum ens in potentia secun-
 dum quod in potentia, esse aliud quod in ip-
 sa potentia, quod potest de est, actus dicitur &
 quod hominis quod est homo, est, esse a-
 liud quam totum hominis, Sed hoc satis
 aperte tam diximus, ac demonstratum, Pro-
 batur deinceps, hoc argumento dicitur defini-
 tione, id vero est huiusmodi, Omne quod
 mouet mouetur, quod potentia est mobile,
 & ens vacuus est quiete, dicitur quod pote-
 stia est mobile, quia primum mouens ut lib-
 8, monstrabit ipse Aristoteles, immobile est, quare
 mouet & non mouetur, sed motus quod
 mobile est semper mouetur cum moueratur
 quod id cum motu vacat dicitur, potest quiete
 scire, nam quod moueri potest cum non mo-
 uetur, quiete, quod vero moueri non po-
 test, neque quiete dicitur, nisi forte per
 negationem, nam lex contrariorum est, ve-
 de eodem dicitur, alterum actu, alterum potentia,
 Quod vero id quod mobile cum sit mouet,
 moueratur etiam, probat, quia omne mobi-
 le cum mouet, tactu mouet, id est, tangens
 illud ipsum, quod mouet, nam omne corp-
 mobile, est edibus naturale, & omne natu-
 rale agens tactu agit, ut alibi dicitur, tactu
 ergo mouet id quod mouet, sed huius
 tangunt mouens & id quod mouetur, dum
 mouetur, non potest alterum moueri, alte-
 ro omnino quiete, siue motus sit, la-
 tio, siue alteratio, nam si latio est, id quod
 mouet profequitur motum eius quod tan-
 git, si alteratio, id quod comutat rem vicina-
 non potest non ab ea aliquantisper contra-
 riam communicare materia, & habere vi-
 res contrarias, Non tamen proinde contra-
 rium nomine intelligit Aristoteles, communicatione
 in materia, ut quidam interpretantur, omni-
 no sine rationem, Aristoteles, nihil aliud dicit
 quam cum moues contingat id quod moue-
 tur, & ambo mobilia sunt, non potest non simul
 moueri, atque ita deinceps colligit, igitur mo-
 bile quod mouet mouetur, ergo motus est
 actus mobilis quatenus est mobile, Accidit
 autem hoc, puta agere mouendo, potentia
 mouere tactu, ergo simul etiam patitur &
 mouetur, Hoc est vltimum argumentum

quo confirmat Arist. sua definitionem, quā cum ego non receperim, sed referaverim potius, non per se in argumento responde re. Neque vero puto id esse difficile, sed mi ror magis quorū Arist. vtrū argumēto tam vngcti, nā nomine actus vtrū equivo cē, & nomen entis in potētia ad aliam rem transfūlit; nam in definitione nomē actus dicebatur de entelechia, aut forma, aut a- ctu, vt opponitur potētia, in hoc argu- mento cōcluditur esse actus vt passiōi op- ponitur, & id mobile cui⁹ actus dicebatur, erat illud ipsum quod mouetur, quatenus mouetur, quodque est partim actus, partim potētia: hic verō dicitur esse actus mouen- tis, quod quis est etiam mobile, erit act⁹ mo- bilis, sed id non quatenus mobile, sed quate- nus mouēs: agit enim quatenus mouēs, pa- titur verō quatenus mobile. Itaque Aristō, concludit sophisticē quamquam hoc va- lissim⁹ dicit, omne mouens quod est mobile, moueri cūm mouer. Concludit tandem ca- par, di- ens, omne quod mouet inferre spe- ciem aliquam, aut formam, in id quod mo- uetur, vt hoc aliquid, hoc est, substantiam, aut quale, aut quātum, quē species erit prin- cipiū & causa motus (vt finis scilicet) cūm mouens mouerit: ita verō forma est quā a- ctu est in mouente & potētia in mobili, estque terminus ad quem motus, nā omne agens contendit mutare ad. suam naturam id quod patitur, & quod patitur ab it si- militudinem cum eo quod mouet. vt qui actus est homo facit hominem alium ex eo quod est potētia homo, hoc est, ex semine, quod potest fieri homo.

CAPVT TERTIVM.

¶ Et id quod in questionem venire so- let manifestum, esse quidem motum in ipso mobili: actus enim est huius, et ab ipso mouente, & mouentis actus non alius est, oportet enim esse actum am- bobus, mobile enim est ipsa potētia, mouens autem actiōne, sed est efficiēs eius quod est mobile: quare vnus eo- dem modo vtriusque actus est. Vt e- nim inersitutum idem vnus ad duo,

& duorum ad vnum, & id quod ac- clue, & id quod declue: hæc enim vnum est, ratio autem non vna. ita autem & in mouente. & eo quod mouetur. Habet autem dubitatio- nem logicam, necesse enim fortasse est esse alium quendam actum acti- ui & passiui; alius enim est actio, a- lius passio: actus ergo & finis, alte- rius quidem actio, alterius autem passio. quando autem ambo motus sunt, si diuensi, in quo erunt? Aut enim ambo in eo quod patitur, & mouetur: aut actio quidem in agente, passio verō in eo quod patitur. Si verō oportet hanc quoque actum vo- care amomimos certū sit, sed si hoc est, motus in mouente erit, eadem e- nim est ratio mouentis & eius quod mouetur: quare aut omne quod mo- uet mouebitur, aut quod motum ha- bet non mouebitur. Si verō ambo in eo quod mouetur, & patitur, & a- ctio & passio, & doctrina & di- sciplina duo erunt in discente. Pri- mum quidem actus vnus cuiusque non erit in vnoquoque, deinde absur- dum duobus modis simul moueri: aliqua enim erunt alterationes due v- nius, & in vnam formam, sed hoc impossibile. verum erit vnus actus? Sed sine ratione est, vtriusque duo- rum secundum speciem vnicum & eundem esse actum. Et erit insu- per disciplina & doctrina idem, & actio & passio, et docere et discere idē, et agere et pati: quare scientem necesse erit omnia discere, et agentem

paci. An neque hoc absurdum, alterius actum in altero esse, est enim doctrina actus eius qui docet, in aliquo quidem, & non separatus: sed huius quidem, in hoc quidem. Neque vnum duorum prohibet quicquam eundem esse, nō vt sit idē ipsum, sed q̄ id quod potentia est, accidat ei quod operatur. Neq; necesse est docēte discere, neque si pati & agere idē est, nō quidē quasi eadē ratio sit, qua aliquid esse dicitur, vt tunica & vestis, sed vt via à Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas, vt dictū prius erit: est: nō enim eadē omnia insunt omnibus vtrunque isdem, sed solum is quibus esse est idem. Non tamen neque si doctrina idē quod disciplina est, & discere idem quod docere, quemadmodum neque si internallum vnum rerum distantium, & ipsum distare hinc ab illo, & illinc ab hoc vnum & idem: vt vniuersim autem dicam, neq; doctrina discipline, neq; actio passioni idem est præcipue, sed motus cui accidunt hæc, nam ratione est diuersum huius quidem in hoc & huius ab hoc actio nem esse. Quid ergo est motus, & vniuersim, & per partes, dictum est: non enim obscurum vt definietur quauis illius species, alteratio quidem alterabilis, quatenus alterabile, actus. Ad huc autem aperius, is qui est potentis facere, & pati, quatenus talium, & simpliciter, & rursus in singulis, adificatio & curatio. Eodem autem modo dicitur & de aliorum motuum in singulis.

¶ Ex dictis de natura motus & eius finitione, inquit, manifestū esse id quod in quæstione venire solet. Solec enim esse quæstio, an motus sit in eo quod mouetur, an in eo quod mouet. At verū ex dictis, inquit, manifestū sit motū esse in ipso mobili, nā dictū est motū esse actum mobilis: quare est à mouēte, sed in ipso mobili. Sed dicit hic aliquis, si motus quia est actus mobilis est in mobili, certè & actus mouētis erit in mouēte, quare alius erit motus mouentis vt in mouēte, alius mobilis vt mobile, atq; erit semper duo motus, cum quidpiā mouetur. huic tamen obiectio in respondens Aristi. inquit, & mouentis actus non alius est, sed idē motus est actus vtriusq; quare cum sit in mobili nō erit in mouente. Neq; verū mirum vtriusq; esse eundem actū, non enim est eodem modo, sed mobile est mobile ipsa potentia aliquid accipiendi, mouens autē est mouens actione, atq; est efficiēs eius quod mobile. potest accipere. Quare cum mobile sit, qui potest aliquid in seipso accipere, mouens quia aliquid in mobili facit, profecto idem erit actus vtriusq; & ipsa factio erit in mobili, & à mouente. Illustrat id deinceps exemplis, vt idē est interstitiū inter vnū & duo & inter duo & vnū, & eadē res est hinc eclius, & illinc declius (hęc enim eadē res est, ratio autem nō eadem) nā ab vno ad duo dicitur subdupla, à duobus ad vnum dupla proportio, & res vt huc inclinans est declius, vt illuc, acclius. Ita motio & motus, aut actio & passio eadem res est: passio aut motus vt in hoc recipitur, motio aut actio vt illinc fluit. Verūm Aristi. non contentus ita simpliciter docuisse, quæstionē hanc agit (vt inque propositis argumentis) an actio & passio sint res diuersę, an eadē res? Proponit primum quæstionem dicens, habet autem dubitationem logicam, id est, ab vtraque parte probabilem & opportunitatem disputationi: deinde ostendit argumentis quā: sit difficilis controversia: tandem decidit controuersiam, & dictam sententiam confirmat, & redit rursus ad definitionem motus. Primum videtur (inquit) necessariū esse alius actus actiui, & alius passiuui, nam actiui actus est actio, passiuui passio: ergo actus & finis siue perfectio (nam idem significatur his nominibus) alterus est actio alterius passio: quare non videtur esse idem actus, quod si non est idem actus, neque

nem & passionem non differre numero, sed ratione, esseque motum in re que movetur quam sententiam ego magno opere probo, est enim omnium hac in questio ne probabilissima. In quo Galenus quoque eodem modo, ac Aristot. sentit. Nam lib. de Symptomatum causis ita scripsit, Quippe agentis motus actio est, eius vero quod ab eo est affectum, passio. Et rursum eodem libro, Quod in ipso fieri essentiam habet actionem aut passionem nominavimus, passionem vero ab actione differuimus, ut quod fit ab eo quod facit. His verbis ipsa Aristot. sententia continetur, quae tamen ne putetur ita consentiens cum sua definitione motus, ut mea definitioni repugnet: nam ut hoc fiat nihil interest dicere motum esse actum mobilis, qui quatenus recipitur in mobili est passio, quatenus fluit à mouente est actio, aut motum esse id quo, id quod est in potentia fit actus, atque illud ipsum ut recipitur in eo quod mutatur est passio, ut fluit ab agente est actio. In fine capituli Aristot. epilogum facit, dicens, Quid ergo est motus vniuersim & per partes, hoc est, generatim & per singulas species, dictum est. Nam etsi non sit hactenus pertractatum de omnibus eius speciebus, tamen definitione motus planè intellecta, haud est obscura quomodo singulae illius species defini debeat, nimirum ut motus est actus entis in potentia quatenus in potentia, ita commutatio est actus commutabilis, quatenus commutabile, & latius actus est quod agitari potest, quatenus tale. Adhuc autem apertius fit, motus est in actus qui est potentis facere & pati, quatenus talia sunt (addit modo potentis facere & pati, quia indicauit eundem motum et actum facientis & accipientis) & simpliciter & rursum in singulis, id est, & definiendo simpliciter motum, & definiendo singulas eius species. Ut edificatio est in actus, qui est potentis edificare, & potentis edificari. & curatio est actus potentis curare, & potentis curari, eodem modo de aliorum motuum singulis. Vides etsi ego non moneam, ut facile sit & mea ratio ne diffinendi motum obseruata, singulas motus species definire, quare de his satis.

CAPVTV QVARTVM.

Quando autem scientia de natura

versatur circa magnitudines & motum, & tempus, quorum quoddam necesse est vel infinitum vel finitum esse, est non quiduis est aut infinitum aut finitum, ut passio vel punctus (taliu enim fortasse nullum necesse est in altero horum esse) expediens certe sit cum qui de natura tractat considerare de infinito, an est, an non, atque si est, quid est. Signum autem, quod huius doctrinae propria est contemplatio de illo: omnes enim qui ita hanc partem attingisse videntur, ut sint mentione digni, de infinito verba fecerunt, & omnes ut principium quoddam reuè ponunt. Quidam, ut Pythagorae & Plato per seipsum, non ut accidens alicui alteri, sed ut essentiam, per se existens ipsum infinitum. Praeterquam quod Pythagorae in sensibilibus, non enim separatim faciunt numerum, et esse infinitum extra caelum: Plato autem extra nullum corpus esse, neque ideas, quando quidem haec nullibi finitum inquitur & in sensibilibus, & in illis esse. Et hi quidem infinitum esse quod par, hoc enim comprehensum & ab impari conclusum praebet rebus infinitatem. Signum autem huius esse id quod accidit in numeris, circumpositis enim gnomonibus circa unum, & extra, aliquando quidem aliam semper fieri speciem, nunc autem unam. Plato autem duo infinita dicit, magnum & paruum. Naturales autem omnes semper subiiciebant infinito quae vocantur elementa, ut aquam, aut aërem,

rem, aut quod in media horum est. Eorum autem qui faciunt elementa finita, nemo infinita facit, qui vero infinita faciunt elementa, ut Anaxagoras et Democritus, alter ex omniomeris, alter ex figurarum communi seminario, tactu continuum infinitum esse dicunt, et aliter quidem quancunque parit esse mixtionem, non aliter ac totum, quandoquidem videbat quodcunque ex alio quocunque fieri: hinc enim videtur dicere non nunquam etiam omnes res simul esse, ut quæ caro, et quod os, et ita aliud quidvis, et omnia igitur simul nonnunquam. Principium enim separationis non solum in quouis, sed etiam in omnibus est: quando enim id quod fit ex tali aliquo fit corpore, omnium autem est ortus, quancquam non sit: ut, et principium aliquod oportet esse ortus: id autem est vnum, quod ille vocat mentem, mens autem a principio aliquo operatur intelligens: quare necesse est simul aliquando esse, et initium habuisse aliquando quæ mouentur. Democritus verò nullum principiorum fieri aliud ex alio dicit, sed simul ipsum commune corpus omnium est principium, magnitudinem secundum partes, et figura diversum. Quod ergo ad Physicos hæc contemplatio spectet ex his constat: merito autem et principium ipsum posuerunt omnes, neque enim frustra ipsum esse potest, neque alia ipsi inesse vis, quam ut principio, omnia enim aut principium, aut ex principio: infinitum autem non est principium, esset namque illius finis.




Præterea autem et ingenerabile et incorruptibile, ut quiddam quod principium est, quod enim aliquando factum est, necesse est interitum accipere, et finis est omnis corruptionis: quapropter, ut dicebamus, non est huius principium. Sed hoc aliorum esse videtur, et continere omnia, et omnia gubernare, ut dicunt, quicunque non faciunt, præter infinitum, alias causas, ut mentem, vel amicitiam, et hoc esse, quod diuinum, immortale enim et nulli interitui obnoxium, ut dicunt Anaximander et plurimi Physiologorum.

¶ Cum hæcenus egerit Arist. de motu, modo transgressionem facit ad disputationem de infinito, in qua toto hoc tertio libro insisteret. Ac primum omnium per propositionem docet pertinere ad Physicum de vacuo disputare, et quæ de eo oportet inuestigare, indicatque rursus pertinere ad Physicum hanc disputationem, aliquot argumentis, deinde profert argumenta quod infinitum sit in rebus, tandem in fine capitis quot modis dicatur infinitum docet. Ergo (inquit) quandoquidem scientia de natura versatur circa magnitudines et motum et tempus et quoduis horum necesse est esse finitum aut infinitum (id est, et de quouis horum posset dubitari an sit finitum an infinitum) et si non quidvis est aut finitum aut infinitum (id est, etsi non contingat ad rebus omnibus ut finite aut infinite dicatur) vi passio, aut punctus: nam talium nullum est fortasse finitum aut infinitum, expediens certe sit eum, qui de natura tractat, considerare de infinito. Atque primum omnium an est an non, deinde si est, quid est. Passionis nomine intelligunt hic quidam transferentes affectum, passibiles qualitates, alii verò quia hæc affectionem quandam, diuisionemque accipere vident cum substantia, ex quantitate, intelligunt mentis passiones. Nobis vltum antiquis familiarissimum hæius nominis, traditur, Galenus declarat lib. de diff. morborum, qui hac ratione differe dicit apud antiquos quod dicitur. *passio*, id est, passio.

Quid sit
passio.

ad id quod dicitur *passio*, id est, affectus, quod adfectus sit passio, quia permanentia quandam, porleuantemque iam habet essentia, ut caliditas, frigus, aut etiam calor: passio verb. quia nihil tale habet, sed est hoc ipsum bene aut male aliquid habere nullo facto affectu, qui permanere possit, ut si oculus nihil in se habens malum, non videt, quia obstructus est neruis, qui a cerebro venit; passioque carnis, caret enim in fluxu quo indiget, sed nullum contraxit affectum. Ex his constat affectum, vel cui accidit, conditionem non sequi, quod ad divisionem attinet, nisi numerum si substantia: esse potest inest, dividit potest, ut calor: si in corpore, non potest, ut scientia. Tamen constat passionem non habere partes divisioni idoneas, est corpus accidit: quas enim partes habeat illa privatio oculi, aut quevis alia passio, que sine omni affectu sit: proinde Arist. negat passionem, aut punctum dici finitum aut infinitum, quia ut mox dicit, quod non potest prateriri neque habere finem, & terminum finitum partium, neque finitum neque infinitum dicitur. Adiecit modum aduentionum illud fortasse, quia in initio disputationum nihil potest dici exactum, ut prius etiam diximus. His dicitur ostendit Arist. pertinere ad Physicum disputare de infinito. Primum hoc argumento, quod omnes qui inter Philosophos sunt digni mentione, disputauerunt de infinito, inter quos Pythagoræos nominat & Platonem, & eos quos antonomastice vocari naturales primo libro monuit

mus. Inter quos hoc interesse dicit, quod Plato & Pythagoræi posuerunt infinitum, non ut alteri acciderent, sed ut essentia quadam & per se naturales verò posuerunt infinitum, ut acciderent alicui substantia. Itaque hac in parte Pythagoræi & Plato consentiunt, discrepant deinde, quod Pythagoræi in sensibilibus rebus solum, Plato verò & in sensibilibus, & in sensibilibus infinitum collocabant: nam Pythagoræi dicebant infinitum esse quod par, finitum quod impar. Et in super dicebant extra caelum esse infinitum, constat verò hoc infinitum in rebus sensibilibus esse, nam numerum non ponebant separatim, sed in ipsis rebus sensibilibus. Signum autem quo probabant Pythagoræi numerum par esse infinitum, & imparem finitum, atque ad eum imparem comprehensum à pari prebere rationem finitatis, & unitatis, & identitatis rebus, dicebant esse id quod accidit in numeris, nisi mirum si circa unum, quod est initium numerandi, & extra circumpositis numeris more gnomonum, aliquando quidem semper sit diuersa species, cum scilicet circumponuntur numeri pares. Nunc autem, id est, cum circa unitatem ponuntur numeri impari, semper sit eadem figuraturque colligunt impar esse principium eiusdem par infiniti. Quod ut intelligatur sciri oportet gnomonem appellari à Geometris duo supplementa paralelogramorum coniecta diametro eum quadrato quod fit inter duo supplementa, ut in hac figura.



Quadra

libro disputabat de principijs rerum, hic disputat de infinito: de principijs Parmenides & Melissus solum videntur non naturaliter disputasse, cum ponerent vnum, idque immobile principium. Sed de infinito Pythagoras etiam & Plato videntur disputasse non naturaliter, cum alter infinitum in numero, alter in idea ponat, quæ sunt immobilia. ergo quod ad Physicorum appellationem pertinet, ita habet. Quod ad eorum sententias attinet iam dico, constat Physicos cum dixerint, alii esse infinitam aquam, alii infinitum aërem, alii vaporem, nullam essentiam ipsam infinitam per se posuisse, sed substantiam infinitam: itaque infinitam rem accidentem cuidam substantia. Pythagoras verò & Plato, cum ille posuerit infinitum esse numerum parem, hic magnum & paruum, uterque definitiuit infinitum ipsum per se, nullius in rebus substantia mentione facta: non enim ille dicit numerum parem lapidum, aut lignorum, aut aliarum rerum, sed numerum ipsum per se, atque ut propriam essentiam, neque hic ratione magni & parui in re quapiam: sed genus vnum fecit, quod quavis in re plus & minus suscipit. Itaque merito Arist. dicit Pythagoram & Platonem posuisse infinitum, ut essentia per se: nam eisi posuerit in accidentibus, tamen qui definit accidens aliquid per se illius essentiam enarrans, propriam essentiam illius explicat. vt qui dicit, cæcidu est quod disgregat visionem. Deinceps Arist. refert sententias Physicorum dicens. Eorum qui faciunt elementa finita, nullus facit infinita, id est, nullus eorum qui dicunt elementa esse multa, sed numero finita, affirmat esse aliquid infinitum ratione quapiam: nam quodlibet elementum finitum magnitudine ponunt, ex finitis verò multitudine & magnitudine nihil potest constari infinitum. Huius sententia erat Empedocles, qui ponebat elementa quatuor esse, ignem, aërem, aquam, & terram finita magnitudine. Qui verò infinita principia esse dicunt, vt Anaxagoras & Democritus, quorum ille ponebat infinita omniomera, vt lib. 1. cap. 4. satis explicuimus, hic infinita corpuscula diuersa magnitudine & figuris, infinitum fieri ta & ut, id est, concursu illorum dicunt: nam ex infinitis multitudine coeuntibus non potest non constari infinitum magnitudine. Deinde persequitur vtriusque sententiam, Anaxagoræ primum, deinde Democriti, in

dicans quomodo differant. Anaxagoras putabat vt. 1. lib. cap. 4. diximus, quodlibet esse in quolibet, quia videbat quodlibet fieri ex quolibet, atque ita omnem ortum rerum fieri segregatione, & interitum congregatione, atque adeò totum hunc mundum factum esse ex chao quo omnia penitus confusa continebantur, ab intelligentia separata. hoc ergo est quod dicit. Alter quidem, hoc est, Anaxagoras, putabat quancunque partem vniuersi esse mixturem, id est, mixtam ex aliis omnibus, non aliter ac totum, vniuersumque, quandoquidem putabat quodeunque ex alio quocunque fieri: hinc enim videtur dicere, nonnuquam res omnes simul esse in re quavis, vt carnes & os, & aliud quidvis: quare & omnia simul aliquando fuisse, in chao scilicet, nam principij separationis non solum est in re quavis, sed etiam in rebus omnibus simul: nam cum omne quod fit ex tali aliquo fiat corpore, vt ex osse, carne, aut ligno, aut ferro, aut re alia tali: rerum autem omnium est osus et si non simul, id est, res quavis potest oriri, tamen non omnes simul, nam cum terra fit ex osse, terra oritur segregatione, os inuent congregatione, sed cum res omnes ori ri possint, oportet vt fit vna quædam causa communis omnibus ortus. Principij enim non potest esse aliquid eorum quæ possunt oriri, nam ante illud erit aliud principium ortus, sed debet esse aliud ante omnes res ortui obnoxias, commune illis, id autem vnum est quod ille vocat mentem, mens autem à principio aliquo operatur intelligens, id est, mens intelligens operatur, quare necesse est omnia aliquando simul esse, in chao scilicet, & initium habuisse aliquando omnia quæ mouentur, id est, res omnes naturales initium accepisse cum separari sint. Ex his constat Anaxagoram principia, quæ elementa & materia sunt, stansse res omniomeres, vt carnes, os, neruum, & talia, atque dixisse fieri alia ex aliis, quia sunt omnia in omnibus. Democritus verò nullum principiorum fieri aliud ex alio dicit, sed si multiplex commune corpus omnium esse principium, magnitudine secundum partes, & figura ductum: nam affirmabat vniuersitatem hanc esse multitudinem atomorum, non diuersorum substantia & essentia, sed magnitudine & figura, horumque concursu fieri res singulas. Igitur (colligit Arist.) quod ad Physicos hæc contemplatio de infiniti

finito spectat, ex his constat, & scilicet de eo omnes disputauerunt. Deinde probat. Aristoteles merito omnes quos finitum esse affirmabant ipsum principium rerum posuisse: nã si est, nõ est frustra (nihil enim frustra in naturabilibus) neque alia potest esse illi? vis, aut alius usus, quã principii. Nã omne quod est, aut est principium, aut ex principio, in finem? am ergo principium est, quandoquidem non est ex principio: nã si esset infiniti principium, esset etiam illius finis. principium enim videtur dici ad finem, sed si finem haberet, non esset infinitum. Præterea infinitum est ingenerabile & incorruptibile, quod quidem videtur esse principii, quod verò ingenerabile & incorruptibile sit, hinc constat, Si ortum haberet, haberet & interitum, nam omne quod aliquando factum est, necesse est interitum accipere (intellige omne quod naturaliter ortum est, in tertium accipere) sed omnis naturalis interitus tandem venit ad finem, haberet ergo finem, quod cum repugnet infinito, sit ut infinitum non habeat principium, sed ipsum sit principium aliorum, & alia omnia contineat & gubernet, ut dicunt quicunque nõ faciunt præter infinitum alias causas, ut metem, aut amicitiam. Fit etiam ut infinitum sit quod est in rebus diuinum, cum sit immortalis, & nulli interitui obnoxium, ut dicebant Anaximander & multi Physiologorum. Quod ut plenius intelligas, considera antiquos omnes infinitum statuisse principium, aut in principii: nam Platonem magni & paruum principia dixisse lib. 1. ca. 4. declarauimus, que hic ostendimus eundem vocasse infinita, Pythagoras numerum parum dicebat esse principium diuisionis & differendi rebus. Cùm verò idem sit rebus principium differendi & constituendi, constat de illius sententia infinitum esse principium rerum. Anaxagoras in finit: omni omnia dicebat esse rerum principia, Democritus infinita corpuscula: alii naturales infinitam aquam, aut infinitum ætrem, aut infinitum vaporem. Sed quidam horum præter principia illa que sunt ut elementa, statuebant principium efficiendi, omnium primum, ut Anaxagoras metem, Empedocles amicitiam, Plato summum Deum, & idæas ut exemplaria, alii nulli præter dicta statuebant principium, ut Democritus, qui in mundi ortu corpuscula casu cecidisse dicebat. Omnes quidem dicebant, infinitum illud

esse principium, præstareque proinde alijs rebus exordium: tamen continere & gubernare reliqua omnia, & esse diuinum soli illi dicebant, qui non statuebant aliud prius, ut Diogenes Apolloniates dicebat ætrem esse Deum, quod refert Cicero lib. 1. de natura Deorum, & Anaximander quandã substantiam inter ignem & ætrem, & Democritus qui sanè nullum Deum præter corpusculorum immensam molem agnosceret, nihil enim aliud agnosceret immortale ætænum & semper ens. Omnes verò ita censent (est que ita reuera) Deum esse, quod immortalis, & semper ens, & per se ens. Quid enim aliud dictum est illud Exodi cap. 3. Ego sum qui sum, quàm ego sum Deus. Plato verò præter illa principia commutationis, agnouit Deum, Anaxagoras quoque mentem illam ætænam, Empedocles in amore poneret diuinitatem.

¶ Esse autem infinitum fides ex quinque maxime accedit considerantibus, & ex tempore, hoc enim est infinitum. Et ex diuisione magnitudinum, videntur enim etiam Mathematica infinita. Præterea, quia ita solum sit, ut non deficiat ortus & interitus, si infinitum est vnde decidatur quod gignitur. Præterea, quod id quod finitur semper circa aliquid est, quare necesse est nullum esse finem, si necesse est semper finiri aliud in aliud. Maxime autem summumque est quod facit omnibus dubitationem communem, nam quandoquidem quod in cognitionem venit non deficit, & numerus videtur esse infinitus, & Mathematica magnitudines, & quod extra cælum est, si verò infinitum est quod extra, & corpus infinitum esse videtur, & mundi: cur enim magis vacuum hic, quàm illic. Quare si vel vnico in loco & vbi que necesse est esse molem, simul autem si est etiam vacuum, & locus infinitus,

Et corpus infinitum necesse est esse, posse enim esse nihil differri in perpetuum. Habet autem dubitationem consideratio de infinito, nam non esse potentibus, multa impossibilia esse contingit. Præterea quomodo est, nūquid ut substantia, aut accedens per se alicui naturæ, aut neutro modo, sed nihilominus est infinitum, vel infinita in multitudine. Maxime autem Physicis est considerare, an sit magnitudo sensibilis infinita. Primum ergo definiendum est, quomodo dicitur infinitum. Vt no quidem modo quod non potest præteriri; quia non est natum præteriri, ut vox est inuisibilis. Alio autem modo quod exitum habet infinitum, aut quod vix, aut quod natum est habere; non habet autem exitum, aut finem. Præterea infinitum omne aut secundum adesse finem, aut secundum diuisionem.

¶ Hæc tunc monstratum Aristoteli est, pertinere ad Physicum disputationem de infinito; modo exorditur hanc disputationem à questione an sit, ut par est in omnibus disputationibus methode constitutis agi. Primum ergo producit argumenta, quod sit infinitum, deinde distinguit modos quibus dici potest infinitum. Quod quidem infinitum sic videbitur (inquit) considerantibus, ex quinque rebus. Primum ex tempore, nam temporis nullus est finis. Secundo ex diuisione magnitudinis, nam diuisio continue substantiæ nullibi consistit, neque finem habet, ut auturque Mathematici in suis considerationibus diuisione infinita. Tertio, quia si non esset infinitum aliquid, vnde res que gignitur fieret, eum semper fieret alia, & aliquid quando desiceret ortus rerum. Quarto, quia cum semper res intereant, & quod interit non in nihilum, sed in aliquid redigatur, necesse est infinitum esse id in quod

intereantia abeunt; siquid necesse est semper interire aliud in aliud. Quinto est summum argumentum in hanc partem, quodque facit omnibus communem dubitationem, cogitatio nostra nunquam consistit, neque finem inuenit, siue de numeri multiplicatione, siue de magnitudinis ad magnitudinem accensione & proportionem, siue de calorū multitudine & mole, ergo neque in rebus ipsis finis est, quin potius numerus est infinitus, & aliqua magnitudo infinita, & illud quod est extra cælum videtur esse infinitum quiddam. Si verò extra cælum est infinitum, & corpus infinitum, & mundos infinitos esse videtur, nam cur potius vno in loco sit vacuum, quam alio, quare si intra cælum non est vacuum, sed moles aliqua corporis, & extra cælum sit aliqua moles infinita. Accedit, quod si est vacuum infinitum, est locus infinitus potens repieri, sed in rebus æternis & necessariis idem est posse & esse, nihil enim potentia, sed quicquid habent, actu habet, ergo & plenus erit ille infinitus locus, eritque infinitum illud quo est plenus. Hæc quinque argumenta proponit Aristoteles, ab hac parte quæ tamen ne intelligas eum proposuisse, quod putet satis firma esse, sed disputationis agitante gratia, & quod illis antioque res vti essent. Colligit tandem disputationem de infinito satis dubiam esse, nam affirmantes omnino non esse infinitum in multa impossibilia videntur addigi: si verò dicimus esse infinitum, rursum superest dubitatio, quomodo sit, an substantia aliqua infinita, an accedens proprium naturæ alicuius, an neutro modo, sed nihilominus est infinitum, vel infinita in multitudine, hoc est, an neque substantia, neque accedens proprium alicui substantiæ, sed est accedens, cuius substantiæ potens accidere, ut numerus, aut tale aliud. Cum tamen tot modis possumus infinitum imaginari, maxime pertinere ad Physicum disputare, an sit aliqua magnitudo sensibilis infinita. Itaque (inquit) primum distinguendum est quomodo dicitur infinitum, deinde ad questionem propius accedendum. Vno modo dicitur infinitum quod finem non potest, cum neque finem habere naturam sit, ut & vox dicitur inuisibilis, quia videtur non potest, et si videtur nata non sit, hoc modo punctum est infinitum. Alio modo dicitur infinitum, quod habet exitum infinitum, aut quod non potest, aut vix potest prætertransiri, ob magnitudinem illius, aut quod natum

ef. habere, non habet autem exitum aut finem. His omnibus definitionibus eundem infiniti modum intelligit Arist. Diuidit rursum alio modo, infinitum dicitur aut secundum adiectionem aut secundum diuisionem, scilicet infinitum est cuius diuisio in infinitum procedit, vt continui diuisio, aut quod infinitam adiectionem accipit, vt numerus & tempus.

CAPVT QVINTVM.

¶ Separatum ergo esse à sensibilibus, quod est infinitum, non potest: si enim neque magnitudo est, neque multitudo, sed essentia ipsum infinitum, & nõ accidens indiuisibile erit. Nam quod diuisibile, aut magnitudo erit, aut multitudo, si autem indiuisibile, nõ erit infinitum, nisi vt vox est inuisibilis. Cæterum neque ita dicunt, qui infinitum esse dicunt, neque nos inuestigamus, sed vt quod pertransiri non potest. Si verò secundum accidens est infinitum, non certè sit elementum eorum que sunt, quatenus infinitum, vt neque quod inuisibile orationis, etsi vox inuisibilis est. Præterea quo pacto continget esse aliquid infinitum ipsum, siquidem neque numero, neque magnitudine est, quorum est passio per seipsum infinitum: adhuc enim minus necesse est esse, quàm numerum & magnitudinem. Manifestum autem & quod nõ continget esse infinitum, vt quod actus est, & vt substantiam, & principium: erit enim quicquid illius accipiat in infinitum, si habet partes. nam infinito esse, & infinitum idem est, si essentia est infinita, & non in subiecto: quare aut impartibile, aut in infinita parti-

bile. Multa autè infinita esse non possunt in eodem, sed vt aer, aeris pars, ita & infinitum infiniti, siquidè substantia est & principium, sine partibus ergo & impartibile: sed non potest quod actus est infinitum, quantum enim quiddam esse necesse est. Secundum accidens igitur est infinitum, se ipsi ita, dictum est quod non contingit: ipsam principium dicere, sed illud cui accidit, aerem, aut quod pars. Quare absurdè loquuntur ita dicentes quemadmodum Pythagorici dicunt: simul enim substantiam faciunt ipsum infinitum, & diuidunt in partes.

¶ Hoc capite Arist. nititur monstrare, non esse aliquid actus infinitum, capite sequenti quod est huius libri sextum, aperit suam sententiam monstrans esse infinitum aliquo modo, potentia scilicet, etsi actus non sit. Primum argumentum aduersum antiquos, qui dicebant esse infinitum, idque esse rerum principium. Illorum quidam dicebant (vt explicatum iam est) infinitum esse essentiam quandam per se vt substantiam, alii esse accedens substantiæ alicui, utrunque refutat. Separatum esse inquit à sensibilibus substantiam nõ potest infinitum: nam si neque magnitudo neque multitudo est alicuius substantiæ, sed essentia quædam per se, & non accedens alicui substantiæ, sit vt ipsum infinitum nõ sit diuisibile. nõ omne quod diuidi potest, aut est magnitudo, aut multitudo. Sed si est indiuisibile, nõ est infinitum, nisi fortè infinitum dicatur quia pertransiri nõ potest, etsi pertransiri natura nõ sit, vt vox dicitur inuisibilis, quia videri nõ potest, etsi videri natura nõ sit. Cæterum non est hic disputatio de infinito in hac uisificatione, neque qui infinitum ponunt, hoc modo intelligunt, neque nos ita infinitum (inquit) inuestigamus, sed vt infinitum dicitur quod pertransiri non potest præ magnitudine aut multitudine. non igitur infinitum est essentia aliqua per se. Rursum si dicatur infinitum esse accedens alicui substantiæ, sit vt infinitum quatenus infinitum non

non sic elementum eorum, quæ sunt, sed substantia illa cui accidit esse infinitæ, erit elementum: ut nemo dicit inuisibile per se esse elementum orationis, sed vocem, et si vox inuisibilis est. Rursum arguetur quod non possit esse infinitum separatum, & ve essentia per se, nã (inquit) neque erit illud infinitum numero, neque magnitudinem: quare neque omnino erit infinitum, siquidem infinitum per se est passio numeri aut magnitudinis: quare necesse est minus separari posse infinitum à substantia, quàm magnitudinem & numerum, quorum passio est. Cum igitur cõfiter magnitudinem & numerum non posse esse in substantia aliqua, cõstat quoque neque infinitum esse posse essentia aliqua per se. Præterea, alio argumento (inquit) inanis est non contingere, infinitum esse ut quod actu sit, & ve substantiam & principium rerum. Nam aut habebit partes, aut non habebit: si haberet, erit etiam quævis eius pars infinitum: nã in essentia separata à materia, & simplicibus, id est id quod sunt, & suum esse, id est, sua ratio & definitio, ut humanitas & humanitatis esse, contra ac in concretis & compositis contingit, aliud enim est homo, & aliud hominis esse, & aliud candidum, & candidi esse: ergo si infinitum est quædam essentia separata à sensibilibus, & rerum principium, idem est infinitum & esse infinitum: cõstat verò partibus infiniti (si partes habet) accidere infiniti esse, ergo quævis à illius pars est infinitum, quæ erit partibile in infinita: hoc autem est falsum, quia multa infinita esse non possunt in eodem. Accidit vero id, nã ut quævis pars aeris est aer, ita quævis pars infiniti infinitum, siquidem essentia quædam est & principium. Si hæc res esse sine partibus & impartibilibus, hoc quoque est falsum: nam quod actu est infinitum, necesse est quantum quidam esse (dictum enim est infinitum esse passionem quantitatis) sed quod est quantum, est partibile, si perest ergo infinitum non esse per se, sed secundum accidens, id est, ut accidens alicuius substantiæ. Sed si ita dicatur, monstratum prius est, fieri ut infinitum per se, & quatenus tale, non sit principium rerum: erit enim principium, non infinitum ipsum, sed illa substantia cui accidit, ut aer, aut aqua, aut quæcunque alia ponatur esse, ut super declarauimus exemplo yucis, scilicet inuisibile non est per se orationis elementum, sed vox, et si vox est inuisibilis. Abiur-

dè ergo (colligit) loquuntur, ita dicentes, ut Pythagoræ dicunt, nam simul dicunt ipsum infinitum esse essentiam quandam per se, & esse rebus principium diuisionis: quare essentiam & principium faciunt, & diuidunt. quæ omnia pugnantia esse monstratum est.

¶ Sed fortasse hæc questio est magis vniuersalis, an possit esse infinitum & in mathematicis, & in intelligibilibus, & in his quæ nullam habent magnitudinem: nos verò inuestigamus sensibilia, & de his methodum insinuimus, num sit in ipsis, an non sic corpus infinitum, in incrementum.

Logicè ergo speculantibus, & huiusmodi videri possit, non esse, si enim est corporis ratio, quod est extremitate finitum, neque certe sit corpus infinitum, neque intelligibile, neque sensibile, sed neque numerus ita ut separatus, & infinitus, numerari enim potest numerus, aut quod habet numerum: si ergo quoddam numerabile est contingit numerari, et percurrere; etiã cõtinget quod est infinitum. Physicè autè contemplantibus ex his quid em, neque enim compositum esse potest, neque simplex. Compositum quidem non erit infinitum corpus, si infinita multitudinè elementa sunt: necesse enim est multum esse, & æqualitatem semper habere contraria, & non esse in ipsis infinitum. Si enim vnicuique vincitur vis quæ in vno est ab alio, ut signis finitur, aer autem infinitus, est autem equalis ignis equali ad facultate quantumlibet maior, solum autè numero aliquo habet eodem modo, constat infinitum vincere & corrumpere

finium. Quodcumque autem infinitum esse non potest, corpus enim est quod omni ex parte habet extensionem, infinitam autem quod sine fine est extensum: quare corpus infinitum omnino ex parte erit extensum sine fine. Sed neque unum & simplex esse potest infinitum corpus, neque, ut dicitur quidam, quod præter elementa ex quo hæc generentur, neque simpliciter sunt enim quidam qui hoc faciunt quod infinitum, scilicet non æterem aut aquam, ut non alia corrumpantur ab illorum infinito: habent enim mutam contrarietatem, ut aer quidem frigidus, aqua autem humida, ignis vero calidus, quorum si aliquod esset infinitum, corrupta certe essent iam alia. Nunc autem aliud esse dicunt id ex quo hæc: sed non potest tale aliquid esse, non quod infinitum (de hoc enim commune quiddam dicendum de omni similitur, & ære, & aqua, & alio quocumque) sed quod non sit huiusmodi sensibile corpus præter vocata elementa: quodlibet enim in illud dissolvitur ex quo est, quare esse quidem sic præter æterem & ignem, & terram, & aquam aliud quiddam, videlicet naturam nullam, neque quidem ignis, neque aliud ab aliquo elementorum potest esse infinitum. Omnia vero erant, præter quorum esse in se non aliquid ipsorum impossibile erant totum, etiam si sit infinitum, aut esse, aut fieri unum aliquid ipsorum, ut tractatus dicebat, omnia fieri aliquid idem ignem, eadem autem extensum, & ne ipso uno

quale faciunt præter elementa Physici. Omnia enim mutantur ex contrario in contrarium: ut ex calido in frigidum. Oportet autem & ex omni, & ex his speculari, an possit an non possit esse corpus infinitum sensibile.

¶ Desinit modò Arist. questionem, quam agitare coeperat, utpote uniuersalem, magis quam ad Physicū spectet, & ut Metaphysicam, an sit infinitum aliqui nō in corporibus sensibilibus solum, sed etiam in mathematicis, & in rebus intelligibilibus, & carētib; omni magnitudinē. Nā Physicus inuestigat passiones solum rerū sensibilib; (naturalium enim corporū) de his infinitum methodū & doctrinā: quare illud unū spectat ad illū disputare, an sit in sensibilibus corpus infinitum in incommensurā, id est, infinitum magnitudinē, an non. Nunc Arist. in hac questione probare nō esse tale quodpiā infinitum, ut utiq; primū argumentū quibusdam, quæ vocat Logica, quia primum est a definitione ad definitū secundum a cōiuris, quæ sunt rationes Logicæ argumentandi deinde aliis, quæ dicunt esse magis Physicæ, quia veritas habent, non tam in ipse figura argumentationis, quam in rerum naturis, prima sunt hæc. Ratio, id est, definitio corporis est hæc, corpus est quod est extensum finitum, ergo quod est infinitum nō potest esse corpus, neque intelligibile quidem neque sensibile. Est aliud argumentum, sed neque numerus possit esse ut separatus a rebus, & infinitus, id est, sed neque numerus potest esse aut separatus a rebus, aut infinitus, nā omnis numerus, & omne quod habet numerum potest numerari, sed infinitū non potest numerari, ergo si est infinitus numerus, est in numeris, id est, quod passim numerari, quare & per se esse erit cōtingit spariū, aut corpus infinitū sit, utrob; sunt inuicem, & cōtradictionē continent, ergo nō potest esse infinitum in sensibilibus. Hæc sunt argumenta quæ vocat Logica. Adde, Physicū autē cōsiderandū est, utrius quidem, id est, sit autem qui naturaliter perpendere ex his argumentis fuerit manifestum non esse infinitum in sensibilibus. Argumentum primum est inuicem, si esset infinitum corpus, aut simplex esset aut compositum, sed unum horum

est, ergo nullum tale est. Cōpositum quidē
 nō erit, si elementa sunt multitudinē finita:
 nam necesse est multa esse & cōtraria, vt pro-
 batum primo libro de omnium vniuersa est.
 Deinde necesse est cōtraria equalitatem ha-
 bere in potētia, & nullum illorum esse infi-
 nitum, quare est finitū multitudinē, quorū
 nullum est in finitū magnitudinē, nō
 possit fieri corpus infinitum. Sed neque sim-
 plex potest esse corpus infinitum: nā aut es-
 set elementorum aliquod, aut elementorum
 quodcūque aut vnum aliquod corpus præ-
 ter elementa ex quo hæc generentur, vt o-
 pinabatur quidam antiquorum, nullum ho-
 rum esse potest. Non posse autem esse ali-
 quod elementorum infinitum, ita probat.
 Si enim vtrunque vis vnus sit maior quā
 alterius, & vnus est infinitum, & alia fini-
 ta: corrumpetur quod est finitum ab infi-
 nito, vt si ignis finitus, aer verō est infinitus,
 est autem æqualis ignis æquali aëri, fa-
 cultate quantumlibet maior, solū autem
 numero aliquo habens eodem modo, id
 est, æqualis portio, ignis est quantumlibet
 potentior quā æqualis illi portio aëris,
 dummodo numero aliquo sit potentior, vt
 decuplo, aut centuplo, aut vtrunque libet,
 cōstat infinitum corrumpere finitum. Nam
 quācumque quælibet pars finiti vincat
 quamlibet partem æqualem infiniti poten-
 tia, vincit tamen, si numero aliquo vincit,
 secundum aliquam proportionem, vincit-
 tur verō finitum ab infinito multitudinē
 partium æqualium supra omnem propor-
 tionem: ergo finitum corrumpetur ab in-
 finito. Sed neque fieri potest, vt quodcūque
 elementorum sit infinitū, & vt sint multa ele-
 mēta. Nam corpus est quod omni ex parte
 habet extēnsionem, infinitum ergo corpus,
 quod omni ex parte habet infinitā extēnsio-
 nē: quare si vnū sit infinitum corpus, nullus
 locus alteri corpori potest esse relictus, nā
 illud extra quod aliquid est, aliqua ex parte
 finitum est: nō ergo potest esse mixtū, neque
 aliquod, aut quodcūque elementum. Sed
 neque vnus & simplex esse potest infinitū
 corpus, vt quidā dicūt, præter elementa ex
 quo elementa generētur, vt ex infinita quadā
 rerū materia. Sūt enim quidā, qui hoc ita po-
 nūt infinitum, nō autē aërem, aut aquā, aut
 aliud elementorum, ne scilicet cōtingat, qd
 nō per argumētābatur, vt alia elementa cor-
 rumpantur ab eo, quod in illis est infinitū:
 nā cum elementa habeāt mutuat cōtrarieta-

tem vt aer quidē frigidus, aqua humida, ignis
 calidus, si eorū aliquod esset infinitū cor-
 rupte certē essent iā alia. Proinde quidā hoc
 argumētum effugiēt, aliud esse dicūt cor-
 pus ex quo elementa fiāt, vt ex materia id quod
 esse infinitum, & cū nullo alio habere cōtra-
 rietatem. Sed nō potest tale aliquod corpus
 esse, nō quod in finitū de hoc enim commu-
 ne quiddā dicēdum de omni similiter, & aë-
 re, & aqua, & alio quocūque, id est, nō quidē
 solū quod infinitum: de hoc enim an possit
 esse infinitum corpus, eō vnus ratio est, &
 de hoc & de alio quouis corpore, sed quia
 nō est præter vocata elementa corpū aliquod
 sensibile huiusmodi, quod sit illorum mate-
 ria. Nā quodlibet corpū dissoluitur in illud
 ex quo fit, si ergo ex aliquo tali corpore fieri
 sēt elementa, in aliquod tale dissoluerentur,
 essetq; hic apud nos tale aliquod corpus, vi-
 deatur autem nullum esse, nō enim sentitur:
 sentiretur verō si esset corpus, ac sensibile:
 igitur nō est tale corpus infinitum. R. repetit
 rursū Arist. breui prius dicta argumenta
 dicens, Neque ignis, neque aliud aliquod elemē-
 torum potest esse infinitum: omnino enim
 præter quā quod esse aliquod ipsorū infinitū,
 possibile est, vt prius est probatū, impossibi-
 le etiā totū, etiā si sit finitum, aut esse, aut
 fieri vnum aliquod ipsorum, vt Heraclitus
 dicebat omnia fieri aliquādo ignem, id est, si
 ue sit vniuersum finitum, siue infinitū, hoc
 per sese est absurdum: omnia aliquādo fieri
 vnum quod tamē sequi si aliquid ponatur
 infinitum, prius diximus. Quia videlicet
 est infinitum illud aliquādo cōlumeret reli-
 quā, vt Heraclitus dicebat aliquādo omnia
 fore ignem, quia ponebat ignem esse cōmu-
 rationum omnium & rerum principium.
 Atque (addidit) eadem ratio est, id est, idē
 argumētum procedit de vno illo quod dixi-
 mus potere præter elementa Physicos. Nā
 omnia mutantur ex cōtrario in cōtrarium, vt
 ex calido in frigidum, ex quo illud ex quo res
 fierent, nō posset nō habere cōtrarietatem
 cum illis: quare si esset infinitum, illas rati-
 dem omnes cōhereret. Itaque cōcludit A-
 rist. ex quocūque horum & ex his omnibus
 speculari oportet, an possit, an nō esse cor-
 pus aliquod sensibile: ad id quod denuo dispu-
 tationi multa argumēta. Sed nobis antequā
 veniamus ad reliqua, sunt perpendenda di-
 ctorum quadā. In primo argumento eorū
 quæ vocat Physica videtur Arist. imper-
 fecta partitione vsus: nam inquit corpus

Obiectio.

infinitum aut est simplex, aut compositum, probat primum non esse compositum, si (inquit) elementa finita multitudine sunt, sed quid si elementa infinite multitudine possunt, aut non poterit ex infinita multitudine corpus colorum consistari corpus infinitum? omnino ergo Aristot. memb. am hoc partitionis, aut fuisse ei per obidiam non posse elementa esse multitudine infinita, a hōq; videtur accipere, quod est in dubio.

Dilat.

Sed mihi videtur Aristot. accepisse elementa non esse infinita multitudine, quasi per barum iam libro primo in ea disputatione, quae habita est aduersus Anaxagorā. Itaque non accipit quod deberet probare, sed quod prius probauerat in hoc ipso opere. Sed est rursus perpendendū argumentū illud, quo credendum monstrare, si elementū aliquod esset infinitum, esse illud reliqua quibuscumq; habeat contrarietas corrupturū. Nā, inquit, et si possent elementū quod est finitū, esse in singulis partibus potentius, eo quod est infinitū, si tamē numero aliquo, aut proportione sit potētius, fore ut ab infinito corruptur, quippe à quo partū multitudine infinita se supra omnē proportionem superetur. Quod argumentū omnino videtur inane, nisi omnes partes ab aliis omnibus eiusdem corporis inter agendum iuuarentur. Nam sicut si corpori infinito ab una parte admoventur corpus finitum, sed multo potentius secundum partes singulas, non solum non corruptur finitum ab infinito sed etiam corruptur semper illius partes aliquot, est profectū reliquum erit semper infinitum, at qua quod infinitum est detractone finitum non potest finitum reddi. Quod verū ita continget, ut diximus, hinc constat. Si non omnes corporis alicuius partes operentur simul, illę partes profectū quę operantur, non erunt infinite, quare à finito corpore, sed potētiori possint vinci, ac corrūpi. Hac de causa multi eorū, qui de re Physica scribunt opinati sunt omnes partes eiusdem corporis in quāvis actione cōspirare, quādoquidem dicunt actiones nō esse partū, sed rei totius, eamq; vii suis partibus: quare si infinitas habet, infinitas et. Sed hæc opinio mihi videtur aperte falsa. Nā finita haberet, ut dicunt, neq; aquę fontium, neque puteales per citatem mediā, neque medicamentū quoddam, neque de nitque res alia quępiam posset ad motum corpori magis refrigerare, quam aqua marina. Nam nulla equa esse

possit, quę frigoris intensioe magis vincat aquam marinā, quam partium multitudine à toto mari superetur, tamen expectentio sentitur multo magis refrigerari hominē per mediā astatē in altissimū puteū demissum, quam immensum in oceanū. Unde ergo ad actiones omnes cōspirant partes omnes corporis. Neque certe adiones rerum simplicium, & omogenearū tribuuntur toti per se, sed per se in partibus, à quibus aguntur, ex accidenti toti, ut alia pars igitur domū Anchisę, alia domū Priami inflānsur, est fortasse etiam unū perpetuumq; incendium. Itaq; eodē incendio ambę domus cōflagarunt, sed factū partes diuersas: non itū quę vis eo ignis qui in ipsam incidit, quę ei erat non lōgo intervallo cōtinuatur. Sed si hoc ita dicitur, quid de Aristotelis argumentof an est inanet non certū. Nā Aristot. ponit in argumento corpus compositum ex elementis, quorum aliquod sit infinitum: cōstat verō in misto non posse partes elementi cuiuspiā à partibus alterius elementi lōge distare, ne quę eatenus ut non agant in sese mutuo, aliter non sine igni missione perfecta: quare si ex elemento infinito, & aliis finitis elementis mistum corpus fieret, finita corrumpereatur ab infinito: Sed hic rursus inueniuntur quiddam quod omnino fieri non potest, nō finitū nō potest cū infinito misceri: oportet enim finitum in infinitis partes actu duci, ut cum partibus infinitis corporis misceretur, id verō fieri non potest: verē tamē Aristot. dicit si id ponatur, fieri ut finita corrumpantur ab infinito. Illud aliud argumentum, quod addit, non videtur esse satis firmum: nam (inquit) corpus est, quod in omnem partem habet extensionem, infinitū quod est sine fine, ergo infinitum quod in omnem partem habet infinitam extensionem, hoc, inquam, non videtur mihi rectē cōcludi, nam quo corpus sit infinitum, satis est si non omni ex parte sit finitum: qui enim ponit cælum esse magnitudine infinitum, nō ignorant illud ab hac parte qua continet aërem habere extremā superficiem. Dicunt enarratores, id corpus nō esse finitū simpliciter, quia non omnem in parte. Neque certe Aristotelis satis erat, ut monstraret, nullum corpus esse finitū, quod hoc loco erat institutum, non monstrare nullum esse omnem in parte infinitum, quare aut argumentum est debile, aut capiosum. Sed nō accipit Aristot. neq; enim possunt, neq; debet esse

Dilat.

Expurgatur Aristot. notis et omnia

An autem
cuiusque
partes
inhabent
sunt totum.

omnia firmisimam illos accuso, qui omnino sine iudicio legi Aristotelem volunt, quique si ait, aut negat, negant: Animaduersione etiam dignum est Aristotelem hoc loco aërem frigidum dicere, cum tamen in aliis omnibus locis statuat eum esse valde calidum: tamen scire oportet solere non raro grauissimos auctores, cum quidpiā docent, exempla inferre ex alienis placitis, si scilicet ea exempli doctrinae presenti nihil detrahatur. Ita fecit hoc loco Arist. qui cum poneret elementa contrarietatem habere, accepit ex placitis Stoicorum aërem esse frigidum, nihil curans hoc loco verè an falsè id dicatur. Sive enim aër frigidus est, sive calidus, elementa certè contrarietatem habent. Vnde fit perspicuum, veram esse illam vulgarissimam Philosophorum sententiam, exemplorum non requiritur veritas. Ego quidem aërem neque frigidum, neque calidum esse alibi dixi, sed hoc ad praesentia nihil facit, neque hoc casus indiget plurius.

Exempla
ut semper
vera.

CAPVT SEXTVM.

¶ Omnino autem non posse esse infinitum corpus sensibile, ex his est manifestum. Nam enim est quodlibet sensibile alicubi esse, & est locus aliquis cuiusque, & idem totius & partium, ut & totius terra, & vnus glebae, & ignis & scintilla: quare si similitum partium est, aut immobile erit, aut semper mouebitur. atque fieri non potest, cur enim potius infra quam supra, aut vbiubi alibi dico autem ut si gleba sit, vbi illa mouebitur, aut vbi manebit? infinitus enim locus congeneris illi corporis. num igitur occupat vniversum locum. sed quomodo? que igitur & vbi quies & latio illius? an vbi que manebit: nõ mouebitur igitur? nõ vbi que mouebitur? non igitur consistet: si autem multiforme est totum: multiformes & loci. Et

primum quidem non vnum corpus totum, sed contractum. Deinde aut finita haec erunt, aut infinita secundum speciem, atque finita esse non possunt: erunt enim alia infinita, alia non, si totum infinitum, ut ignis, & aqua. Interitus autem erit huiusmodi, contrarius, ut dictum est prius: & haec de causa nullus Physiologorum quod vnum & infinitum fecit ignem, aut terram, sed aut aquam, aut aërem, aut illorum medium, quia locus vtriusque manifestus est & finitus. Haec verò ad vtrumque locum pertinent, supernum & infernum. Si autem infinita & simplicia, & loci infiniti, & erunt infinita elementa: si verò hoc fieri non potest, & definiti loci, & vniuersum definitum esse est necesse. Fieri enim non potest, quin locus & corpus aequalitatem habeant: neque enim locus aliquis maior, quam ut possit corpus simul esse, corpus autem infinitum neque simul erit, neque corpus maius, quam locus: aut enim vacuum erit aliquid, aut corpus nullibi natum est esse.

¶ Nõ posse esse corpus sensibile infinitum, incipit Arist. monstrare. Animaduertendū; hic primum est, quo haec dictio explicari potest, codices hac in parte esse vitiatos, atque scripta esse perturbato ordine verba illa. Et haec de causa nullus Physiologorum quod vnum & infinitum fecit ignem, aut terram, sed aut aquam, aut aërem, aut illorum medium. Scribenda enim forent statim post verba illa, Num vbi que mouebitur non igitur consistet, nam vbi modò sunt scripta omnino reddunt sensum ineptum, ut cuius attendenti legenti erit perspicuum, Quod enarratores, cum id quod moneo, non intelligerent, malè torfit.

Emenda-
tar videtur.

Ego igitur perinde sermone hūc Aristotelis explicabo, ac si ita essent verba scripta ut monui. Igitur (inquit) non esse corpus aliquod sensibile infinitū cōstat. Nā aut illud esset similitum partium, aut multiforme: si primum, fieret ut aut semper moueretur, aut semper quiesceret; quod fieri non potest. Quod verò ita fieret probat, nā quodlibet corpus sensibile natum est alibi esse, estque cuiusque rei locus proprius. Atque idem est in corporibus similitum partium, locus totius & partis, ut idem locus est totius terræ, & vnius glebæ, & totius ignis, & vnius scintille: cur ergo pars aliqua illius corporis infiniti, quæ sit ut terræ glebæ, mōuebitur magis sursum, quam deorsum? aut cur erit potius supra quam infra, aut alibi. Nam locus infiniti occupabit totum infinitum locum. Sed hoc, quomodo? quasi dicat nullo modo? aut vbi que loci quiescet, & ita nullibi mouebitur, aut vbi que loci mouebitur, & ita nullibi quiescet; quare aut semper mouebitur, aut semper quiescet.

Et hæc de causa (addit) nullus Philosophorum id quod vnum & infinitum posuit esse signum, aut terram, sed æterem, aut aquam, aut illorum medium, ut Thales, & Anaximenes, & Anaximander: quia scilicet infinitum non potest esse adstrictum loco definito & certo, neque est quiddam magis sursum quam deorsum spectat: ignis verò & terræ est definitus locus, ignis supra, terræ infra, mediæ tamen ad utrumque spectant. Itaque si corpus illud infinitum similitū partium sit, dicta incommoda fierent: si verò multiforme esset eorum, & haberet diuersas specie partes, multiformes etiam loci erunt: herique primum ut infinitum illud non sit verè vnum, sed solum contactu, & quod dicunt per aggregationem; quare iam non dabitur corpus aliquod vnum, quod sit infinitum. Præterea aut ille partes sunt secundum speciem infinitæ, id est, aut sunt partium infinitæ species, aut finitæ, atqui neutrum videtur verum. Nam si sunt finitæ, necesse est aliquas illarum esse infinitas magnitudine, nam aliter si omnes partes essent numero & magnitudine finitæ, totum non posset infinitum. Si autem aliquæ partes essent infinitæ, ut ignis, aut aqua, huiusmodi pars interitus esset cōtrarius, id est, corrumpere alias, ut dictum

est superiori capite: quare rursus fieret reliquis corruptus infinitum simplex, nō multiforme, sed ita ut priora incommode.

Si verò partes illius corporis sunt infinitæ secundum speciem, fiet ut sint infinita elementa, & eūdem sit vicinij: sius locus, sint in finiti loci. Si verò hoc fieri nō potest, ut certè non potest, sit ut loci sint definiti, atque ut sit definitum vniuersum. Nam si locus est finitus, vniuersum non potest esse infinitum, neque si vniuersum finitum, locus potest esse infinitus: fieri enim non potest quin locus & corpus habeant equalitatem, neque enim locus maior est, quam ut possit corpus capere, ac simul cum eo esse. Corpus autem infinitum cum loco finito nō simul erit, neque omnino corpus maius, quam locus erit simul cum loco, aut capietur à loco. Neque minus corpus cum maiori loco: nam aut vacuum erit aliquid, si locus e. maior corpore, aut corpus nullibi existens, si corpus maius loco. Igitur hæc omnia huc tendunt, vt monstrat Aristot. sic rectè dixit, si loci erunt finiti, & vniuersum finitum. Vnde constat magno opere errare quosdam enarratorū dicentes, illud quod de corpore & loco dicitur, esse argumentum caprum à simili: dum tamque esse similitudinem à loco mathematico ad locum naturalem. Certè qui hanc meam enarrationem erit assequutus, non poterit illam non irritare: nam omnis locus naturalis rei, est, aut potest esse illius locus actu, quare potest illam capere: non ergo opus est ad hanc rem simili aliquo vti, sed de eo ipso argumentari, ut explicuimus. Verūm a-nimaduertendum hic est, argumenta hæc Aristotelis ed tendere, vt probent nullum corpus naturale interitui obnoxium, eorum inquam, corporum, que intra caelum sunt, esse infinitum: nā que colligit, nisi de his solum corporibus intelligerentur, non essent absurda. Nam fieret (inquit) ut corpus illud aut semper moueretur, aut semper quiesceret. Quid tum postea non nō his corpus semper moueretur nisi quod caelum quod empireum vocant, est, semper quiescit: Ita argumento illo non fit nullum esse corpus sensibile infinitum, sed nullum eorum quæ sunt interitui obnoxia. In illa parte argumenti qua Aristot. dicit si simul essent multæ partes secundum speciem, alique illarum essent finitæ magnitudine, & alitæ infinitæ: quare infinitæ corrumpent finitæ.

125. Omittit per oculo dubio aliam diuisioni partem, scilicet aut essent omnes magnitudines infinite: fortasse id prateriuit, ut omni no improbable, sed aliorum pleraque foret praterenda, fortasse quia proximo cap. quod est huius libri quintū id referauit, ita scribens, Quodcunque autē infinitū esse nō potest, corpus enim: est quod omni ex parte habet extensionem, infinitū autem quod sine fine est extensum: quare infinitū corpus omni ex parte erit extensum sine fine. Sed argumentū illud superiori capite indicauimus nō esse admodū efficax, quodcunque tamen est, nō minū probat nō posse esse vñ infinitū, & reliqua finita, quā nō posse esse omnia infinita: quare aut hęc pars diuisionis foret hic addenda, aut illa etiam praterenda. Neque verum est omnino si quod corpus est infinitum, id occupare totū locū, nihilq; esse extra illud (quanquam huic argumentū videtur Arist. multū fidere) nā si singas cælū esse in infinitū expansum, certē infinitum sit, nō enim sit magnitudinis certitāmē extra illud erunt hęc elementorum loca. Nō posse esse infinitū cælū qđ in circulū mouetur, Arist. demonstrat. de Cælo. sed si quis supra id cælum quod circulo agi videmus aliud poneret quietū, & infinitum, haud scio, an cōuinci posset. Tamē corp⁹ nullū eorū quę naturalia vocant, quęq; habent in sese principii mot⁹ infinitū esse posse, Aristot. demonstrat partim hic, partim illic. Quod hic dicit Arist. nō posse esse infinita secundū speciem, videtur simpliciter petere sine probatione: sed ex iis que disputata sunt aduersus Anaxagorā lib. 1. accipit modō. Proinde quāsi mōstratum iam sit, dicit, si verō hoc fieri non potest. Quāsi dicat, Cū verō mōstratum iam sit hoc fieri non posse.

¶ Anaxagoras autem absurdē dixerit de infiniti mansione: firmat enim ipsum seipso natura infinitum. Hoc autem, quia in seipso, aliud enim nihil continet, quasi vbi aliquid sit, naturam ibi sit esse, hoc autem non est verum, posset enim aliquid esse violentia alicubi, & non vbi natum est esse. Si igitur quod maximē non mo-

uecur totum (quod enim in seipso firmatur, & in seipso est, immobile esse est necesse) sed cur non sit natū moueri dicendum fuit, non enim sari erar ita dicentem effugere. Sit enim & quodcunque aliud non motum: sed natum esse, nihil prohibet. Quandoquidem & terra non fertur, neque si infinita sit, venient tamen à medio: non quod non est aliud quod feratur, manet quidem in medio, sed quod non est natum ita moueri: atque licebit dicere eā firmare seipsam. Si igitur neque in terra hac est causa quod infinita sit, sed quod grauitatem habet, graue autem manet in medio, terra autem in medio. Eodem modo & infinitum manebit in seipso ob aliquam aliam causam, & non quod infinitum: & firmabit ipsum seipsum. simul autem manifestum oportere & quantilibet parte manere. Ut enim infinitum in seipso manet firmatum, ita & quancunque partem acceperis, in seipso manebit. Nam totius & partis similes sint loci, ut totius terra & glebę, infra: & totius ignis & scintille, supra: quare si infiniti locus quod in ipso, & partit ipsa manebit igitur in seipso. Vniuersim autem manifestum, impossibile esse simul, infinitum dicere corpus & locum aliquem esse corporibus: si omne corpus sensibile, aut grauitatem habet, aut leuitatem: ac si quidem graue, in medium habet naturam latonem: si autem leue, sursum. Necesse enim est et infinitū corp⁹ esse,

impossibile autem est totum verumlibet, aut dimidium verumque pati. Quomodo enim dividetur aut quomodo infinitum erit, hoc quidem supra illud verum infest aut extrinsecum, aut medium. Præterea omne corpus sensibile in loco, loci autem species & differentia, supra & infra, ante & retro, dextrum & sinistrum, hæcque non ad nos solum & positione, sed in ipso vniuerso definita sunt, non possunt autem in finito esse hæc. Omnino enim si non potest locus esse infinitus, in loco autem corpus quodcumque, non potest infinitum esse corpus. Verum tamen quod alicubi, in loco, & quod in loco, alicubi. Si igitur neque quantum potest esse quod infinitum (quantum enim alicubi erit, ut bicubium, aut tricubium, hæc enim significat quantum) ita & quædam in loco, quod alicubi. Hoc autem aut supra, aut infra, aut in alia sex positionem: hoc verò quodcumque finitum est. Non esse igitur actum infinitum ex his sic manifestum.

¶ Anaxagoras, cum rogabatur de loco infiniti, respondebat infinitum firmari se ipso, esseque in seipso: alud enim nihil continere ipsum infinitum. Refutat hanc responsionem Aristoteles, viturque multis aliis argumentis in propositam sententiam. Ita, inquit, respondet Anaxagoras, quasi vbi aliquid sit, ibi tantum sit natum esse, quod tamen verum non est: possit enim aliquid esse extraneum locum, & non vbi natum sit esse. Igitur posset etiam illud infinitum esse sit in se ipso, tamen natum esse fieri alibi, nisi id dicitur: Anaxagoras, quia totum illud in seipso est, & non potest moueri (quod enim in se ipso firmatur, & in seipso est, ut non possit alibi fieri immobile esse est necesse) sed dicendum fuit illi cur illud infinitum non sit

narum moueri, non enim satis erat ita dicere, tamen non adhibita, est fugere: nam & quæcumque alia res possit esse quæta, etiam eam natam esse moueri nihil prohibet, ut terra in medio quæta est, atque ita etiam æther, et si sit infinita. Verum tamen quiesceret in medio, quia non est alius locus in quem feratur, sed quia ob grauitatem non est nata à medio recedere: at qui liceret dicere terram firmare se ipsam. Verum igitur terra est infinita poneretur, non hac causa firmari se ipsa, essetque quæta, non, inquam, quia infinita, sed quia grauis, ita infinitum illud maneret in seipso, non quia infinitum, sed ob aliam causam: hoc ergo erat Anaxagoras explicandum. Denique infinitum est in seipso, & quælibet eius pars erit in seipso, nam id est locus totius, & partis, constat verò hoc esse falsum. Partes enim in toto sunt, non in se ipso, hæc sunt aduersus Anaxagoram disputata. Vniuersum autem argumentum (inquit) manifestum est, impossibile est simul esse corpus aliquod infinitum, & corpus quodlibet habere locum proprium: nam omne corpus sensibile graue est aut leue (hic quoque speret consistit quædam præter mundum, Aristoteli differere se corporibus cælestibus & interstitiis ubi noxiis, nam cælum neque graue neque leue est, quod graue est, natum est ferri in medium, quod leue sursum & à medio, necesse est ergo & infinitum corpus esse graue aut leue, id tamen esse tale est impossibile: nam impossibile est totum esse vtrumque, graue scilicet & leue: impossibile etiam dimidiatum illius partem esse grauem, & dimidiatam esse leuem. Næ quomodo diuides infinitum enim non sunt duæ partes æquales. Neque infinitum possit esse alia pars supra, alia infra: aut quomodo erit medium ad quod ferantur grauis, & extremam ad quod ferantur leuis? Præterea omne corpus sensibile est in loco, loci autem differentie sunt supra infra, ante retro, dextrum & sinistrum, hæcque non ad nos solum facta colatione, sed per se, sed & in ipso vniuerso de finitum sunt hæc differentie (has differentias esse in cælo & vniuerso hic accipit, & s. de cælo autur monstrare) in infinito autem non possunt esse hæc differentie: nam quæcumque harum differentiarum finis est. Præterea locus non potest esse infinitus, nam locus finitum id quod continet, sed quodcumque corpus est in loco, ergo nullum corpus potest esse infinitum. Quod verò omne corpus

corpus aut in loco, ita prout tunc corpus est alicubi, quod alicubi est, in loco aliquo est, & quod in loco est alicubi. Igitur si neque quantum potest esse quod infinitum (quantum enim aliquid aut est, ut bicubi, aut trubicurum, aut certe aliter mensuratur) & quod alicubi est, est in loco, non esse infinitum actu ex his constat, nam si corpus est quantum, si quantum, non infinitum: si alicubi aut supra, aut infra, aut in alia sex differentiarum scilicet, aut tardus, in dextra aut sinistra parte, haec differentiae sunt finis, ergo nullum corpus potest esse infinitum.

Hic argumentis probat Aristor. non esse corpus infinitum actu, quorum pleraque de corporibus intra caelum tantum concluduntur. Caelum non esse infinitum ex figura & motu, probat primo de celo, ut patet quae hic & illic dicuntur, facile constat, nullam virtutem partem esse infinitam, neque ipsum virtutem, quamquam non potest esse demonstratione convinci, si quis ponat supra caelum quod motu agitur, infinitum corpus & immobile. Sed non est verisimile esse tale corpus: otiosum enim & nullius usus gratia, sed replendi, locum precipue nullum, esse immensum corpus. Quare illud verisimile esse censeo, quod & Aristor. affirmat, nullum corpus esse infinitum.

CAPVT SEPTIMVM.

¶ Constat autem multa impossibilia accidere, si omnino non sit infinitum, temporis enim erit principium aliquod, & finis: & magnitudines non diuisibiles in magnitudinem, & numerus non erit infinitus. Cum autem his ita definitis, neutro modo videatur posse contingere, arbitro est opus. Atque manifestum est, quodammodo quidem esse, quodammodo autem non: dicitur autem ipsum esse, aut potentia, aut actu. Et infinitum aut est additione, aut deductione: magnitudinem autem non esse infinitam actu, dictum est, di-

uisione vero est, non enim difficile est rollere lineas indiuisibiles: superest ergo potentia esse infinitum. Non oportet autem quod potentia est accipere, ut si potentia hoc statua est, quod erit statua: ita & infinitum aliquid, quod erit actu. Sed quandoquidem multis modis dicitur esse, ut dies & certamen est, quod semper aliud & aliud sit, ita & infinitum, etenim in hoc est, & potentia & actu esse. Olympica enim sunt, & quod possit esse certamen, & quod sit: aliter autem & in tempore manifestum est infinitum & in hominibus, & in diuisione magnitudinum: omni enim ita est infinitum, quod semper aliud & aliud accipi possit. Et quod acceptum quidem est, semper finitum sit, sed semper quidem aliud & aliud. Praeterea ipsum esse multis modis dicitur: quare, infinitum non oportet accipere, ut hoc aliquid, ut hominem, aut domum: sed ut dies dicitur, & certamen, quibus esse, non ut substantia quaedam contingit, sed semper in ortu & interitu, etsi finitum, semper tamen aliud & aliud. Verum in magnitudinibus manente eo quod accipitur, hoc euenit: in hominibus autem & tempore, ut corrumpantur, ita ut non deficient: quod autem secundum additionem idem quodammodo est, quod secundum deductionem. Nam in secundam additionem finito contra sit, quatenus enim diuisum videtur in infinitum, eatenus coniunctum videtur ad finitum: nam in magnitudine finita, si quidem accipiens aliquis finitum, rur-

sum accipiat eadem ratione, nō ipsam eandem rationis partem accipiens, nō pertransibit ipsum finitum. Si verò ita augeat rationem, ut semper accipiat aliquam eandem magnitudinem, pertransibit; quia omne finitum perit quocunque finito: aliter ergo non est, hoc autem modo est infinitum, potentia enim & detractio, & actū quidem est, ut diem esse dicimus & ceteramen, & potentia, ita ut materia, & nō per se, ut quod finitum est, & secundū aduersionem ita infinitum potentia est. Quod idem dicimus modo quodam esse secundum detractioem, semper enim aliquid illius extra erit accipere: non tamē superat omnem finitam magnitudinem, quemadmodum diuisione superat omnem finitam, eritq; minus: quare omnem superare secundum aduersionem, ne potentia quidem possibile est, si quidem non est secundum accidens actū infinitum, ut dicunt Philosophi, corpus extra mundum, non ut substantia, aer, aut aliud huiusmodi infinitum: sed si non potest esse infinitus actū corpus sensibile hoc modo, manifestum quōd ne potentia quidem sit secundum aduersionem, sed ut dictum est, contra factum ac diuisione: quandoquidem & Plato hac de causa duo infinita faciebat, quod & secundum accretionē videtur superare, & in infinitum ire, & per detractioem. Faciens ergo duo non tantum eis videtur, neque enim in numeris secundum diuisionem infinitum est, sit enim unitas minimam: neque secundum accre-

tionem, nam ad decem vsque facit numerum, contingit autem contrarium esse infinitum, atque dicunt, nō enim extra quod nihil, sed extra quod semper aliquid est, hoc infinitum est. Indicum autem, etenim anulos infinitos dicunt, eos qui non habet palmam, quia semper aliquid extra est accipere, per comparationem quandam dicentes, non exactē quidem. Oportet enim hoc quoque accidere, & nūquam idē ipsum accipi: in circulo autem non ita fit, sed semper id quod succedit; tum aliud. Infinitum igitur hoc est, cuius secundum quantum accipientibus semper aliquid accipere extra est, cuius autem nihil extra hoc est infinitum & totum. Ita enim definimus totum, cui partium nulla deest, ut hominem totū, aut arcam. Ut autem definimus quodcunque, ita & quod maximē & precipue, ut vniuersum, extra quod nihil est, extra quod autem est substantia, nō totum, quicquid absit, totum autem et perfectum aut idem omnino aut conuētū admodum natura sunt. Perfectū autem nihil non habens finem, finis autem extremum, quare melius putandum est Parmenidem, quā Melissū dixisse: ille enim infinitum totum dicit, hic autem totum finitum esse, distans equaliter à medio. Non enim lino ne clere est toti & vniuerso infinitum: quādoquidem inde magnū illud de infinito cōcipiūt, quod omnia continet, & omnia in seipso habet, quod habet analogiam quandam cum toto. Est enim infinitum perfectioris

magnitudinis materia, & quod potentia est totum, actu autem non: diuisibile autem & ad contrarietatem, & ad contrariam adiectionem. Totum autem & infinitum non secundum sese, sed secundum aliud, & non continet, sed continetur quatenus infinitum, quapropter ignotum quatenus infinitum, speciem enim non habet materia: quare manifestum magis in partibus ratione infinitum quam in totius, pars enim materia totius, vt as greca statua.

Quandoquidem si continet in sensibilibus & intelligibilibus, magnum & paruum oportebat continere intelligibilia: absurdum autem & impossibile, & interminatum continere, & terminare.

Quam haecenus probauerit Arist. simpliciter non esse infinitum, modo probat, neque illud esse verum, omnino non esse infinitum: colligitque non esse infinitum simpliciter, quodammodo tamen esse, explicatque quomodo sit, refutatque multa eorum quae ab antiquis dicta sunt. Primum omnium dicit, multa sequi quae non possunt esse vera, si ponatur omnino nihil esse infinitum, nam tempus erit finitum, si nihil est infinitum: quare temporis erit principium & finis: hoc autem si quis solam rei naturam consideret, videat esse impossibile. Praeterea magnitudines erunt quae non sint in partes magnitudinis alicuius diuisibiles, si scilicet non omnis magnitudo est in infinitum diuisibilis. Praeterea numerus non erit infinitus, quod colligit Arist. vt omnino falsum, quia nullus numerus est, qui non possit fieri maior: ergo (inquit) cum bis ita definitis, neutro modo videatur posse contingere, neutra, inquam, assertio videatur esse vera, neque esse infinitum magnitudine, aut numero, neque omnino non esse infinitum, arbitro est opus, qui decidat hanc controuersiam: constatque quodammodo esse, ac quodammodo non esse infinitum. Docet itaque Arist. infinitum

nullum esse actu, esse tamen infinitum potentia, explicatque quid vocet potentia infinitum. Esse (inquit) dicitur aliquid potentia aut actu: & infinitum potest esse, aut adiectione, vt numerus & tempus: aut detractio, vt magnitudo. Magnitudinem autem non esse actu infinitam dictum est, & diuisione omnis magnitudo est infinita, id est, in infinitum diuisibilis: non enim difficile est tollere lineas indiuisibiles, id est, non difficile est probare diuisionem magnitudinis non posse procedere vsque ad lineas indiuisibiles, ergo magnitudo est infinita potentia: quare potentia est infinitum, non actu. Non tamen oportet hic accipere (inquit) nomen potentia, vt cum dicimus res est potentia statua, quia potest fieri statua, vt ita infinitum potentia sit, quod erit aliquando in infinitum actu. Nam infinitum potentia aequum erit infinitum actu, vt numerus, est adiectio: vnitarum crescat in eternum, nunquam tamen infinitus actu numerus prodibit. Ita que accipitur hic potentia infinitum, vt quod potest esse actu: sed quandoquidem esse multis modis dicitur, actu scilicet & potentia, vt dies & certamen est, & quod semper alia & alia pars succedit: ita infinitum est.

Etenim & in infinito est potentia & actu esse, scilicet quod est infinitum adiectione partem est actu, partim potentia, vt tempus & eternus motus, quia semper sit alia & alia eius pars. Ita est res quaelibet quae sine permanentia est fluens, vt olympici ludicrant ludi sacri Iouis) partim sunt, partim esse possunt, sicut enim cum sunt. Dicit deinde non eodem modo esse in infinitum in tempore, & hominum successione (haec sunt exempla infiniti ex adiectione) & in magnitudinum diuisione (hoc est exemplum infiniti ex detractio) nam ita infinitum (inquit) hoc est infinitum vt tempus & hominum successio, est infinitum, quia semper aliud & aliud accipi potest, & quod acceptum est semper est finitum, sed semper superest aliud & aliud: infinitum vero vt magnitudinum diuisionem, non ita. Praeterea, esse multis modis contingit, scilicet est aliquid permanens aut fluens, permanens vt homo, aut domus, flues vt dies, aut certamen: infinitum ergo ex adiectione, non (inquit) potest accipi vt hoc aliquid, aut vt res permanens, vt homo, aut domus: sed vt dicitur dies aut certamen, quibus non contingit esse vt substantiam quandam, sed semper in ortu, & interitu, id est,

in successione, aliis partibus ortis, aliis inter-
euntibus. Atque etiā id quod præterit sem-
per in finitum est, semper sit aliud & aliud,
vt semper abeunt et tempore, aliud tempus
succedit, & intereuntibus hominibus na-
scentur alii. Exactum verò tempus finitum
semper est, & homines, qui intererunt, fue-
runt, nunc et futuri (ponimus nunc fuisse
initium temporis) infinitum verò ex detra-
ctione est, vt permanentes quidam in ma-
gitudine finibus cum diuiduntur manente co-
quod accipitur hoc continet, id est, manē-
te magnitudine quæ diuiditur, contingit di-
uisionem in infinitum procedere. In homi-
nibus verò & tempore euenit, vt semper
corruptantur, ita tamen vt non deficient,
quia scilicet semper alii & alii succedūt, vt
dictum est. Itaque Aristot. hoc loco duo hæc
affirmat: infinitum additione semper esse in
rebus, quæ non permanent, sed fluunt: dein
de docet id quod exactum est, infinitum quod
est additione, nunquam esse infinitum. Vi-
debitur tamen fortasse consideranti, vt non
que esse falsum: nam primo in hominibus
dicit esse infinitum additione, tamen constat
hominis esse in numero rerū quæ perma-
nent. Deinde si Deus arbori alicui inde
ret eam notorā, vt in æternum durās, nun-
quam ab incremento desineret, aut cumulo
lapidum, in æternum incessanter quæ fieret
accessio lapidum, aut si des mihi mundum
nunquam interiturum, & hominū animos
esse immortales, constat eius arboris magni-
tudinem, & lapidum, & animorum quæ multi-
tudinem esse infinitam additione: et si profe-
cto & lapides & arbores & animi hominū
permanerent. Sed neque alterum quod af-
firmat videtur esse verum: nam si mundus
ab æterno est, vt ille cæset, tempus exactum
infinitum est, quin & infiniti homines ante
nos sunt: geniti: nam si finiti essent geniti,
cum nullus eorum tempore infinito vix-
erit, finito tempore fuerint ortus & interit,
quare non ab æterno, si ergo ab æterno, infi-
niti iam fuerūt, tum est eorum successio infi-
nita ex additione: igitur non necesse est id
quod est iam exactum infinitum ex additione
esse finitum. Hæc obiectio prima fa-
cile dilui potest: nam tamen si homo quiuis
res quædam permanens sit, hæc autem ho-
minum series qua oriuntur & intereunt, sem-
per fluunt: reliquæ tamen nō possunt dilui, ni-
si dicas Aristoteli non id affirmasse, quasi
ca sit infinita ex additione natura, vt perma-

nentibus rebus nō possit accidere, sed quasi
nullis huiusmodi accidat. Nam nihil est in
natura rerum simile illi arbori, neque illi la-
pidum cumulo, vt paulo infra docet idem
Aristot. de animalū immortalitate vix pos-
sis scire quid sentiat Aristot. verum enim ve-
ro nobis quibus nihil videtur magis proba-
bile, quàm animum immortalem esse, etiam
deposita fide, non est negandum, quicquid
Aristot. dicat, si nominum ortus nunquam
esset cessaturus, esse infinitum additione nu-
merū animalorum, rerum aliōquī permanen-
tium. Dices, eadem fides quæ te docuit ani-
mos esse immortales, docuit hominum or-
tū cessaturū: quare nō erit numerus infini-
tus additione (infinitum additione vocant
vulgo infinitum: synecdochegorematidē) est
ita. Sed si hominū series nō est infinita, neq;
tempus, neque aliud quicquid: quare si quid
piam & numerus animalorum, est si perma-
nentes sunt. Igitur nobis quibus diuinis or-
aculis est confirmatum, sitendum aliquan-
do tempus esse dicendum est, nihil reuera
esse infinitum additione: tamen si rei natu-
ram per se contemplerur est quidem infi-
nitum additione, quod non minus in reb;
permanētibus, quàm in iis quæ fluunt, quod
Aristot. quoque rationi eius infiniti non re-
pugnare meis argumentis cogitur concedere,
re, quin esse etiam reuera in rebus permanē-
tib; nō neget animos esse immortales, aut
esse singulis hominum singulos: nam ponit
mundum nunquam interiturum. Sed satis
arbitror aperte iam probauit infinitum addi-
tione in rebus permanentibus posse esse: quod
dicit Aristot. id quod est transactum infiniti;
ex additione non posse esse infinitum, ve-
risimum esse videtur: nam additio per par-
tes finitas, aut vnitates, vnitates addita nihil
aliud potest, quàm commutare numerum,
infinitum facere præter omnem intellectū
est. Tamen hinc apertum sit, mundum hūc
aliquando cæpisse, atque factum esse: nam
si post hæc non poterit successio hominum
infinita facere, neq; hæcenus potuit, eadē
enim serie successerit hæcenus homines.
Quæ succedent post hæc si nō potuit, nō
fuerunt homines infiniti, si finiti, finiti etiā
tempus fuit, vt dicebamus, quare incepit.
Igitur si rectè Aristot. censeat (id autem rectè
censeat) additionem infinitam non posse fa-
cere infinitum, deceptus est prius modū
ab æterno fuisse. hoc alterius loci est doce-
re, hic obiter diximus, quis ad præsentis lo-

Re hęc ad
infinitū
additione.

Infinitum
additio
ex rebus
permanētibus.

Ad hęc in-
finitū
fuisse
hæcenus ob-
ter.

Obiectio
1^a.

Dilectio

et narrationem erat necessarium. Sed venio ad reliqua huius capituli. Dicit deinceps quod secundum additionem est infinitum, quodammodo esse idem quod secundum detractionem: nam divisione infinita corporis fit numerus partium additione infinitus, atque idem infinitum est detrahitio magnitudinis, & additio numeri: non tamen proinde finitum additione, est etiam finitum detractione, quin potius finitum additione contra fit, scilicet in magnitudo additione finita est, detractione infinita. Nam corpus, quatenus dividitur potest in infinitum, est coniunctum ad finitam magnitudinem, nam in magnitudine finita, si quidem aliquis accipiens partem finitam, rursum accipiat eadem ratione semper dividens, ut dimidiatam semper partem eius quod superest, aut semper tertiam, aut semper quartam, non tamen semper accipiens eandem partem ratione, ut cubitalem semper, aut bicubitalem, non quoniam pertransibit ipsum finitum corpus, neque finietur divisio. Si verò is qui dividit ita auget rationem divisionis, ut semper accipiat aliquam eandem magnitudinem, pertransibit quidem totum corpus: nam omne finitum, quantumvis magnum sit, perit quocumque finito, quantumvis exiguo, detrahitio continentur. Ergo colligite aliter non est infinitum: hoc autem modo est infinitum, potentia enim est & detractione. At qui si quomodo dicimus esse infinitum actum, id quidem est solum, ut dicimus esse diem, & certamen (scilicet ut sunt res quae fiunt, sicut quoque, quas non tam potest dicere esse quam sic sequitur infinitum, potentia infinitum, ut materia est potentia ea res quae fieri potest: & non quidem est per se, ut quod est finis omnium finitum finitum est, quia actum est tale, ut statua sit actum statuae infinitum verò dicitur non quia actum est, sed potentia, ut cera quae fit statua, est potentia statuae: & infinitum secundum adiectionem: ita est potentia, quod idem dicimus modo quodam esse secundum detractionem: infinitum adiectione non potest fieri in magnitudinibus nisi per earum divisionem in infinitum crescentis numero: id verò est etiam infinitum divisione. Quod verò non potest aliter fieri, ita probat. In infinito per adiectionem semper est accipere aliquid extra id quod acceptum est, nam aliter non fit infinitum: non tamen potest aliqua res superare omnem magnitudinem, facta maior quacumque ma-

gnitudine, ut contra divisione potest quacumque finita fieri minor: ergo superare omnem magnitudinem secundum adiectionem, ne potentia quidem possibile est: si quidem non est secundum adiectionem actum in finitum, ut dicunt Philosophi corpus extra mundum (sentebant quidam Philosophorum extra caelum esse infinitum corpus, quod in finitum secundum accidens, vocabant, quia nulla mundi huius pars est, ut ignis, aer, aqua, aut terra, aut caelum, sed quasi actuum & accidens) non ut substantia, quae est aer, aut aliud huiusmodi: sed, si non potest esse corpus aliquod sensibile infinitum actum hoc modo, manifestum sit ne potentia quidem esse infinitum secundum adiectionem: quare infinitum corpus solum erit, ut dictum est, contra factum & divisione. Constat Aristotelem in hoc argumento accipere ex lib. 1. cap. 4. rem nullam crescere posse ad quantumcumque magnitudinem, sed esse omnibus molem quandam, ultra quam non possunt produci: nam aliter non valerent haec argumentaria, si non potest esse corpus aliquod sensibile infinitum actum, neque potentia esse possit infinitum secundum adiectionem: nam monuit ipse Aristoteles, hic non dici infinitum potentia quod in finitum potest fieri actum, nam neque divisione venire possumus ad multitudinem infinitam actum: quare si quod corpus poneretur semper crescens, esset quidem infinitum per adiectionem potentia: et si non sic quidem posset aliquod infinitum actum fieri. Ergo quod Aristoteles hic docet, nihil aliud est, quam quia nullum corpus potest naturaliter (non enim igni, aut aeri, aut substantiae alicui simpliciter gratia sit natura: repugnat vel in infinitum crescere) quantumcumque crescere, nihil posse esse secundum adiectionem infinitum. Dices, si corpus aliquod crescat semper, ita tamen ut sequens hora femp̄t assertat minus in clementi eo quod prior hora attulit, idque aliqua proportionem, ut si cubitalem longitudinem hac hora comparavit, sequenti comparet cubiti partem alteram, aliam tertium quartam, aliam octavam, atque ita deinceps, poterit crescere in finito tempore, quin fiat infinita magnitudo: quare erit infinitum secundum adiectionem. Sed considera Aristotelem non negat se omnino esse posse infinitum adiectionem, sed dixit: omne infinitum adiectionem esse hoc idem quodam modo infinitum detractionem. Itaque non esse infinitum adiectionem, quod

quod detractio non fit, id verò quod ponitur, ut ad additionem corporis erat infinitum, ita & detractioe perit. Sed videtur, si quia nullum corpus potest quantumvis crescere, negant Arist. esse infinitum additione, debuisse etiam negare esse detractioe infinitum, quam doguimus quarto capite. libidem Arist. docuit, non solum non posse corpus quantumcumque crescere, sed neque minui posse quantumcumque, sed quatenus nunc quaquam hoc loco videtur docere contrarium dicens, divisione superat omnem finem, eritque minus. Sed hic non est, quod Aristoteles accuerit, nam quaquam necesse sit quo fiat magnitudo secundum additionem infinita, ut corpus possit in infinitum crescere: non tamen necesse est quo divisione corporis alicuius in infinitum procedat, ut ad nullam exiguitatem non possit corpus venire. Nam si singus corpus bipedale secundum alteram bipedalitatem diuidi per partes proportionales vocatis, & eas particulas quot deciduntur eorum victis corporibus, certè divisione procedit in infinitum & nullum corpus fieri quiddam magnitudine minus. Ita quod Arist. hic dicit quemadmodum divisione omnem superat, eritque minus, ita intelligo, divisione superat omnem divisionem, eritque semper inuisio minoris partium, aliter hoc, quod obiter dicitur, erit falsum, assertio nihilominus de divisione infinita erit vera. sed venio ad reliqua capitula. Confirmat deinceps id quod nuper dixit, scilicet esse infinitum secundum additionem & secundum divisionem ex sententia Platonis, quem tamen obiter notat, ne quòd Plato nominetur sine calumnia. Hac de causa (inquit) Plato faciebat duo infinita, magnum scilicet & paruum, quorum alterum secundum additionem, alterum secundum detractioem esse infinitum. Notat tamen illum dicens, etsi fecerit duo infinita, non tamen eis uti, neque deinde rectè tractatis, & consentaneè esse loquutum: nam numerus potuit principium infiniti, tamè constat numerum non posse in infinitum diuidi, siquidem eius divisio procedit usque ad unitatem quæ est indiuisibilis. Neque verò (inquit) secundum additionem: nam Plato ad denarium usque dicit numeri accretionem procedere. s. de legibus, & aliis locis. Hoc loco quibus intelligit scilicet calumniam: nam Plato conferens rerum principia cum numeris, materiam & principia diuidendi,

*¶ videtur
esse Platonem
calumniam.*

& infinitatem contulit cum dualitate: nota tamen proinde infinitum in solis numeris ponit, sed in omni genere eorum quæ secundum magis & minus dicitur: sed est in numeris ponat infinitum, quid magis est calumnia simile, quam colligere, si numerus ad denarium solum procedit, & reliqui numeri ultra denarium veluti reflexione quadam & repetitione priorum fiunt, non posse numerum in infinitum crescere: nonè Aristoteles ipse dicit celi motum, & alium quemvis circulem infinitum esse, etiamsi non aliter potest esse infinitum, quam repetitione multarum circuitionum? Verum sententia Platonis de infinito prius etiam diximus. Colligit deinde Arist. ex dictis definitione infiniti, dicens non esse idoneam illius definitionem, qua alii utebantur nempe extra quod nihil est, mouere contrarium, scilicet, infinitum est extra quod semper aliquid est. Id verò probat ex vulgari quodam sermone: dicit enim homines anulos eos qui carent pala (pala anuli est ex in qua solet esse gemma) in infinitos esse, quia semper aliquid est accipere ultra id quod acceptum est: non tamen (inquit) id exactè homines dicit, sed comparisonem quadam. Nam oportet ut infinitum exactè sit, hoc quoque accideret, ut nunquam illud idem accipiat, quod prius acceptum est, sed nouum semper aliquid: in circulo autem, ut anulo, non semper est quod accipitur aliud ab us omnibus quæ accepta sunt, sed id quod succedit soli aliud est à proxima parte, & ea cui succedit. Itaque infinitum est illud cuius secundum quantum accipientibus, semper aliquid accipere extra est. Contrarium autem cuius videlicet nihil est extra, hoc est finitum & totum: nam totum ita definim, est cui nulla pars desit, ut totus homo, & tota arca: il cui nulla pars desit. Ut autem definimus rem quæcumque ita & quod maximè & precipue est, totum scilicet mundum, quod est totum simpliciter, definire debemus. Ut vnuersum est extra quod nihil est, illud autè extra quod est substantia aliqua, non est totum quæquod desit. Sed totum & perfectum aut omnino est idem, aut natura sunt admodum coniuncta: ergo totum est perfectum, perfectum autem nihil est quod sine caret, finis autem est extremum, ergo totum vnuersum quæ finitum est: nihil igitur infinitum. A nimaduertendum est confirmare hic Aristotelem sententiam suam de toto & finito ex communi

munj omnib; he. unj sermone arguere argu-
 mentatu esse a coniugatis, quod Latinis ver-
 bis aliquando redduntur. Et unius generis ra-
 men apertius dicitur, quod unum quodam Leti-
 nis perfectum Grecis, *πῶλον* id verò est
 idem si quis etymologiam consideret, quod
 finitum venit enim a *πῶλον* id est finis per-
 fectio dicitur Grecis *πῶλον* id est finitio.
 Animaduertendum hoc loco est definitio-
 nem hanc illud extra quod secundum qua-
 rum accipiantur, semper est aliquid acci-
 pere, non simpliciter esse definitionem infi-
 niti, sed illius tantum infiniti quod secun-
 dum se ratio naturam fieri potest, scilicet in
 finiti potentia. Nam infinitum actu non con-
 gruit, si enim ponatur mundus infinitus, et
 se magis quodam, certe extra illum nihil sit.
 Aristoteli tamen quia nihil infinitum actu esse
 putat ea definitione vitur, que infinito po-
 tentia solum quadrat: nihilominus alia ra-
 tio est, et alia definitio infiniti utriusque, &
 quatenus infinitum est, que non infinitum po-
 tentia solum, sed actu etiam est: non enim si
 infinitum actu esse non potest, ne que defi-
 niti quidem potest, potest eum intelligi, et
 si esse non possit, ut vacuum quidem defi-
 nitur, quod tamen non potest esse. Certe si
 ea que fieri omnino non possunt, intelligi
 ac definiti non possent, ne illud quidem pos-
 set in quaestione venire an sint, nam qua
 ratione diffinitio rerum que reuera sunt,
 continet rem ipsam, & id quod sunt: aliarum
 verò diffinitio continet rationem, qua intel-
 liguntur. Neque quidem ea diffinitio qua
 alii utebantur, infinita qua infinitum est, re-
 spondet: scilicet illud extra quod nihil est.
 Nam si singas vltra cœlum esse corpus infi-
 nitum, sit quidem illud infinitum, est extra il-
 lud sit cœlum & que cœlo continentur:
 non ergo infinitum est, extra quod nihil est,
 nisi addas ea parte qua infinitum est: Illud
 enim corpus ea parte qua cœlum tangeret
 finitum esset, atque ea solum parte esset ex-
 tra illud aliquid sed quia hoc dicitur, extra
 quod nihil est proprie, de sola magnitudi-
 ne dici potest, de multitudine tamen non ni-
 si analogia infinitum verò est in utroque: me-
 lius videtur infinitum aliter diffinire, ut ip-
 sis ratio, qua est infinitum, declaratur, scilicet,
 infinitum est quicquid sine atque extrin-
 sicate caret: sine carere aut actu, que poten-
 tia dici potest: potentia quidem est in nume-
 ro secundum additionem, in magnitudi-
 dine secundum subtractionem, in tempo-

te & motu utrobique modo & secundum ad-
 ditionem, & secundum subtractionem. Ac-
 tu verò infinitum nulla quantitas est, sed in-
 telligi potest in magnitudine, infinito pote-
 tia accidit illud, ut actu finem habeat, poten-
 tia non habeat: quare necesse est extra illud
 semper aliquid esse. Rationem itaque ha-
 bens Aristoteli infiniti, non quod intelligitur,
 sed ut reuera esse putaret, metum dixit est
 illud cuius secundum quantum accipientis
 bus, semper aliquid accipere extra est. Di-
 xit secundum quantum, quia infinitum &
 finitum de quanto dicuntur proprie, ut ip-
 semet Aristoteles lib. i. dixit. Tamen necesse
 est oportet & de aliis omnibus generibus
 eorum que dicuntur secundum mag-
 nitudo dici post analogiam quadam (docet
 Plato dialogo de summo bono) non aliter,
 & magnum & paruum ad ea omnia genera
 transferuntur, ut dicimus calorem magnum
 aut paruum, ita calorem, sapientiam, & potes-
 tatem & alia id genus finita, aut infinita. At-
 qui ut nihil in quanto est infinitum actu
 Aristoteli concedimus, ita negamus omni-
 no nihil infinitum esse, analogia scilicet.
 Nam Dei potentia, scientia, & iustitia infi-
 nita est actu, quod ob no. nimis usus mone-
 re huius loci fuit, sed probare est alterius.
 Ex dictis colligit Aristoteli melius Parme-
 nideum, quam Melissum: nam Parmeni-
 des rogatus cur vnum illud quod totum est
 se dicebat, non moueretur ac rueret, respò-
 debat, quia totum id est habetque partes
 distantes æqualiter à medio: quare cum non
 possit potius huc quam illuc iure, à sit ut
 quietes. Melissus verò perinde interroga-
 tus respondebat, quia infinitum est, & cum
 extra illud sit nihil, non est quod feratur, sed
 non est, inquit Aristoteli in libro de re-
 vera (erat hoc consuetum Grecis proverbium,
 quo etiam Plato in Eutidemo vitur), deest,
 consentanea & que coherere possit loqui,
 dicere, idem esse totum, & infinitum. Nam
 in de & illud magnum de infinito concepe-
 runt, quod scilicet omnia continet, quod infi-
 nitum habet quamdam analogiam cum toto,
 totum verò continet omnia. Sed falsum
 hoc est, videlicet infinitum habere analogiam
 cum toto: imouero analogiam habet
 cum parte, & repugantia cum toto. Nam
 infinitum est velut materia eius perfectio-
 nis, quam potest comparare magnitudo, &
 id quod potentia est totum, actu autem non
 nihilum monstratum est non esse infinitum
 actu

*Definitio
 actum que
 non possit
 esse quod ra-
 tionem con-
 tinet.*

*Dei infini-
 ta virtus.*

actu, sed potentia, hoc est, illud cui semper ad se potest aliquid, non deest. Perfectio magnitudinis est creata & fieri totum, igitur in quantum non est, ut quid actu est totum & perfecta magnitudo, sed ut materia potentiaque ut crescat, fiatque totum, igitur infinitum est ut materia totius & perfecta. Præterea, infinitum est diuisibile per se, & additione & deductione (nam tale infinitum esse huiusque monstrauimus) totum uero & finitum non est diuisibile per se, sed per partes, ergo hac ratione analogiam habet infinitum cum parte, quia est ratio diuisibilitatis, & cum toto repugnantiam. Atque infinitum, quatenus infinitum non continet, sed continetur, ut materia continetur in rebus, & pars in toto, atque infinitum quatenus tale est ignotum, nam est ut materia, species uero est rebus in omnibus ratio cognoscendi (hoc idem de obiectu est in finitum docuit, lib. 4. et illic hęc causas tacuit) cognoscitur uero in ratio sine parte, hoc est, per analogiam ad partem, quia infinitum est materia finiti, ut pars totus, & res greg statuarum cum parte habet magis analogiam, quam cum toto id quod est infinitum. Deinde notat obiter Platonis sententiam dicens, si magnum & paruū ut Plato dicit innata sunt, & continent omnia, & in sensibilibus, & in intelligibilibus, poterit magnum, & paruū intelligibilia contineri, & terminari. Tam cum infinitum per se tractata obliuiscitur & ignotum sit, intelligibilia uero sunt finita & nota natura, absurdum uideatur nomen ab ignoto contineri, finiti, & terminari. Et sic obicit in Platone, cum tamen Platonem non tam rigidè usum esse ostendit, ut quod continet, & eius quod continetur, sed ut naturam quoque dixit locum, & sedem præstita formis: quare dicit etiam continere materiam factam, & tamen terminare, & distinguere, ac totas facere. Sed lib. 4. hoc aperit: dicitur enim de inco diuitates, hoc casu non inungi debet.

CAPVT OCTAVVM.

¶ Secundum rationem autem coniungitur & id quod secundam additionem non uidetur esse infinitum, ut ut omnē

magnitudinem superet, secundum de tractionem autem esse: coniungitur enim inuis ut materia, & infinitum, continet autem forma. Secundum rationem autem hoc, in numero quidem esse versus minimum finē: versus plura autem semper omnē superare multitudinem. In magnitudinibus uero, contrarium nam versus minus omnē magnitudinem superare, versus maius autem non esse infinitam magnitudinē. Causa autem quod unum est indiuisibile, quodcumque unum sit, ut homo unus homo, & non multi, numerus uero est multa una, & quedam quantitas: quare necesse est consistere ad indiuisibile, nam duo & tria paronyma nomina sunt, ita autem & aliorum numerorum quibus. Sed versus plus semper est intelligere, infinita enim sunt in duas partes diuisiones magnitudinis: quare potentia quidem est, actu autem non: sed semper superat id quod accipitur omnem finitam multitudinē. Sed non potest separari numerus hic diuisus in duas partes, neque manet infinitas, sed fit, ut tempus, & numerus temporis. In magnitudinibus autem contrarium fit, & diuiditur in finita, quod continuatum est, ut materia autem non est infinitum: quantum enim potest esse potentia, tantum potest actu esse: quare quandoquidem in finita nulla magnitudo sensibilibus est, non contingere excessum omnium finium magnitudinis, esse enim aliquid esse in infinitum, autem non uidetur esse in maius, & magnitudine, & in parte.

pote, vt est vna quædam natura: sed posteriorius dicitur secundū id quod prius. vt motus quidem, quod prior magnitudo à qua mouetur, aut cōmutatur, aut augetur: tempus autē ob motum. Nunc ergo vtimur his, postea verò tētabimus dicere, et quid est quodque, et quapropter omnis magnitudo in magnitudines diuisibilis est.

¶ Colligit Arist. ex dictis quædam veluti corollaria. Primum est, infinitum secundū ad rationem non posse omnem magnitudinē superare: id verò quod secundū detractio nem dicitur esse tale, vt quancūque exiguitatē possit superare. Id quod probat hac ratione, infinitum est vt materia, & quod cōtinetur, hanc quaquā vt forma, & quod cōtinetur, si cōtinet aliquid omni magnitudine maius, illud infinitum esset vt forma & vt cōtinēs, esset enim infinitum actū, nota men hoc accidit, est si possit quod diuiditur infra omnem exiguitatem fieri: nulla enim res ita fit infinita actū, & vt forma. Hoc corollarium est, illud idem quod superiori capite dixit his verbis, Non tamen superat omnem finitam magnitudinem, quemadmodum diuisione superat omnem finitam, eritque minus. Quæ verba quandoquidē illic explicata sunt, si quid est hic difficultatis, illic repere. Secundum corollarium est, in omni numeri diuisione esse finem, in additione verò ac multiplicatione non esse finem in magnitudinibus verò contrā, additione non possunt quantumcunque crescere, diuidi verò in infinitum possunt. Cuius autem esse dicit, quod vnum, vt unitas est indiuisibile: quæcūque res sit vna, quatenus vna, est indiuisibilis, vt homo vnus non est multi homines, neque in multos homines diuidi potest: numerus verò quicunque est multæ unitates, & est quædam quantitas, vt quidam lapides, quædam ligna: quorū quodque et si quatenus quantum est diuisibile, sed nō quatenus vnum: ergo necesse est diuisionem numeri consistere ad indiuisibilem consistit enim ad unitates, nam duo & tria & aliorum omnium numerorū nomina paronyma sunt, id est, derivata, ab unitate scilicet: nam quiuis nu-

merus diffinitur ab unitate, estque aliquoties acceptæ unitates. vt binarius duæ unitates, ternarius tres unitates: nō enim ternarius est unitas cū binario per se, sed tres unitates. Nam si ternarius est binarius cum unitate, est quia binarius cum unitate sunt tres unitates, ergo hoc est per se. Neque sex est ter bis, vt bis ter, sed sextes vnū, vt dicit idē Arist. Metaphy. cap. de quali. Hinc fit, vt nullus possit ignorare triginta unitates esse numerum trigelimum, est ignorēt quidam triginta esse quinquies sex. Itaque numeri omnes habent nomina derivata ab unitate, quia resoluti possunt vsque ad unitates, quæ sunt indiuisibiles. Verū est hoc quod de ratione diffiniendi numeros Arist. hic innuit, & in Metaphy. docet nō accipere contradictione, quia videtur id quod diffinitur in diffinitione poni, cum dicitur, sex est semel sex. Sed hoc alio loco dicem, modò satis sit nosse id quod est verissimū, numeros omnes in unitates resoluti posse: quare omnis illorū resolutio finitur ad indiuisibile. Sed verius plus, id est, in multiplicatione numerorum, semper est intelligere plus atque plus, cogitatioque nullibi cōstitit. Nā diuisione corporis cōtinuati fit numerus multiplicatio, & diuisio corporis præcedēs semper per partes proportionatas nō cōstitit, ergo numeri multiplicatio nunquā finitur, igitur numerus potentia est infinitus, actū autē nō est infinitus: nūquā enim fit numerus qui nō possit numerari, sed semper id quod accipi potest superat omnē finitam multitudinē, id est, supra omnē finitā multitudinem est accipere. Sed nō potest separari hic numerus diuisionis in duas partes, id est, per medietates, aut per partes proportionatas, per se subsistere, neque infinitas numerus manet, & est actū, sed fit, & est potentia, vt & tempus nō tā est, quam fit, & numerus temporis, id est, hora & dies, & mēses, & anni: hæc scilicet omnia non sunt, sed fiunt. In magnitudinibus fit contrarium: diuiditur enim omne quod cōtinuatum est in infinita: versus maius autē, hoc est, crescendo nō potest abire in infinitū, nā corpus quodlibet partium potest fieri actū, quantum potentia est, quare fit, vt probatum est, nulla magnitudo sensibilis potest esse infinita, nulla magnitudo possit supra omnem magnitudinem crescere: nam aliter esset corpus aliud quod celo maius, quod fieri non potest, cum omnia alia intra celum contenta sint.

Certè quod ab Arist. hoc loco dicitur verum non est, atq; ex istis que dicta prius sūt aperte deducitur: tamen illud te monitum hic iterum velim, quod superiori capite dixit, infinitum additione in corporibus nō posse fieri, nisi idem infinitum detractioe fiat, atque infinitum ad trionem nūquam esse in re permanente: quodque modò dicit corpus non posse supra omnem magnitudinē crescere: atque corpus quodcūq; tātum esse posse actu, quantum poterit esse, nō habere demonstrationem ex ipsa infiniti ratione, neque ex ipsis corporū naturis: in infiniti rationi nō repugnat esse corpus aliquod crescens semper, quodq; nunquā infinitū actu fiat, neque ignis aut aqua aut aliquid aliud corporū simpliciter natur. sua habet definitum incrementi finē, ut primo lib. à me monstratum est. Sed habent hæc demonstrationē quandam Physicam, qua nō tam disseritur de infinito, quod intelligitur, quàm de infinito, quod reuera est, & rebus habentibus, ut natura amat, caelo cōcludere omnia, ipsoque figuram totundā omni ex parte terinēte, & nullū recipientē incrementum: quare quod Arist. modò dicit, atq; hæc rationem, quā id cōfirmat dicens, esse enim aliquid caelo maius, magnopere probò: illa verbū rationē argumentū ad quod in initio capitis in primo cō tollam cōfirmatione usus est, non possum probare, nē inquit, si corpus cū accēdo possit omnē magnitudinē superare, ut diuidendo superat unā exiguitatē, fieret ut infinitum actu cōingeret, quod est absurdum, cū infinitum sit ut materia, sed si ponatur corpus aliquod pedale, cui singulis horis accrescat noua pedalitas, idque in æternum, profectò corpus illud crescendo superabit omnem magnitudinem finitam: sed infinitum actu fieri nunquam, siquid nēque infinitū horē succedens. Itaq; ratio illa argumentū dī nō sōtū firma est, neq; aliter monstrari potest nullū corpus in infinitū crescere, neq; infinitū esse actu, quā possitis ut quæ de caelo, corporumque figura, & situ dixim⁹. Docet deinde Arist. magnitudinē, motū, & tempori nō esse simul, utique una natura, hoc est, nō esse simul naturā, in finitū actū corpus quod fertur, commutatur, aut augetur (nā hæc tria motus genera ponit Arist. de arte motuum, & motus ante tempus, motus enim est in corpore, & tempus est numerus motus: Sed nūc inquit) utitur his nominibus ad disputationē, po-

stea verò sequentibus scilicet libris tētabim⁹ nos dicere quid sit quodq; horū, corp⁹ scilicet & tempus. Et quæ de causā omnis magnitudinis sit diuisibilis in magnitudines sine fine: modò enim accepti hoc Arist. procedete sermone demonstrabit.

CAPVT NONVM.

¶ Neq; verò tollit sermo Mathematicorum cōtēplationē, negas ita esse infinitū, ut actu sit incrementū, ut imperi. a. si biles: neque enim nūc indiget infinito, neque vultur, sed solum esse, quantum volunt, finitū: nā eadem ratione qua maximam magnitudinem esse fecerit quantamcūque alteram magnitudinem: quare ad demonstrandum quidē modo illo nihil differre, esse autē in magnitudinibus existentibus.

¶ Obicitur aliquis ex dictis tolli omnē Mathematicorum cōtēplationem: quandoquidem dictū est nihil esse infinitum, illi verò vtuntur infinitis lineis ad multas demonstrationes: quin & in illorum principis est à quouis puncto posse lineam in infinitum protrahi. Huic objectioni tacitè respondet modò Arist. dicens non proinde tolli cōtēplationem illorū: nā illi nō indigent linea actu infinita, neque tali linea vtuntur ad demonstrationes: satis enim illi est, si detur quantam volent, et si finitam semper accipiant: nam vti possunt magnitudine maxima, ut maxima omnium linea. Atqui perinde erit de illa loqui, atque de alia maiori si esset: nam Euclides docet cuiusque lineæ quancūque aliam siue minorem, siue maiorem confectas, eadem proportionē ambas secari posse: non igitur indigent ad illo modo demonstrandum infinitio, quod actu sit. Neque refert quicquā sit an non sit: nam nō disputant de infinito quod sit, sed de eo quod intelligitur, esse tamen verè, atque actu in magnitudinibus, quæ existunt, contingeret, non in istis, quas tu ad libitum imaginaberis. Eadem ratione diluitur quoddam sophisma, quod neoterici inuexerunt de linea quadā,

illi vocant giratiam, & alia quædam quæ hoc loco, antequam liber hic cõcludatur, ob philosophicas iras libet recenfere. Quod vis corpus diuidi potest in infinitum, sed omne quod decidi potest de corpore cõtinuato latebat ante diuisionem in corpore, latet ergo in quouis corpore infinita partes: est ergo reuera partiu in infinitus numerus actu, quin & corpus ipsũ vide: ut esse magnitudine infinitum. Nam quæuis pars addit magnitudinẽ totius, si ergo infinite partes sunt, infinitu corpus cõlabitur. Sed hæc ita diluuntur: numerus infinitus non est, nam numerus sit decisione continuati, de cõsio infinita actu ne imaginatione quidẽ fieri potest, nam repugnat continuatum re solui ad indiuisibilia, & vtrunque imaginis resolutionem ad diuisibilia, diuisio fit finita: sed vt numerus est infinitus potetia, ita illa diuisio. Adde, nõ latent ergo infinite partes actu, cõcesserim, nam separari possent: ergo latent actu finita, negauerim, sed potentia infinita, hoc est, non tot quin plures fieri possint. Itaque finite actu nõ sunt, sed tunc quarum non est numerus definitus, ita habet tempus & æternus motus: cõruit ergo iam illud aliud argumentum de infinita cuiusvis corporis mole: non enim conceitatus corpus quoduis cõflictum esse ex infinitis partibus actu. At dices, oportet corpus quoduis esse maxime molis, quandoquidem ex infinitis potentia partibus, & innumerabilibus cõstitum esse nõ negauim? Certe si vt sunt innumerabiles, ita essent mole aliqua cetera nõ maiores, nõ maximum tollim, sed infinitum etiam corpus prodiret: nam corpus quod in certis magnitudinis parte possit in infinitum diuidi, infinitum esse actu: nunc verò non ita fit, sed vt diuisio longius procedat, ita partes minores sunt: quare vt multitudinis augenda non est finis, ita neque minue de partium molis: atque vt omnem multitudinem finitam partes superant, ita & omnem exiguitatem superabunt. Sed in hinc nascitur argumentum de ea linea, quã diximus vocari giratiuã, esto dicat, columna hæc habet secundum longitudinem infinitas partes: circũducatur ergo linea à principio ad finem columnæ, quæ toties per ipsam circũducatur quot partes habet: nam cum linea sit longitudo nõ obstat quo minus ambire omnes partes possit, vt est in hac figura. Constat illam lineam esse infinitam longi-



tudine actu, nã tot plicas habebit, quot columna partes: at qui quæuis plica habebit longior diuisionem maiorem diametris: latitudinis illius corporis. sed vt diximus, hoc eodem modo dicitur, quo Aristoteli obiectio nem: videlicet lineam infinitam esse Mathematici non negabunt, quippe qui disputant de infinitis lineis, punctis, & extrimitatibus, quæ intelliguntur perinde ac si essent. Physice res nõ non concedunt: nam corpus nõ cõstat ex indiuisibilibus, neque habet reuera pãctã, in eas, aut extremitates, sed quæuis pars corporis est corpus: quare illa linea est figmentum. Sed de Sophistarum neotericoru hæc sit satis diluere: nullum enim prætere est, quod te possit conturbare, si quæ dicta hæc ulque sunt intellexisti.

CAPVT DECIMUM.

Quando autem cause quadrifariã diuiduntur, manifestum est, vt materiam infinitum esse causam, & esse quidem ipsi priuationem esse, per se autẽ est subiectu quod cõtinuatum esse sitibile. Videtur autẽ alij etã omnes, vt materia vt infinito: quæ propter absurdũ est id quod cõtinet ipsũ facere, & nõ est cõtinuatur: reliquũ est agredi quibus rationibus infinitum esse videtur, non solum potentia, sed vt se paratum. Quædam enim illarum sunt necessaria, quædam autem habent alias quasdã veras obiectio: neque enim vt ortus non deficiat, necesse est infinitum actu esse corpus sensibile: possit enim vnus intentus alterius ortus esse, vniuerso existente finitũ. Prætereã, aliud est agere, aliud finitum esse: illud enim ad aliquid ex-

nam tempus, & motus, & cogitatio: si que non est, infini- est potentia scilicet: tamen magnitudo, neque dimissione, neque accretione intelligibilis est infinita: nā quantumuis auctam partes, potes augere magis: igitur neque cogitari potest infinitum aliter, quam potentia. Ego de hac secunda argumēti dilutione ita sentio, si quippiā per successionem auget rem aliquā in cogitatione, nū-

quam potest cogitatio ad infinitū actu peruenire, tamen potes tu sine cogitatione accretionis & successuionis cogitare, extra: ce lum esse infinitum corpus actu, quamquam ne hoc quidem est consentaneum, intelligibile tamē est. Sed de hac re probabilissima est Aristotelis sententia. Atque hic liber iā est iustum assequutus finem.

¶ Liber quartus de Natura. ¶

CAPVT PRIMVM.



Eodem modo est necessarium est de loco Physicū cōsiderare, an sit, annō: et quo pacto sit, et quid sit: omnes enim accipiunt ea quæ sunt esse alicubi, quod autem nō est nulli esse. Vbi enim est tragelaphus: aut sphynx: Vbi que motus species prima, et præcipua secundum locum est, quā appellamus lationem. Habet autem multis dubitationes quid locus sit, non enim idem profusus videtur considerationem capientibus ex omnibus quæ accidunt. Adhac, neque habemus quicquam ab alijs, aut dubitarum, aut inuētum de eo. Quod quidem igitur locus sit, videtur manifestum esse ex mutatione: vbi enim nunc est aqua, ibidē effusa aqua, ut ex vase, rursus aēr inest. Aliquando autem hunc ipsum locū aliquod aliud corpus obtinet, hoc autē aliud ab ijs, quæ continentur, et mutatur corpora, esse videtur. In quo e-

nim loco aēr est nūc, aqua in hoc prius erat: quare manifestū locū et regionē in quā, et ex qua mutabatur, aliud esse ab vtriusque. Præterea lationes ipsæ corpora naturā et simplicia, ut ignis, et re, et aliorū huiusmodi, nō solum declarāt esse locū, sed etiā eū vni quādam habere: ferunt enim quodcūque in iuū ipse locū nisi impeditur, aliud quidē sursum, aliud autē deorsum: hæ autē sunt loci partes et species, supra, infra, et reliqua positiones. Sunt autē hæ nō solum ad nos dextrū et sinistrū, et quod supra, et quod infra, nobis enim non semper idē est, sed secundam positionem vicāque conuertimur sit. Quapropter sæpe, dextrum, et sinistrum est, et sursum et deorsum, et antē et retro. In natura autē desunt sunt præter quæcūque: nō enim quod forte cōiugit supra est: sed quod ferit ignis, et quod leue est. Eodē modo et infra nō quod cōiugit, sed quod grauius, et terra, et quæ nō positione solū differunt, sed etiā facultate. Declarant autē et

Mathematica, quæ cum non sint in loco, velut secundum positionem ad nos habent dextra, & sinistra: quare solum intelligitur illorum positio, cum non habeant naturam horum quodque. Præterea, qui vacuum dicunt esse, locum dicunt: vacuum enim locus est vacuum corpore. Quod itaque est locus iuxta corpora, & totum corpus sensibile in loco, ex his aliquis posse accipere. Videtur autem & Hesiodus rectè dicere faciens primum chaos: dicit igitur, primum quidem omnium factum est chaos, deinde tellus vastissima, quasi oporteret priorem esse regionem rebus alijs: eò quod putaret, ut alijs, omnia esse alicubi & in loco. Si autem hoc ita habet admiranda quadam vis sit in loco, & prior omnibus: non enim sine illo quidpiam aliorum est, hunc autem sine alijs necesse est prius esse, non enim tollitur locus pereuntibus is qui eum continet.

¶ *Ordine modo Arist. disputationem de loco, de quo considerandum dicit primum, an sit, an non: deinde quomodo sit, deinde quid sit. Nam primum quidem esse omnino locum, manifestum esse videtur duobus argumentis. Primum, omnes homines accipiunt omnia quæ sunt alicubi esse, & quod non est omnino, nullibi esse, ut tragelaphum aut sphyngem dicimus nullibi esse, quia ne sunt quidem: ea verò quæ sunt alicubi sunt (hec de corporibus omnibus dicta intellige) igitur locum esse haud dubium videtur. Præterea, prima & præcipua species motus, quam vocamus lationem, est secundum locum: igitur cum latio sit, locus est. Tamen multas dubitationes habet, quid locus sit: quandoquidem (inquit) non idem prorsus videtur considerationem capientibus ex omnibus quæ accidunt, id est, non idem videtur fieri ex omnibus quæ motui accidunt: sed ex quibus*

dam videtur esse hoc, ex alijs illud. Sed neque (inquit) habemus quodquam ab alijs debitum, aut inuentum de illo. Itaque proinde dicit hanc questionem difficilem esse, quod de ea neque disputauerint priores Philosophi, neque quæquam inuenerint. Probat tamen locum esse, atque adesse esse aliud ab ipsa re quæ loco continetur, ex mutatione: nam ubi nunc est aqua, ibidem, cum aqua illinc vt ex vase effunditur, aer inest, atque aliquando aliud corpus exeat atque hunc ipsum locum obtinet, ergo hoc quod continet, id est locus, aliud esse videtur à corporibus quæ continentur, & mutantur per vicissitudines: nam in eo loco in quo prius erat aqua, est modo aer, igitur recedente aqua locus remansit, & antequam aer accederet, locus erat: quare locus ille, aut illa regio ex qua & in quam mutabuntur, aliud erat ab vtriusque, ære, inquit, & aqua. Adde deinde aliud argumentum ex differentia locorum, in quæ res naturales feruntur: quo inquit indicare non solum esse locum, sed etiam esse magnam loci vim. Nam quodcumque corpus naturale fertur in suum ipsum locum, nisi impediatur, aliud quidem fertur sursum, aliud deorsum: hæc verò sunt locorum differentia (suprà & infra, & reliquæ positiones, vt dextrum & sinistrum, antè & retrò: atqui hæc differentia locorum non solum sunt ad nos, nam nobis non semper idem locus est dexter, aut sinister, neque supernus, aut infernus, sed secundum positionem nostri corporis, vt conque conuertamur, mutantur: atque quod erat dextrum, fit sinistrum: quod antè, retrò. Quapropter sepe quod sursum nobis erat, fit deorsum, quod antè, retrò, conuerso corpore: tamen in natura, atque in hac rerum vniuersitate, definita sunt hæc præter quemcunque, id est, præter homines omnes: ad enim supra est, quod fortè contigit, sed ille locus in quæ fertur ignis, & reliqua quæ leuia sunt. Eodem modo, infra non est quod casu contigit, sed quod fertur terra, & reliqua grauiora: quia scilicet supra & infra in natura, non tamè positu differunt, sed etiã vi & facultate. Declarant hos modos locorum quo dicuntur ad nos, & quo simpliciter Mathematica, illa scilicet, cum non sint in materia per se, neque dextrum, neque sinistrum habent, neque super: nam neque infernum, tamen ad nos habent: intelligitur enim ad nos illorum positio, etsi per se ac natura non habeatur

in parte vas singas esse, siue (inquā) in regio-
ne terræ, siue aquæ, siue æris, siue ignis. Ta-
men si loca peterent hæc corpora per se, ac
non potius ordinem, nõ eodem modo mo-
uerentur, uocunque locata forent: quæ enim
pars intra cuius regionem vas loca, um effu-
cõtingeret, non moueretur, frõgeretur. enim
regione propria, mouetur tamen, idq; natu-
raliter, quia non fruitur ordine, quem per
se petebat. At qui si loca perunt, & illud vas
in loco ignis collocas, non ascēdet aqua per
terram naturaliter: nam eo moro à totius a-
quæ regione recedit, sed ascendet. Quis e-
nim dubitet, si portio aquæ sub portione
terræ in uale aliquo firmo in regione æris,
aut ignis locata sit, fore, ut terra portio per
aquam descendat, & aqua ascēdat per ter-
ream naturaliter: mouetur ergo aqua natu-
raliter recedens à loco, quem proprium esse
dicis, idque non vitandi vacuum gratia,
nullum enim tale periculum imminēbat,
sed ut compareret ordinem, quem expetebat
per se. Verùm de hac re non hoc solum lo-
co disputabimus. quid ergo, num aduersa-
mur modò Aristoteli, qui vim magnam esse
loca, & grauiā in medium ferri, & leuiā
à medio, non hic solum, sed sepe alibi dicit
non solum, sed ita interpretatur. Loci esse
magnam vim, loci scilicet naturalis, id est,
loci eius, quem naturalis ordo exigit: dici-
mus enim locum quo quæque loco sedere Docto-
res, cum locum suæ dignitatis quisque tenet:
quod cum dicimus, nõ curamus, quàm
longè ab sit quisque à polo, aut à meridie:
sed quo ordine omnes sint. Dicimus enim
eundem locum Rectore tenere, siue in thea-
tro sedeat, siue in senatu, siue in gymnasio:
quanquam rursus locum dicens (ordinis intel-
ligas) falsa erit assertio. Loci huius in rerum
diuersitate magna vis est, id est, hic natura-
lis ordo vim habet tantam, ut possit permo-
uere corpora omnia: nam eius comparandi
gratia omnia agitur susque deque. Quod
si ad medium mundi ferri grauiā, & à me-
dio leuiā dicit, verè id Arist. dicit, quia non
aliter possunt corpora dictum ordinem me-
litus comparare, sed non proinde loca ipsa
sunt per se, sed ordinis gratia. Hæc habui,
que de loco naturali hic dicerem, quæ Deo
concedente alibi magis declarabo. Quod
dicit, qui ponit vacuum, locum ponit, siquid
habet scrupuli, procedente sermone decla-
rabitur. Illud uero ultimum, scilicet locum esse
priorē alijs rebus, quidam ita declarant,

locum quatenus locum prius esse locato,
quatenus scilicet tamen haud est intellectu dif-
ficile, hoc esse falsum, & longè aliud ab eo
quod Arist. dicit. Nam hoc argumentum est
ut Arist. locus potest esse sine re, res uero
non sine loco, ergo prior est locus: sed con-
stat locum quatenus locum non posse ma-
nere sine eo quod continetur, si enim non
est locatum, neque locus, quatenus locus:
fuit enim hæc ad aliquid. Quod si dicat,
potest manere hic locus quatenus locus si-
ne hoc locato: Et hoc locatum potest mane-
re sine hoc loco: quare ita nihil interest, ne-
que locus est ante locatum quatenus talia,
sed sunt simul, ut que ad aliquid. Sed Ari-
sto. huius sophistæ sententiæ hic non mi-
nime, sed illud dicit, in componendis aut
construendis rebus, semper illud prius fieri,
quod aliud est accepturum, quod que futu-
rum est alterius locus, ut in constituenda
domo prius lactuntur fundamenta, & eri-
guntur nudi parietes, deinceps distinguitur
per generalia: in generatione animalis
prius lineæ, & fibra solidorum membris
ducuntur, deinceps replentur carnis parti-
bus. Ita cecinit Hesiodus in mundi fabrica,
primum terram factam esse, ut que ani-
lia, & plantas & alia huiusmodi esset cõten-
tura. Sed certè melius multo Moses, qui
principio cælum & terram constitisse dis-
cit, deinde alia omnia que in his continen-
tur, quem in hac parte merito supra Hesi-
odum, & alios mortales Arist. commendat
scitiquam uatem non agnosceret, sed
ut uanum est Philosophis legitur.

*Verum habet dubitationem, si est,
quid est: nunquid magnitudo corporis
alicuius, an alia quæpiam natura in-
uestigandum enim genus ipsius pri-
mum: dimensiones quidem habet tres,
longitudinem, amplitudinem, & alti-
tudinem, quibus definitur corpus om-
ne, sed non potest corpus locus esse,
in illo enim essent duo corpora. Præ-
terea quandoquid est corporis locus
& regio, constar, & superficiem esse
& aliarum extremitatum: eadē enim*

ratio est. Vbi enim etiam prius excita-
uitates a quibus sunt communi sunt et hinc
runtamen differrentiam nullam habere
omne puncti, et loci, puncti quare sub
hoc non differunt locum, neque a quo
pium aliorum. neque est quodpiam pra-
ter horum quodque locus. Quod enim
idem eandem ponamus esse locum ne-
que enim elementum, nec ex elementis
posse esse, quod hanc habet naturam,
neque corporeorum; neque eorum que
in corporea sunt, magnitudinem enim
haberi corpus autem nullum; sunt au-
tem, sensibilia corporum elementa
corporum: ex intelligibilibus autem ele-
mentis nulla magnitudo fit. Præterea
est aliquid etiam esse rebus lo-
cum ponit quis; nulla enim quatuor
causarum esse illi, neque enim in eo-
rumque sunt materia, substantiam ex
ipsis constat; neque ut species et ratio
rarum, neque ut finis, neque mouer ea
que sunt. Præterea, si ipse est aliquid
eorum que sunt, ubi erit? Zenonis eni-
nim dubitatio quandam rationem
querit; si enim omne quod est, in locis
est, constat et loci finium locum; ex
hoc in infinitum procedet. Præterea, si
quemadmodum omne corpus in locis,
ita et in omni loco corpus, quo ergo
modo de his que crescunt loquimur:
necessario enim ex his fit, ut eorum lo-
cus crescat; si neque minor, neque ma-
ior locus quacumque re. Ob hæc rei
sunt non solum quid est, sed etiam an est,
dubitatio est necessarium.

¶ In hac secunda capitis parte in contraria
partem dicitur Arist. non esse omnino lo-

cum, non quod ita sentiat, sed ut huius que-
stionis difficultate asperiat, atque obiter
questionem suam de loco arguat, quid lo-
cus sit. Habet (inquit) magnam dubitatio-
nem, si dicatur esse, quid sit: nunquid
locus est magnitudo, an alia quampiam natu-
ra; hoc est, ad quam categoriam referatur,
an ad quantum, an ad aliud rerum genus
inuestigari enim oportet, ut primum ge-
nus, hoc est, cuius rerum generis sit, & cui-
us categoriæ. Id vero videtur inueniri non
posse: nam locus dimensiones habet tres,
longitudinem, latitudinem, & altitudinem,
quod non videtur nisi corpori accedere.
Ab alia parte constat locum non posse esse
corpus, nam essent simul in illo duo corpo-
ra, alterum ipsius loci, alterum quod conti-
necur. Præterea, vres locus & regio corpo-
ris, erit & locus superficies, & aliarum ex-
tremitatum, hoc est, linea, & puncti: na ex-
tremitas superficies est linea, linee punctus:
nam eadem ratio est, quod sit locus hori,
& corporum, siquidem vbi prius erat extre-
mitas aquæ, ibi aliquando erunt extremita-
tes æris. Sed locus puncti non differt à pu-
cto ipso: nam non sit locus puncti diuisibi-
lis, sed duo indivisibilia non possunt simul
esse, quod non sit idem, ergo locus puncti,
& punctus idem est: quare & locus superfi-
ciet, & ipsa superficies & locus corporis, &
corpus ipsius:igitur præter res ipsas, que
alicubi sunt, nihil est locus. Quod rursum
alio argumento constat: nam aut esset ele-
mentum, aut ex elementis concretus, sed neu-
trū potest esse, quod habet naturā hanc, que
neque est corporeorum neque incorporeorum.
Quid vero rationē naturā habeat loci? probat,
quia habet magnitudinem, cum habeat di-
mensiones, tamen nullum habet corpus: cor-
porum verb elementa, corpora sunt, intel-
ligibilia autem elementorum (huiusmo-
di sunt vniuersales nature) nullum est ma-
gnitudo: quare locus neque in corporib⁹,
neque in incorporeis rebus est. Præterea, si lo-
cus aliquid esset in rebus, haberet aliquam
rationem causæ, sed nullam habet quatuor,
quas diximus esse: am neque ut materia
esset, quodam alio argumento, quod Zeno
nisi facile dicit, Si omne quod est, alicubi
est, & locus ipse aliquid est, loci quodque sit
alius locus, atque illius, alius, idque in infi-
nitum.

potest cuius motus non est, neque sursum, neque deorsum, locus esse: quare inuestigandus est in his locis, si vero in eodem loco est (oportet enim siquidem forma, aut materia est) erit locus in loco, mutatur enim simul cum re, & mouetur, & species, & in definitum non semper in eodem, sed ubi & res ipsa: quare loci erit locus. Præterea, quando ex aëre aqua est facta, perit locus: non enim in eodem loco corpus quod factum est, quare ergo in teritis: ex quibus ergo locum necessarium esse aliquid: & rursus ex quibus dubitabit aliquis de illius substantia, dictum est.

¶ Disputat Arist. in capite de loco, an sit forma, an materia, n̄ neutrum, sed aliud quiddam, nunc ex hoc, nunc ex illa parte argumenta producit: non aliò animo (nihil enim hic affirmando dicit) quam vt postmodum methodo colligat veram loci rationem, atque quid locus sit. Exorditur hic à distinctione nominis dicēs, quadoquid ē in quouis reum genere aliud est quod per se dicitur, aliud quod per aliud, vt homo alb⁹ pulsat lyram, non per se, sed per musicam artem, musicus verò per se. Atque vt in aliis generibus, ita loc⁹ aut per se dicitur, vt qui proximè continet rem, eamque solam, qui locus res est per se, & cuiusque proprius: aut dicitur per aliud, vt locus cōmunis omnium, aut multarum rerum, vt dicimus, hominē in caelo esse, quia in aëre, aër autem in caelo, & quod in terra est dicimus esse in aëre, quia terra est in aëre. Constat igitur ex his locum cuiusque rei proprium, qui que est per se, esse sum, qui continet rem quaque solam, extremitas ergo illa corporis cōtinentis, quæ circūscribit corpus quod continetur. Videti ergo possit locus esse forma, aut species: magnitudinis cuiusque, nā ille definit magnitudinem, aut materiā magnitudinis cuiusque, vt forma materiā propriam. Itaque ita considerantibus videbitur locus esse cuiusque species: tamē alia ra-

tionem (inquit) videtur esse materia. Nam locus videtur esse, non ea extremitas, quæ de finit rem, sed id spatium quod res quata occupat. Ita enim loqui solemus multum loci, aut parū occupat, aut tenet res hæc, quo sermone apertè declaramus, nomine loci intelligi spatium, nō superficiem: nam superficies continet, non continetur, aut occupatur. Itaque quatenus locus videtur esse, distantia magnitudinis, hoc est, illud spatium, quo partes à partibus distant, est materia: nam hoc aliud est à magnitudine, est verò hoc quod cōtinetur, & definitur, vt ab specie, à superficie, & terminos hoc verò est, vt materia, & indefinitum. Nam à sphaera aliqua si tollas terminum, atque extremitatē, & passionē sphaeræ, hoc est, ea quæ accidunt sphaeræ, vt sphaera est, nihil relinquatur præter materiā sphaeræ, id verò est spatium. Igitur spatium, siue distantia, aut interualum, est velut materia extremitatis. Huc (inquit) respiciens Plato, materiā, & regionem, seu locum idem esse dicit: dicit enim esse receptaculum, receptaculum autem & regio vnum & idem est, atque quancquam alio modo illic definitur receptaculum, at quæ in dogmatis agraphis vocatis (agraphe dogmata vocantur, quæ quæ docere solent discipulos suos, non omē sunt scripto madata, aut non in lucem ædita) tamen eodem modo vtrōque locum & regionem idem esse declarat, purā receptaculum formarum, & materiā. Nam etsi omnes dicunt locum esse aliquid, quid autem est locus, solus Plato aggressus est dicere. Quomodo Platonem materiā, locum, & receptaculum esse dixerit, vt quæ non vt Arist. de loco disputet illic, in dicatū prius est: quare nō opus est, vt repetatur eodē. Non parum est Platonem hoc saltem nomine commēdasse, quod solus aggressus sit dicere, quid sit locus, nisi id maioris calumnie gratia fecit: sed nihil refert, venio ad reliqua. Ex his (inquit) cōsiderationem capientibus meritò videatur esse difficile agnoscere quid sit locus, atque si alterum horum est, vtrum sit, an forma, an materia: aliò qui per se materia & forma habent difficile contemplationē (hoc libro. i. satis apertè vidisti) & seorsum à se ipsis, materiā scilicet sine forma, & formā sine materia non est facile agnoscere: nam quatenus materia, & forma dicuntur ad se se, vt potentia, & actus. Sed præter hæc difficultates, quæ ex ratione ipsa materiæ, aut

formæ insurgunt, hac in re videtur nõ difficile agnoscere locum neque materiam, neque formam esse. Nam neque forma, neque materia separari potest à re, cuius est, locus verò separari potest: nã in quo loco fuit aqua, sit modo aër, aut cõtrà, transpositis inuicem aqua, & aère, igitur locus neque est pars rei, neque est affectus rei proprius vt aliquid quod ipsi rei in sit, vt proprium, sed separabilis est à re quacunq;e, cuius est. Accedit aliud argumentum, locus est, vt vas, nam vas nihil aliud est quàm locus, qui potest trãsferrì, sed vas nihil est illius quod continet, hoc est, omnino est extra re, quam continet, igitur locus quatenus separari potest à re, quatenus non est illius forma: nã forma nulla potest separari à re cuius est forma (aut intellige quæ tantum est forma, aut in reellige re integra, cuius forma est, manente, hoc enim propter rationalem formam dico, quæ non est tantum forma: & quanquã à materia possit, ab homine tamen manente separari non potest). quatenus verò locus continet rem, non est materia: nam (vt sepe est dictum) continere non est materiae sed formæ. Quod tamen locus continet, inde intelliges, quod semper id quod est alicubi, est aliquid, & extra ipsum est aliquid aliud quo continetur, id quod est eius locus. Deinde obiicit rursum Platoni, quod debuisset dicere, cur id aër, & numeri non sint in loco, videtur enim iuxta illius placita in loco esse, quando quidem ille dicit, id quod recipit in seipso aliud, siue sit magnum, & paruum, vt in Philocho dicit, siue materia vt in Timæo, locum esse, tamen materia concipiens in sese id aër velut mater rerum sit. Videtur itaque hac ratione id aër, & numeri esse in loco, quæ tamen separata à materia esse ille statuit: quare debuisset huius causam reddere, atque hunc nodum dissoluere. Hoc per digressionem dicit Arist. nam ad hanc questionem, an locus sit materia, aut forma, nihil refert dicere, cur non sint id aër, & numeri, in loco: quod intelligens Arist. vtitur expurgatione dicens, si oportet per digressionem dicere. Sed quantumuis ille petita venia dicat, mihi digressio ad refutationem, magnam maledicentæ cupiditatem indicat. Sed cur si id aër in materia recipi, vt in loco dicit Plato, censatur cõcedere, cum in materia non sunt, esse in loco? Quod verò non eodem modo dicatur materia formarum locum, quo corpora sunt

in locis, prius dictum est. Reddit post digressionem Arist. ad disputandum, locum neque formam, neque materiam esse, suntque argumenta huiusmodi. Si locus esset materia, aut forma, nõ possent corpora ferri in loca propria: nam non potest esse locus, cuius non est motus, aut sursum, aut deorsum, aut aliter, denique id, ad quod non potest res moueri, non potest esse illius locus: igitur locus in his, hoc est, in differentiis locorum, ad quas est motus, inuestigandus est: si verò locus est in ipso corpore (oportet autem in ipso esse, si est materia, aut forma, nam in quacunq;e re est scilicet materia & sua forma) loci erit alius locus, & locus mouebitur ad alium locum: nam simul cum re mutantur & species, & indefinitum, hoc est, materia, & forma, & non quiescunt semper in eodem loco, sed quò res fertur, eò cum ea feruntur, aut sursum, aut deorsum: si aliqua illarum esset locus, locus ferretur in alium locum. Vt ut tandem vltimo argumento, non vt probet, neque formam, neque materiam esse locum, sed vt probet non esse formam: fieret (inquit) si forma esset locus, vt cum in eodẽ loco aqua migrat in aërem, locus corrumpere tur, corrumpitur enim forma, sed hoc est falsum: nã quæ loci corruptio, cum ponamus æquam non mutato loco fieri aërem: non itaque est forma locus. Deinde epilogum facit coru, quæ duobus primis capitibus huius quarti libri disputata sunt dicens, Ex quibus ergo probari possit, locum necessario esse aliquid, et rursum ex quibus possit capi occasio dubitandi de illius substantia, & quid sit, dictum est.

CAPVT TERTIVM.

¶ Posthac autem dicendum quot modis fiat aliud in alio. Vno quidem modo, vt dignus in manu, & vniversum pars in toto. Alio autem vt totum in partibus: non enim præter partes est totum. Alio autem modo vt homo in animante, & vniversum species in genere. Alio verò, vt genus in specie, et vniversum pars speciei in speciei ratio

ne. Præterea, ut sanitas in calidis & frigidis, & vniuersim species in materia. Præterea, ut in vegetes Græcorum, & vniuersim in mouente primo. Præterea, ut in bono, atque vniuersim in sine: hoc autem est id cuius gratia. Omnium autem propriissime quod ut in vase, & vniuersim in loco. Dubitabit autem aliquis, an aliquid etiam possit esse in seipso, an nihil, sed omnia aut nullibi, aut in alio, duobus autem modis hoc est, aut per se, aut per aliud: quando enim partes totius sunt, & id in quo, & id quod in hoc, dicitur totum in seipso. Dicitur enim & secundum partes, ut albus quia superficies alba, & sciens, quia ratione vrens, amphora ergo non erit in seipsa, neque vinum: vinum vero amphora erit: quod enim & in quo ambo eiusdem partes. sic ergo contingit aliquid, id in seipso esse. Primum autem non contingit, ut album in corpore: superficies enim in corpore, scientia vero in anima. Iuxta hæc appellationes, quæ partes sunt, ut in homine: amphora vero & vinum seorsum existentia, non partes, verum similes: quæ propter eam sunt partes, erit idem in seipso, ut album in homine, quod in corpore, & in hoc, quia in superficie, in hac vero non amplius secundum aliud. Et diuersa quidem species sunt hæc, & aliam naturam habent utrunque, & facultatem, & superficies, & album.

¶ Perstat Arist. in eadem disputatione, interponitque hoc capite questionem, an aliquid possit esse in seipso: ex huius decisione argumentum capiendū dicitur prius

disputationem, & dilutionem dubitationis Zenonis. In primis distinguit modos, quibus aliquid in alio esse dicitur, quod ex communi hominum sermone accipitur: refert ergo octo modos. Est enim aliquid in alio, ut pars in toto, aut ut totum in parte, aut ut species in genere, aut ut genus in specie, aut ut forma in materia, aut res in mouente primo, aut ut in sine, aut ut in locato; hic vltimus modus est maxime proprius. Primo modo ita dicimus, digitus est in manu, manus est in brachio, brachium in homine. Secundo modo dicimus, homo est in brachiis, auribus, capite, thorace, & ventre: quia totum non est præter partes. Tertio dicimus, homo est in animante, animans est in corpore. Quarto dicimus, animal est in homine: est enim genus in specie, ut pars in toto, & species in genere, ut totum in parte: nam genus est pars speciei, est enim altera pars rationis, & definitionis speciei. cum definitio speciei constet ex genere, & differentia. Quinto modo dicimus, sanitas est in calidis, & frigidis, humidis, & siccis: nam sanitas est commoda ratio calidum frigidum, humidum, & siccum: est ergo in eis ut species in materia. Sexto dicimus, res Græcorum in rege sunt, hoc est, à rege pendent res Græcorum, atque ad illius nutum aguntur omnia. Septimo dicimus, in honore & pecunia sunt omnia, hoc est, honoris, & pecuniæ gratia aguntur omnia. Vltimo modo, atque maxime proprio dicuntur res esse in vase, atque vniuersim in loco, ut terra est intra aquam, vinum est in patera, pecuniæ sunt in arca. Hiis ita expostitis (inquit) dubitatio subit, an aliquid possit esse non in alio solū, sed etiam in seipso, an nihil possit esse in seipso, sed omnia aut nullibi, aut in alio. Quam questionem, ut decidat, dicit, duobus modis posse aliquid esse in aliquo, per se, aut per aliud. Per se dicitur modo, quod primo ac proxime: cōtrarium dicitur per aliud. Ergo primo non posse aliquid in seipso esse dicit, nam per aliud posse: quantum enim partes totius sunt, & id in quo, & id quod in hoc, dicitur totum in seipso, id est, quando quidem totum est in partibus, & partes sunt in toto, sit ut totum sit in seipso, non primo, sed, per aliud: nam sit totum est in partibus, & partes sunt in toto, totum est in toto: quare in seipso. Adde deinde aliam rationem, quæ idem in seipso dicitur esse, non primo, sed per aliud, ita dicens, Dicitur enim & secundum par-

tes, ut albus, quia superficies alba, & sciens, quia ratione viens, amphora ergo non erit in seipſa, neque vinum, utinam vero amphora erit, quod enim, & in quo amba eiusdem partis, ad est, tota appellacione multas accipit a partib: nã dicitur homo albus, quia sua superficies est alba, & dicitur sciens quia in parte. de ratione vitur, hoc est, a. sciens est igitur et si amphora seorsum nõ sit in seipſa, neq; vinũ seorsum sit in seipſo, tamen totum hoc, vini amphora, erit in seipſo: nam utraque illius pars est in hoc toto, ut pars in toto: nam ita vinum est in amphora vini, & amphora est in amphora vini, & utraque pars est in quo est altera: nam vinum est in amphora, ut in vase, & amphora in vino, ut forma, & continens in materia: igitur pars amphore vini est, in amphora vini, amphora vini dicitur esse in amphora vini, hoc est, in seipſa. a. ratione quia homo dicitur albus, quia superficies est alba, puta appellacione partis tributa toti. Probar deinde, hoc in modo non esse aliquid in seipſo primò, sed, ut dictũ est, per aliud: sic ergo (inquit) contingit aliquid in seipſo esse, primò autem non contingit: nam dicitur ut albus, quod est in corpore, & ut sciens, quod est in anima, eodem modo alie appellaciones, que partium sunt, dicuntur esse in homine, amphora verò & vinum cum seorsum sunt, nõ sunt partes, sed cum sunt simul: igitur cum simul sunt, et illud totum, quod confluent, puta amphora vini in seipſo non aliter, ac album in homine, album verò non est in homine primò, sed in homine, quia in corpore, in corpore, quia in sapientie, in hac primò, ac non amplius per aliud. Neque verò (inquit) albedo & superficies eadem res est, ut hac de causa potest esse per se in corpore: sed diversa sunt ambo hæc, & diversam habent naturam, & facultatem. Naturam vocat essentiam, & rationem, ut definitionem: facultatem vocat vim agendi, quod eo dicit, quòd color afficit visum, superfluitates non hoc dicit, sed terminat, hinc que corpus: quare siue per se consideretur illorum ratio, siue ex eo quod uterque potest facere, diversa sunt albedo & superficies, itaque ut albedo est in homine, non primò, sed per aliud: ita idem potest esse in seipſo per aliud. Hæc est legitima explicatio huius dictionis, quam nulli enarratorum video esse assequutum. Neque minor, nam ex ipsa explanatione quiuis vis

der Aristotelem multa verba necessaria omnifido, quædam inuicem necessaria addidisse, quædam etiam repetisse, quædam vix attingisse, ut ad eò obsecrus esse curauit: mirer enim, si aperiuis dicere nesciuit. Sed & modos, quibus aliquid in alto esse dicitur, videbitur fortasse non satis persequutus: quidam enim sermones sunt frequentes, qui ex nullo modo videntur proficisci, ut dicimus ignis est in calore, moderatio respubliæ est in iustitia, significantes ignem calore fieri, & rem publicam iustitia gubernari. Dicimus etiam apud nos, doctoratus est in bachalariatu, significantes neminem apud nos doctorem fieri posse, qui non prius bachalarius factus sit. Tamen hæc omnes, & quæcunque alie orationes aliquid in aliquo esse significare possunt, si quis rectè consideret, pertinent ad modum aliquem eorũ, quos Arist. retulit, quod debium nõ foret, si pluribus exemplis rem voluisset illustrare. Moderatio respubliæ dicitur in iustitia esse, & ignis in calore, aut calor in motu: quæcunque alia dicuntur esse in alio, ut in efficiente, ad eum modum pertinent, quos Græcorum dicitur esse: in rege, in consensu quod mouet, doctoratus in bachalariatu, ut species in materia, ut sanitas in calore, frigore, humore, aut secitate: quæquæ esse que pertinent ad hunc modum, quædam dicuntur esse in materia, quædam in disposito. e materia, sed idem est genus.

Obicitur.

Respondetur.

¶ Non ergo per inductionem confide-
 vanibus videmus quicquã modo al-
 quo diffinitorum idem in seipſo. R. a-
 rione etiam manifestum est esse impos-
 sibile: oportebit enim ambo vtrunque
 esse, ut amphoram vsq; vinum esse,
 et vinum, vinum et amphoram:
 siquidem coniungi idem aliquid in se-
 ipſo esse: quare, quæ maxime in se-
 ipſis mutuo sunt, amphora quidem ac-
 cipiet vinum, nõ quatenus ipsa vinũ,
 sed quatenus illud: vinum verò in am-
 phora erit; non quatenus amphora i-
 psam, sed quatenus illa amphora, secũ-
 dum vitur esse, quod alterum, manife-
 stum

sciam: alia enim ratio est eius in quo, & eius quod in hoc. Veruntamen neque secundum accidens contingit: simul enim duo in eodem erunt, ipsa etenim amphora in seipsa erit, si id cuius natura receptiva est, hoc contingat in seipso esse. Et præterea illud, cuius receptivum, ut si vini, vinum: quod ergo non potest quicquam in seipso primum esse, manifestum. Zeno verò dubitat, quòd si locus est aliquid, in alio quo erit, solvere non est difficile: nihil enim prohibet, in alio quidem esse primum locum, non quidem ut in loco, in illo, sed quemadmodum sanitas in calidis, ut habitus: calidum verò in corpore ut passio: quare non necesse est in infinitum abire. Illud verò manifestum, quòd cum vas nihil sit eius quod in ipso (aliud enim quod primum, & quod, & in quo) non certe sit, neque materia, neque species, neque locus, sed alteram: illius enim aliquid hæc eius quod inest materia & forma. Hæc igitur sunt dubitationes.

¶ Hacten' probavit posse aliquid esse in seipso per aliud, modò pbat nihil posse esse in seipso primo modo aliquo enumeratòrũ, neque (inquã) ut in toto, aut ut in parte, aut specie, aut genere, aut materia, aut modo, aut fine, aut ut in loco. Primum inquit, manifestum esse inductione, deinde & ratione. Meritò quidè opponens inductioni rationem: nam etsi per inductionem capitur argumentum, tamen eo argumento nulla rei causa redditur, sed observatio solum. Neque verò cum per inductionem argumentetur, percurrit modos omnes dicens, hoc modo non potest quicquam esse in seipso primo, neque hoc, neque hoc, & hi sunt omnes modi, aut in aliis eodè modo, ut Diogenes docet: sed illud vnum dicit, videmus

nihil modo aliquo enumeratòrũ per inductionem considerantibus esse in seipso primo. Quod nihil aliud est dictum, quàm si quis sigillatim singulos modos quibus dicitur aliquid esse in aliquo, consideret facies inductionem, agnoscat nullo illorum posse aliquid esse in seipso primo: quæ verba habent vim inductionis. Deinceps vitatur hoc argumento, si aliquid posset esse in seipso primo, ut amphora aut vinum, sequeretur utrũque illorum esseambo, ut amphoram esse amphoram & vinum, & vinum esse vinum & amphoram. nam si vinum est primum in seipso, vinum est id in quo, ipsum est primum, sed illud in quo vinum est primum est amphora, ergo vinum est amphora: hoc verò est aperte falsum. Nam si quam maxime in seipsis mutuo sunt, hoc est, etsi in seipsis inuicem essent primum, & eodem modo existendi alicubi, amphora in vino, & vinum in amphora: tamen amphora accipiet vinum, nõ quatenus ipsa vinum esset, sed quatenus illud quod accipiet esset vinum: & vinum esset in amphora, non quatenus ipsum esset amphora, sed quatenus illa esset amphora: ergo manifestum est secundum esse, hoc est, secundum rationes aliterum esse id quod est, ab eo in quo est: nõ alia ratio est eius in quo aliud est, hoc est, ratio loci, & eius quod in hoc, hoc est, ratio eius, quod est in loco. Sed dicit fortasse hic aliquis, etsi sint diuersæ rationes eius quod in aliquo, & eius in quo aliquid, tamen diuersis rationibus posse esse aliquid in seipso primo. Huic sententiæ occurrens inquit Arist. veruntamen neque secundum accidens contingit, id est, neque idem contingit esse in seipso primo secundum accidens, hoc est, non intruente eadem, ut alia, ut alio loco, sed sub diuersis rationibus, ut alia ratione sit continens, alia contentum, eadem tamen res. Ita constat quo pacto dicat primum, & per accidens esse in seipso, ut quæ illa duo primum, & per accidens non sint contraria, etsi nullus enarratorum videretur mihi facile se ab hoc loco explicare. Sed confiteor quod Proclus in Alcibiade Platonis docet, & apud Platonem, & apud Aristotelem duo hæc esse diuersa, per se, aut secundum seipsum, Græcè κατ' αὐτό, & quatenus hoc, Græcè ὑποϋπό: nam quod secundum seipsum accidit alicui potest non accidere primo, quod verò accidit alicui, quatenus hoc, aut tale, non solum per se, sed primum etiam dicit.

Primum, per se & secundum accidens quod sit Arist. & Platonis.

dit, ut homo per se est risibilis, non quatenus risibilis, sed quatenus admirationem concipiens cum gaudio: nam ut aliquid accidat alicui, quatenus tale, opus est ut ea ipsa ratione, qua est tale, accidat illud. ut turpe, quatenus turpe est malum: igitur ut accidat alicui quatenus hoc, necesse est ut primum accidat, & quod dicunt quidam immediatè. Tamen ut aliquid accidat primo, non est necesse, ut accidat, quatenus hoc. Nam possunt eidem rei accidere duo prima, sed non secundum idem: quare accidet utrunque primum, sed non quatenus unum, eatenus aliud. Aristi tamen amobus obucere solet contrarium hoc, per accidens: dicit enim *ἄπειρα αὐτὸ ἀλλὰ κατὰ τὴν ὑπερβολὴν*, id est, non per se sed per accidens: saepe etià dicit, *ἄπειρα τὸ ἀλλὰ κατὰ τὴν ὑπερβολὴν*, id est, non quatenus hoc, sed per accidens: ergo cum duo illa diversa sint, secundum accidens, non simpliciter, sed duobus modis dicitur, ut opponitur per se, idem est ac per aliud, seu intercedente alio: ut opponitur, quatenus hoc, idem est, ac non eadem ratione, aut quatenus aliud, siue alia ratione: nam idem significant: aet omnia. Ergo res ita intelligitur, si quis diceret, vinum in seipso, nullo alio corpore, aut loco intercedente essentia que esse locum primum, & proximum in ipsius, tamen non eadem ratione: sed quadam ratione esse locum, alia esse illud, quod in loco. Hoc tamen ita refutat Aristi, utique eadem res sit in seipsa primo, quacunque ratione sit, sequitur duo corpora esse in eodem loco primo, quod nihil absurdius sit verè ita. Nam vinum est in amphora primo, si ergo vinum etiam est in vino, amphora & vinum sunt in eodem loco primo: igitur (concludit) manifestum nihil posse quopiam passio esse in seipso primo. Deinde dicit ex dictis: dilui facile dubitationem Zenonis, quam proposuerat prius. Ea erat huiusmodi, si omne quod est, alicubi est, locus etiam erit in aliquo: quare nunquam peruenietur ad locum primum, qui non sit in alio, sed eundem erit in infinitum, aut aliquid erit in seipso. Respondet negando, nam locus primus potest esse in alio, etsi non eodem modo, quo est locus, sed alio modo: nimirum ut sanatus est in calore, ut habitus, calidum in corpore, ut passio, ita res erit in loco: & tunc sum locus in re, non tamen eodem modo: quare non erit processus in infinitum, sed potius hic circulus iterum in seipsis mutuo

existentiam: quod quilibet est absurdum, cum non eodem modo existant. Tandem concludit Aristi caput hoc, & eam disputationem, quæ à superiori capite pendet dicens, illud esse manifestum, locum neque materià, neque formam esse eius, cuius est: nam vas nihil est eius, quod continet (aliud enim est, quod primo inest, & in quo primo aliquid inest) materia verò & forma sunt partes rerum, igitur locus, neque materia, neque forma est.

CAPVT QVARTVM.

Quid itaque est locus, hinc fieri posse manifestum. Accipiamus autem de illo quacunque videntur verè per se illi adesse. Censemus igitur locum esse primum, quod continet illud cuius est locus, et nihil rei ipsius esse. Præter ea, primum locum neque maiorem, neque minorem esse. Præterea, describere à quocunque, & separabilem esse. Ad hæc, omnia locum habere supra, & infra, & ferri natura, ac quiescere in locis proprijs quocunque corpus: hoc autem facere, aut supra, aut infra. Positis autem his, reliqua contemplandum, oportet autem tentare disputationem ita facere, ut quid est redidatur, utque dubitata solvantur, & quæ videntur accidere loco, accidant, & insuper ipsa difficultatis causa, et eorum, aut circa illa dubiantur, aperta erit: ita enim pulcherrimè demonstrabitur unumquodque. Primum ergo considerare oportet, quod quidem non quaeretur locus, nisi esset motus secundum locum alicuius: nam habitus causa, & calum putamus in loco esse, quia semper est in motu. Huius autem aliud est latere, aliud accretio,

aut extenuatio: etenim in accretione, aut extenuatione mutatur: & quod prius erat hic, rursum mutatum est, in minus, aut maius. Est autem quod mouetur aliud quidem per se actū, aliud secundum accidens: eius vero quod secundum accidens, aliud potest per se moueri, vt partes corporis, & clauus in nau: alia vero non possunt, sed semper secundum accidens, vt candor, & scientia: hæc enim ita mutantur secundum locum, quod id cui accidit, mutatur. Sed quando dicimus esse vt in loco, in celo, quia in aère, hic autem in celo, & in aère, non in toto, sed ob extremum illius, & quod continet in aère dicimus esse: si enim totus aër locus, non sit aequalis loci cuiusque; & quodcumque videtur tamen aequalis esse, talis autem est primus, in quo est. Quando autem non separatum, sed continuatum est in quod continet, non vt in loco dicitur esse in illo, sed pars in toto. Cum vero separatum sit, & coniguum, in primo quodam est continetis extremo. quod neque pars est eius, quod est in ipso, neque maius spatium, sed æquale: nã in eodẽ sunt extrema eorū, quæ sese tangūt. Et quod continuatum est, non in illo mouetur, sed cum illo, separatum autẽ in illo: atque siue mouetur id, quod continet, siue non, nihil minus. Præterea, cum nõ separatum sit, vt pars in toto dicitur, vt in oculo pupilla, aut in corpore manus. Cum autem separatum sit, vt a puã in cado, aut in scitili vinum:

nam manus cũ corpore mouetur, aqua vero in cado.

¶ Tentat iam tradẽ Arist. aperire suã sententiam de loco, ac dicere quid locus sit: quod vt præstet, accipit imprimis quẽdã, deinde huius disputationis omnes articulos, & quẽ doceri hic debent, distinguit, deinceps ad disputationẽ accedit. Primum hoc accipit, locum esse illud, quod cõtinet in sese rẽ, cuius est locus. illud quoque accipit, locũ nihil ipsius rei esse, hoc est, locum esse extrarẽ, nõ esse in quã partem illius, aut eandẽ rẽ aliquo modo habentẽ, sed differre nomine: rõ a rẽ, cuius est locus. Accipit etiã, locũ primum & proximum rei, neque maiorem, neque minorem esse re ipsã, sed æquã. Præterea, deseri posse locum a quacũque re quã continet, & separabilem ab ea esse, hoc est, rem quãcumque posse separari a suo loco. Omnes ferẽ enarratores legunt, neque deseri a quocũque, atque explicat, locum nullum posse ab omnibus corporibus deseri, & fieri vacuũ: sed meus codex ita habet, *ἐπι τῷ*

Notatur
vulgaris
enarratio.

ἀνατρεχῶν τὸν ἄνθρωπον. Neque dubito hæc esse verã Arist. lectionẽ: nã ponere non posse fieri vacuũ si rem modò faciebat nihil, tamẽ locũ separari a re posse, facit quam multũ ad sequentiã, vt ipsa verborum series declarabit. Vltimo accipit locum habere suã præ, & in frã, hoc est, esse in locis, supra & in frã, & omnia corpora naturaliter terri ad sua loca, & in illis quiescere. Sed est quod obicitur huic positioni. Primum nihil quiescere in proprio loco, siquidem neque quiescere omnino videtur quodpiam corporum, quæ sunt: nam vt omittã alia, quæ procedente sermone dicam, aërem in suo loco, & aquam in mari, gitari a pertẽ sentimus. Deinde illud quoque, quod Arist. 4. de celo docet omnia præter ignẽ in suis locis habere grauitatem, pugnare videtur cum hac positione: nã non arbitror, de grauitate potentia illũ dicere, sed actũ, quare seruantur eorum, & non manent. Verũ ego nõ puto corpus quodpiam, cum suo loco collocatum esse naturaliter, moueri, neque omnino grauitatem, aut leuitatem habere, quicquid Arist. illic dicat, sed multo verius cõcelo, quod hic affirmat, omnia in suis locis naturaliter quiescere, nisi tamen eterna aliqua vi illic quoque agitur: nam nihil est, quod omnino quiescat, ea tamen quæ suo ordine locata sunt, non mouentur natura

Obiecto.

Respondetur.

raliter, sed externo impetu, alia ab aliis. Sed pro presenti positione hæc sunt satis, illam aliam suo loco declarabimus concedente Deo. Itaque inquit omnia moueri, & quiescere in locis propriis. Ad dicit, hoc autem facere, aut supra, aut infra, quod non immerito, addidit. Nam, etsi loci sunt plures differentie quam hæc duæ, tamen hæc solum vim habent mouendi corpora: nã nulla corpora mouentur, vt cõparent locũ dextrũ, aut sinistrũ, sed vt supra, aut infra collocentur: cũ omnia aut a centro, aut ad centrũ ferantur. His positis dicit esse quæ ex hac disputatione debent expectari. Primo quid sit locus, secũdo quomodo dubitata & obiectio nes dissoluti possint, tertio vt reddatur causa omnium eorũ quæ accidunt motui: nã ex his fiet, vt causa, vnde ortũ sunt circa locũ dubitationes, intelligatur: nã ita (inquit) pulcherrimè demonstrabitur vnumquodq; nimitum optimè procedit cuiusq; rei demonstratio, cũm causa, qua dubitatio incidit, intelligitur, quare Aristot. ab hoc vltimo incipit, dicens cõsiderari imprimis oportere hæc quæstione vnde loco, ex motu incepisse: nõ enim quæretur quid sit locus, nisi motus esset secundũ locum: nã hac causa putam⁹ cœlum etiã esse in loco, quod semper secundũ locum mouetur, nã cœlũ sit extrema rerum omnium, neq; intrã aliã videatur esse cõclusum, quo alio argumento cognoscemus illud esse in loco, quã quod si non esset in loco, nõ posset secundũ locũ moueri, quod enim in nullo loco est, nõ fit in alio, & alio loco, quod est moueri. Itaque quia est motus secundũ locũ, inuestigamus quid sit locus: motus verò secundũ locũ est duplex species, latitudo, & accretio, aut decretio: nam & quod fertur, & quod crescit, vel decrescit, mutat locum, quod crescit fit in loco maiori, quod decrescit, in minori, quod mouetur, aliud est quod per se mouetur, aliud quod per accidens, per se vt homo, & cœlum, quod per accidens, aliud est quod etiã mouetur per accidens, tamẽ potest per se moueri, vt manus mouet cũ homine, tamẽ potest etiã moueri per se præcissa, & cœlum mouetur cum navi, tamẽ per se etiã moueri possit: aliud est quod semper mouetur per accidens, neq; aliter moueri potest, vt accidentia cum substantia, candor cum corpore candido, & scientia, cum homine, neq; aliter possunt moueri, quã motu eo, in quo sunt: nõ enim possunt per

naturã accidentia per se subsistere. His dicitis addit quædam ad locũ spectantia, vt dicim⁹ aliquid esse in cœlo, quia est in aère, qui est in cœlo: ita dicimus illud esse in aère, nõ quod totus aër sit eius locus, sed quod extrema illa aeris superficies qua cõtinetur. Nã si tot⁹ aër esset locus, nõ esset loc⁹ æqualis ei quod est in loco: nã aër tot⁹ maior esset rebus, quas cõtinet: videtur tamen esse locus cuiusque cuiusque æqualis, quod initio etiã capitis acceperat: ergo nõ est locus totus aër, sed primus ille locus, in quo est res illa, nepe rei continentis extremitas. Cæterum id, quod cõtinet, potest esse separatum ab eo quod cõtinetur, aut continuitatem cum eo habens: si continuatum est, nõ dicitur id quod cõtinetur, esse in eo quod cõtinetur, vt in loco, sed vt pars in toto, vt manus in homine. Sed ruc est, vt in loco, cũm separatum est, & non cõtinuatum, sed cõtiguum, & in primo quodã cõtinentis extremo, id est, in proxima, aut (vt dicim⁹) immediata extremitate, quæ neq; pars est eius, quod cõtinetur, neq; maior spatio, quod res occupat, sed æqualis. Quod verò æqualis sit illa extremitas spatio, & rei quæ cõtinetur, hinc constat: nam extremitatum, quæ sese tangunt, in eodem sunt, simul scilicet sunt, hæc enim est ratio contiguum, quorum extrema sunt simul, & in eodem puncto spatii: at qui quod continuatum est cum eo, in quo cõtinetur, non dicitur moueri in illo, sed cum illo: quod verò separatum est, dicitur in illo moueri, atque siue mouetur id quod cõtinet, siue non, perinde dicitur: atque tunc quoque quod non separatum est, vt pars est in toto, vt pupilla est in oculo, aut manus in corpore, dicitur moueri cum illo, in quo cõtinetur. Quod verò separatum est, vt aqua in cado, dicitur moueri in illo, vt vinum dicitur moueri, nõ cum fictili, sed in fictili, manus mouetur cum corpore, & aqua in cado. Hęc Aristot. in quib⁹ illud vnum videretur indigere animaduersione, quod dicit, quod separatum est, nõ moueri cũ illo in quo cõtinetur, sed in illo, siue illud quod cõtinet mouetur, siue nõ: nam videretur mihi, non solum quod continuatum est, dici cum alio moueri, sed etiam nõ nunquam & quod cõtiguum solum, cũm scilicet id quod cõtinet, & quod cõtinetur, mouentur vnicò motu, perinde, ac si essent vnũ. Si verò aut quiescente eo quod cõtinetur, mouetur id quod cõtinetur, aut mouetur

rur ambo, sed diuersis moribus, id quod cō-
 tinetur dicitur moueri, non eū quod cōti-
 net, sed in illo, ut si arca quiescit, mouetur
 ea que cōhūta in eā, mouentur nō cū arca,
 sed in arca. Si uero omnia, que cōtinentur,
 sunt immobilia, tamen transferuntur, trā-
 lāta arca, moueri dicuntur cum ea, ne que id
 immeritidnam mouentur quasi vnū sit.
 quo pacto Arist. ipse proximo capite vinū
 cum corpore considerauit. Hoc exactioris
 sermōnis gratia libuit notasse, est in his
 que dicuntur, nihil hac de causa perturbati-
 tur. Vbi Arist. dicit motum, per quem locū
 contingit mutari, duplicem esse, lationem,
 & accretionē, ne intelligas ambos hos mo-
 tus esse per se ad locum: nam de sententiā
 Arist. latio est motus per se ad locum, ac-
 cretio est motus per se ad magnitudinē, ad
 locum ex accidenti: quia quod maior sit, ma-
 iorem locum occupat, quod minus, mino-
 rem. Equidem, ut alibi scripsi, ad magnitu-
 dinem non puto esse motum per se, sed ex
 accidenti: quare ego contrā dixerim que d
 crescit, ad locum, & ad accidentia quedam
 moueri per se, & secundum substantiā mu-
 tari per partes, ad magnitudinem uero mo-
 ueri ex accidenti: quare iuxta hanc senten-
 tiā satis esset, lationem nominasse, quia
 accretio etiam nominaretur: nam in ac-
 cretione etiam latio est, ea qua mutatur locus.
 Sed Arist. sequitur propriam sententiā di-
 cens, duos esse motus ad locum, lationē per
 se, accretionem ex accidenti: nobis quoque
 hoc loco quia disputatio de motus specie-
 bus nondum est ad exactum ducta, licet
 sic perinde dicere, exactius loquemur suo
 loco libuit tamē hoc monere, quo iā hinc,
 que de accretione dicentur attentē legas.

Elam igitur manifestum ex his, quid
 sit locus: ferē enim quatuor sunt quo-
 rum aliquod necesse est esse locum, aut
 enim forma, aut materia, aut spaciū
 aliquo, quod medium est inter extre-
 ma, aut extrema ipsa, si nullū est spa-
 cium prater consenti corporis magni-
 tudinē: horum uero tria nō posse esse,
 manifestum. Sed quia continet, vide-
 tur forma esse: nam in eodem sunt ex-

trema continentis, & eius quod con-
 tinetur, sunt ergo ambo termini, sed
 non eiusdem, sed species est rei, & locus
 uero corporis continentis. Sed quia
 mutatur sepe, manente eo quod con-
 tinet, id quod continetur. & diuisum
 est, ut ex vase aqua, ipsum quod in
 medio est, videtur esse spaciū quod
 dam, ut quod sit aliquid prater mu-
 ratum corpus: hoc autem non est,
 sed quodcūque contigit corpus eorum
 qua transferuntur, aut tangere, na-
 tura apta sunt. Si autem natura sit
 aliquid spaciū, & manens in eo-
 dem loco, infinita cerēt loca sint, trans-
 latis enim aqua & aere, idem facient
 partes omnes in toto, quod tota aqua
 in vase, simul autem & locus erit ma-
 tatus: quare erit & loci alius locus,
 & multi loci simul erunt. Non est
 autem alius locus partium in quo moue-
 tur, cum totum vas mutatur, sed idē:
 in quo enim sunt transferuntur aēr
 & aqua, & partes aqua, sed nō in
 quo sunt loco, ut pars est loci, qui est
 locus totius celi. Et materia etiam vi-
 debitur utique esse locus, si in que-
 scente aliquis consideret, & non se-
 parato, sed continuato: ut enim si alte-
 ratur est aliquid, nunc album, rursum
 autem nigrum, & nunc quidem du-
 rum, rursum autem molle: quapropter
 dicimus esse aliquid materiā, ita & lo-
 cus quādā tali imaginatione esse vide-
 tur. Est quidē illud ita, quod quidem,
 quā nūc est aēr, illud nunc est aqua: loc⁹
 autē quod in quo erat aēr, ibi est nūc a-
 qua. Verū materia (ut dictū est pri⁹)

neque separari potest à re, neque contineri: locus vero ambo. Si igitur nullum horum trium locus est, neque species, neque materia, neque spatium aliquod semper existens diversum à re, quæ transfertur, necesse est locum esse id, quod superest illorum quatuor, extremitas continētis corporis, secundum quam tangit corpus quod continetur: dico autem corpus quod continetur, quod monetur latrone.

¶ Ex dictis dicit Arist colligere, quid sit locus: atque ita colligit. Ex dictis quatuor esse videtur, quæ locum esse quispiam posuit opinari, forma, materia, aut spatium, quod est inter extremitates continentis, aut ipsa extrema: sed tria horum non sunt, neque enim forma, neque materia, neque spatium, superest ergo et ipsam extremitatem continentis. Non posse esse aliquod illorum trium deinde probat, percurrens singula. Primum si quæ ratio ne esset forma, ea maxime, quod continet remore formam (ut dictum est paulo ante) extrema continentis, & quod continetur sunt in eodem, id est simul, sed hac ratione non est forma: nam ambo, scilicet extremitas rei continentis, & rei quæ continetur, sunt rei termini, tamen non sunt eiusdem rei: nam species, aut forma, aut figura (figuram enim vocat hic formam) est rei ipsius quæ continetur, locus vero est corporis continentis: ergo non est forma corporis, quod continetur. Secundum, si quæ ratio videtur suadere locum esse spatium quoddam, diversum & ab extremitate, & ab eo quod continetur, hæc maxime, quod scilicet manente eodem spatium mutatur sæpe corpus, ut cum è vase funditur vinum, & immittitur aqua, spatium idem manet, & corpus mutatum est: igitur spatium non est corpus, sed locus. Tamen hæc ratio (inquit) facile diluitur. Respondendo spatium nihil esse diversum à corpore, neque tamè spatium hoc esse hoc corpus, sed quodcumque corpus eorum quæ transferuntur, aut natura ipsa sunt tangere extremitatem continentem. Itaque inter capedo vasis, aut spatium nihil est, præter ipsum corpus quod continetur, quod tamen spatium neque aqua, neque vinum, neque oleum est ne-

cessarium, aut aliquid aliud corpus, sed aliquid quodcumque continentur. Deinde non est spatium aliquid, quod naturaliter in quouis loco maneat, si quæ locus, Arist. confirmat his argumentis. Si tale quodpiam spatium esset præter extrema continentis, & corpus quod continetur, firret, ut essent in finita loca: nam cum transferuntur aqua, & aer, exempli gratia, idè facient partes aquæ, & aeris in toto, quod tota aqua, aut totus aer facit in spatio: nimirum, ut tota aqua est in vase toto, ita pars aquæ est in tota aqua: quare ut aqua tota est in spatio toto, ita pars aquæ erit in quodam spatio. Cum igitur infinitæ aquæ partes sint, erunt spatia infinita: quare infinita loca. Præterea, & ipsi locus movebitur, quare mutabitur locus, cuiusque loci alius locus, & illius alius, eruntque hæc etiam ratione loca infinita, & erunt simul multa loca, ut si vas aqua plenum transferatur, spatium etiam in quo est aqua transferetur, sicutque in alio spatio, quare locus in loco: quod tamè falsum & absurdum est: nam non est (inquit) alius locus partis eius in quo movetur, cum totum vas mutatur, sed idè, id est, nam cum vas liquore aliquo plenum transferatur, & in coliquor: liquor, qui est vas luter pars vasis pleni, non fit in alio loco, sed in eodem manet, in quo prius quam vas moveretur: & putà in vasis extremitate, quæ aquam continet: nam aer, & in quo sunt transferuntur, id est, in eodem loco manentes, in quo sunt transferuntur, cum ita transferatur vas, sed non in quo sunt loco, ut pars est loci, qui est locus totius cæli, hoc est, etiam transferantur manentes in eodem loco primo, putà vasis extremitate, non manent in eodem partis illius universi, in qua vas transfertur: nam vas mutat in aëre locum primum, quia per se transfertur, aqua non mutat primum, sed secundum, quia movetur in vase. Deinceps similit quoddam argumento probat Arist. locum non esse materiam: nam si qua (inquit) ratione videbitur esse materia, hæc maxime: considerato nempe loco in re aliqua existente, & non quidem in re alia separata ab ea, quam ponimus quiescere, sed imaginemur esse aliquid continuum illi: nam quemadmodum dicim⁹, quia id quod prius erat album, modo est factum nigrum, & quod nunc dicitur, rursum molle dicitur subesse aliquid, quod per se neque hoc, neque illud sit, sed materia: ita locus imaginatione quada-

quodam simili videbitur esse materia. Sed hac ratione (inquit) longe aliter loc⁹ à materia in materia eo dicitur, id quod prius erat aer, nunc est aqua, locus vero, non ita, sed quod ubi prius erat aer, est nunc aqua: quam rationem, cōstat diuersam admodum esse à ratione materie. Ac sedit materia, vt prius etiam dictum est, neque separari potest à re, neque cōtinet rem: locus autē ambobus habet, pūā & rem continet, & ab ea separari potest: non est, ergo, locus materia. His ita disputatis de tribus membris partitionis, concludit totum argumentum hac ratione. Si igitur nullū horū trium est locus, pūā neq; species, neque materia, neq; spatium aliquod, semper existens diuersum à re, que transferatur, necesse est locum esse id quod superest illiū quatuor, eritq; locus extremitas continentis corporis, locu dū quā tangit corpus, quod cōtinetur. Est vero corpus quod cōtinetur, quod mouetur latrone, nam tale est secundum locū mobile, & est in loco.

Videtur autem magnum quiddam esse, & difficile percepit, locus: & quia videtur esse materia, & forma, & quia in continente quieto sit mutatio eius quod fertur: videtur enim posse spatium esse aliud à motu magnitudinibus. Cōferri autem aliquid aer, qui videtur incorporeus esse, videtur enim non solum extrema vasis esse locus, sed & quā in medio est, vt vacuū. Est autē vt vas locus mobilis, ita locus vas immobile: quapropter si mouetur in aliquo, quod etiā mouetur, aut mouetur id quod intus est, vt in flumio nauis cōtinēre vitur, vt vase, magis quā vt loco, vult enim locus esse immobilis: quare totus flumius magis est locus, quā immobilis est totus: quare extremitas continentis immobilis prima, hoc est locus. Et hac de causa quod est medium caeli, & extremū id quod versus

nos latioris circularis videtur esse, hoc quidē supra, illud infra, omnium propriis finē: quod hoc quidē semper quiescit, circuli autē extremū eodem modo habens manet: quare quādoquidem leue est, quod sursum natura fertur, graue vero quod deorsum, id quidem extremū, quod circa mediū est, infra est, & idē mediū, quod verò circa extremū, supra & ipsius extremū. Et ob id videtur superficies quādā esse, & velut vas locus, et cōtinens. Præterea simul cum re est quodammodo locus: simul enim cum finito sunt fines.

Nunc quo loci naturā magis explicet, cauſam reddit, quā tam arduum & difficile scitu sit, quid sit locus deinde rem magis explicat. Ergo (inquit) propterea videri magnū & difficile perceptū, quid sit loc⁹, quod quibusdam rationibus videtur: similis esse for- mæ, aliis materiæ: quod verò rebus tam longē diuersis videtur esse simile, nō potest facile percipi quid sit. Accedit difficultati, quod non solum dictorum alterum esse videtur, sed etiā videtur esse spatium quoddam, diuersum à magnitudinibus, quæ mouetur: nam videmus in cōtinente quieto fieri, corporum mutationem, vt si in dolium plenu oleo quis aquam infundat, abscedet oleum, subibitque in locum eius aqua: quare cum spatium videatur esse idem, corpus autem contentum aliud sit, videtur spatium esse aliud à corpore, usque continentur: quare illud erit locus. Videtur autem ad hoc conferre aliquid aer, id enim videtur hanc opinionem de spatio suadere aer: nam videtur præ sua tenuitate esse incorporeus, & videtur locus esse eius, quod est in aere, nō tantum extremitas vasis, in quo est, sed etiam quod in medio aeris est, vt vacuum: scilicet illud spatium amplissimum aeris, quo aer ipse inuisibilis est: igitur videtur locus esse, non extremitas continentis, sed spatium. Tamen non est, sed vt (inquit) vas est locus mobilis, ita loc⁹ est vas immobile. Nimirum locus natura sua vult esse immobilis: nam si moueretur, mutaret locus locum,

quare esset loci alius locus. Itaq; loc^o est im-
mobilis, ergo tam aliquid mouetur in alio,
quod etiam mouetur, vt nauis in fluuio, non
est in illo, vt in loco, sed vt in yferequare to-
tus fluuiois erit nauis locus, quia totus sequi-
dum se tota nō mouetur, tamen vnda erit
vasignatur extremitas prima rei continentis
immobilis, est locus. Hinc fit, vt duo sint lo-
ca omnium proporsimē, medium cœli, id
est, mediū, sine centrū mundi, & extremū,
id quod verius non esse videtur latioris cir-
cularis, hoc est, cōcaua superficies totū cœ-
li hoc quidē est loc^o supra, illud verō infra.
Nā centrum semper quiescit, circuli autem
extremū eodē modo habes manet, hoc est,
nō mutat locum, quia etsi moueatur in lo-
co, nō tamen mouetur à loco: quare quāsdā
quidem dicimus leue, quod sursum fertur,
grauē, quod deorsum, cui leuia moueatur à
medio, & graui in mediū mundi, cōstat
id extremum, quod circa medium est, esse
infra, idēque medium, quāsdā verō circū
extremū esse supra, idēque extremū qua-
rē videtur (inquit) locus esse superficies & e-
velut vas, & continens. Præterea; ex dictis
fit manifestam, locum quodammodo simul
esse cum reman sine simul eam rebus fini-
tis sunt, loco verō finiuntur corpora. Hęc
Aristo. differit de loco, quæ multis suorum
peritatorum non probantur: proinde ope-
reptentium fore existimo, hic aliquantū
loco consistere, atque hanc quæstionem de
loco ad exactum ducere. Exordiat verō
ab impugnatione sententiæ Aristō. ita e-
nim intelligetur optime, atque examina-
bitur: locum dicit esse extremitatem pri-
mam rei continentis immobilis, cum die-
cit primam, eam extremitatem intelligit,
quæ sine medio alio rem ipsam tangit, hęc
verō nullatenus potest esse immobilis: nam
cum aqua, vt exempli gratia, continetur in aë-
re, nullæ extremitas est inter aërem, & aquā,
quæ non sit aëris, aut aquę: extremitas aquę
est rei contentæ, extremitas aëris est, rei cō-
tinentis: sed hæc succedens alio aëri, aut
pro aëre, igne, mouebitur, non enim manet
extremitas aëris, corrupto aëri. Neque
verō dicere possis extremitatem ignis suc-
cedentis eandem esse, quæ fuit aëris an-
cedentis. Dices fortasse, illam extre-
mitatem dici immobilem, quia non est mo-
bilis per se, sed cum aëre, vt caudor cum
corpore. Sed si hoc tantum innuit Aris-
to. dicens locum esse immobilem sunt, ex

dictis multa absurda. Primum, res potest
mea: si manet in quiete: nam siuge per fir-
mam rurib ferti coleriter omni ex parte
aere, ruris manet (firmam enim possit)
tamen sita alio, & alio loco, nā cum sita in
alio, & alio continente, in alio, & alio continē-
tis extremitate fiet: igitur mouetur quoq;
Deinde fit, vt supra & infra non sint differe-
rentia loci, nam potest aliquid esse in eisdē
extremitate prima, & immobilis vt hæc
explicatum est) rei continentis, modō supra,
modō infra, vt si intra guttulam aquę dela-
batur aliquid idem ergo locus primus erit
supra & infra: Proinde satis constat alia cau-
sā vocasse Aristotelem extremitatem illam
immobilem, quod scilicet, quarens locus
neque per se, neque per accidens moueā-
tur, sed maneat: quare cum res continētis ma-
neat, atque cum ea sua extremitas, veram ha-
bet rationem loci, sed cum iā mouetur, non
habet iam eam rationem, sed vas. Atque
nomen hoc locus dē tenentia Aristot. de
vero loco, & de vase non dicitur proprie,
sed per analogiam de vase: nam vas, qua-
rens vas, est mobile, quod cum propria
loci ratione pugnat. Itaque cum id quod
continet mouetur, iam non proprie est lo-
cus, sed analogice, vas scilicet. Sed si hoc
ita habet, fit vt corpora quædam mouean-
tur, & nullo in loco sint: nam si decidat
gutta, atque intra eam conclusum aliquid,
illud nullo in loco est, nam in nulla extre-
mitate quiescente esse quæ etsi sit in vase,
tamē in loco non erit. Dices fortasse, et si
in nullo loco primo erit, tamen erit in
loco secundo. Certē non minus repu-
gnat esse rei alicui locum secundo sine
primo, quā esse binarium sine vnitae.
Neque verō minus pugnat (ne fortē hoc
cōcedas) moueri quod nullo in loco est
quam motus graui dicit Aristot. agnosce-
re nos cœlum esse in loco: atque si quida-
piam fit in alio loco, est certē in loco: quæ
propter non est dubium Aristot. eā quan-
quam non satis explicet, aliud quiddam
inhibere, cum dicit, extremitatem immo-
bilem id verō constat esse extremita-
tem, quādam imaginariam, quæ et si cor-
pora trāserantur, semper ibidem persis-
tet. Itaque immobilis extremitas non est
ipsa reuera rei continentis extremitas, sed
illa concepta ibi immobilis: atque ea extre-
mitas est magnitudo quædam in categoria
quæritatis. Et itaque extremitas, quæ ibidē
immo-

immobilis persistere intelligitur, est locus, quæ transfertur est vas. Hæc est sententia Arist. sed si illa exotericitas immobilis nō est in re quæpiam reuera, cur datur magis rei contenti, quàm rei quæ continetur: nam si extremitas continenti & contenti simul sunt, & illa imaginaria extremitas simul cū ambabus est. Dicitur reuera neutrius est, tamen datur contenti, quia loci est continere. Primum (ut statim explicabo) continere vas, aut receptaculi magis est, quàm loci. Deinde neque illud cōgruit, duo loca esse propriissime, immobile cētrum & concavū cœli superficiem, & locū omnem se perficere esse: nā centrū nulla superficies est, ergo deficit ratio loci in vna propriissimarū differentiarum: quapropter quandoquidem neque Arist. statuit loci rationem in re aliqua sine imaginatione, satis existimo imaginari spatium quoddā, in quo res quevis sit, ab ea diversum: id verò est ab ipsa, nō numero, sed imaginatione diversum nulli scilicet quod ego modò occupo, quod nisi ego, aut aliud corp⁹ occuparet, vacuū esset, est loc⁹. Aliter quo pacto Arist. ipse vocat vacuū locū inanes: nisi vacuū locus inanis est, ergo hoc ipsū spatium cum occupabitur corpore erit loc⁹ plenus, nō extremitas. Præterea, si nihil aliud, certè debilitas argumentorū Arist. hæc sententia satis cōfirmare dicit enim primò spatium nihil est præter corpus hoc, aut illud, quodcūque cōtinetur. Est ita, sed neque imaginaria superficies est, præter verā superficiem res alia, nisi ratione solum. Dicit deinde fieri, ut sint infinita loca: hoc argumentum est inane, nā ita erunt loca infinita, ut sunt cōtinuati corporis infinitæ partes. Ad id fieti cūm transferretur vas aliquod, ut locus mureretur in alium locum, quia spatium intra vas fertur in aliud spatium aëris. Sed cur si Arist. imaginatur immobilem extremitatem, non imaginemur nos spatium immobilem movere multo melius: nam superficies per se videtur esse accidens corporis mobilis, spatium verò nullius, sed quædam magnitudo ampla intelligitur per se. Sed ut hæc euadant perspicua, veram de loco sententiam declaremus. Loci nomen non dicitur simpliciter, sed inulvis modis: nam loc⁹ dicitur quod est receptaculum, ut vas, & vestis, & domus: hoc modo dicitur locus, est qui cōtinet, hic nō Labor per se differentias supra aut infra. Nam idem locus hoc modo potest esse supra & infra, ut si vas vino

plenum transfertur: quare nō est hic locus, quem Physici inuestigant. Alio modo dicitur locus ordinis, ut dicimus suo quisque loco sedet, nihil curantes qua in parte sedeat, sed quo ordine. Alio modo dicitur loc⁹ totius vniuersi: loci ita dicti nō est continere, sed occupari. Itaque est locus, nō quo res cōtinetur sed vbi res est. Suprà & infra dici possunt simpliciter, aut ad aliud: simpliciter supra est in vniuerso cœlū, & pars illi vicina, infra centrū mūdi, & quod vicinū illi est: ad aliquid, ut quod ad aliud est supra, ad aliud infra. Atqui hæc differentia supra & infra cūm ad aliquid dicitur, pertinet per se ad locū ordinis: ut dicuntur simpliciter, pertinet per se ad locum vniuersi. Nimirum spatia, quæ ad centrū inclinant simpliciter sunt infra, quæ ad cœlum supra. Locus vniuersi non aliter mutari potest, quæ per motum: locus ordinis non solum per motum rei ipsius, quæ locum mutat, sed etiam re quiescente mutari potest, ut si aër, qui est infra terram, erumpat sicutque supra terram, certè terra quiescens mutaverit locum ordinis: erat enim prius supra, modò infra aërem est facta: nihilominus ad Physicum spectat his duobus modis de loco disputare, ordinis, & vniuersi: quia uterque locus comparatur per motum, locus vniuersi rei ipsius, quæ eum mutat, ordinis, nō ipsius rei necessariò, sed ut ipsi⁹, aut vicina. Nam si omnia simul quiescant, idem erit rerum ordo: atque ut in initio huius disputationis monstrauimus, ordo magnam vim habet permouēdi res naturales, vsque adeo, ut res omnes tales, ordinis gratia moueantur per se, loci, ex accidenti. Locus simpliciter, aut vniuersi est spatium, in quo res est, immobile, imaginatione conceptum, quod per distantia, aut viciniā cū aliis rebus cognoscitur, & definitur, maximè cū cœlo, & mundi centro, quia hæc sunt mundi extrema, & eodē loco sunt semper. Quæ ratione cōstat cœlum summum nō minus esse in loco, quàm reliqua corpora, nā occupat spatium quoddā, quod tanto infernalio distat a centro: tamen cœlum in loco nō esset, si locus esset extremitas contrarietas: nā ab altera parte a nullo continetur. Mundus quidem totus est etiā alibi, tamen id spatium non potest, nisi per partes definiti, quia extra mundum nulla alia res est, cum qua conferatur, distantia, aut viciniā longitudine. Sed de loco hæc sunt satis. Hanc

Locus spatium est.

Vera de loco sententia

Cœli præter
extrema est
in loco ut
alia corpora

Mundi latus
per partes
definitur.

rationem cognoscendi cuiusque rei locum Cosmographi exerceant, qui tamen nō qua in re quidque eorū tinetur, sed quā longē ab aliis rebus distet, & quō verius, curant. Sed in hanc ipsam sententiam sequētibz capitibus addemus plura.

CAPVT QVINTVM.

¶ Cuiusmodi corpori est extra corpus aliud, quod illud contineat, hoc in loco est, ut autem non, haud quaquam. Quapropter etiam si aqua huiusmodi fuerit facta, partes illius mouebuntur, continentur enim inuicem. Vniuersum verō quodammodo mouebitur, quodammodo non: nam quatenus totum, totum simul locum non mutat, circulo autem mouebitur: partium enim hic locus, & sursum quidem, aut deorsum, non circulo autem, quadam. Sursum autem, ac deorsum, quaecunque habent raritatem, & densitatem: quemadmodum autem dictum est, alia quidem sunt in loco potentia, alia autem actu: quare cum continuatum sit quod simplex, potentia sunt in loco partes, cum verō separatae sint, tangat verō sese, ut cumulus actu. Et alia quidem per se, ut omne corpus, aut latrone, aut accretione mobile, per se est alicubi, cælum verō, ut dictum est, nō alicubi totum: neque enim in loco aliquo est, si quidem nullum corpus illud continet, sed ut mouetur, ita & locus est partibus: nam partes alia alias continentes sunt. Quadam verō per accidens, ut anima. Cælum: nam partes omnes quodammodo in loco sunt, in circulo enim alia aliam continet: qua

re mouetur quidē circulo solum, quod supra: totum verō nō est alicubi, quod enim est alicubi, & ipsum est aliquid, & insuper aliquid aliud oportet esse praeter ipsum, in quo contineatur: sed praeter totum, vniuersumque, nihil est extra, ac proinde in cælo sunt omnia, cælum enim fortasse vniuersum: est autem locus non cælum, sed cæli aliquid, finis quiescens, extremus & tangens corpus mobile, & hac de causa terra in aqua, hac autem in aëre, hic verō in aëre, aether in cælo, cælū non adhuc in alio.

¶ Modō Arist. quō suam sententiam confirmet, simul & explicet, colligit quædam, quæ ex ea sententia fiunt. Deinde docet, quō pacto omnia, quæ de loco dubitata sunt, solui possint. Primum (inquit) id corpus, cui est aliud extra, a quo contineatur, est in loco, cui autem non est, non est in loco, ut aqua est in aëre, quippe in quo continetur: summum verō cælum non est in loco, quia in nullo corpore continetur. Quapropter etiam si aqua huiusmodi fuerit facta, hoc est, si ponatur aquam ita habere, ut nihil extralati sit, petinde accidet, ac nunc accidit corale, scilicet partes illius mouebuntur: nā continentur alie in aliis, suntque alie in loco, tamen tota aqua non simpliciter mouebitur, sed quodammodo mouebitur, quodammodo non: nā cælum summū & aqua, si ponatur hæc esse rerum omnium extrema, quatenus totum nō mouetur: nō enim mutat totum locum simul, cum nō moueatur de loco ad locum, sed circulariter: motus verō circularis, non est motus totius, sed partium: motus verō sursum, aut deorsum non est partium solum, sed totius: nā quæ sursum aut deorsum mouentur, tota transferuntur, quæ circulo, non transferuntur, sed eodem loco persistentia mouentur secundum partes. Atqui etiam quædam mouentur circulo, ut orbis, & illorum partes: sursum autem, ac deorsum mouentur quæ cunque habent raritatem, aut densitatem, corpora scilicet omnia ortui, & interitui ob

boxia, quæ intra cælum sunt. Itaque dicit Aristoteles cælum, & vniuersum neque totum esse in loco, neque totum moueri, sed secundum partes. Quod ut magis explicet, addit, rerum alias esse in loco potentia, alias actu, ut in corpore continuo, & simpliciterque omni generis partes sunt in loco potentia, cum verò separatae sunt partes, velut in cumulo, sunt in actu, ut epiciculus est in cælo actu: partes alie orbis sunt in toto orbe potentia.

Rursum rerum alie sunt per se in loco, alie per accidens, ut omne corpus quod latet, aut accretione, mobile est, per se est alicubi: anima verò & cælum per accidens. Nā anima est per corpus, cælum verò, ut dictum est, non est alicubi totum, neque enim est in loco aliquo per se totum, siquidem nullum corpus illud continet, sed vt mouetur totum, ita est in loco, per accidens scilicet. Nā vt mouetur per partes, & non per se totum, ita locus est partibus, & non toti per se: nā partes omnes cæli quodammodo sunt in loco, nam in circulo alia pars aliam continet. Itaque totum mouetur per partes, & partes mouentur, vt continentur loco, potentia scilicet. Hinc (inquit) fit, vt in vniuersitate rerum, illud solum corpus moueatur circulo, quod supra alia omnia corpora est, quia illud solum, quod per se totum non est in loco, sed per partes, oportet moueri motu circulari, qui motus non est totus per se, sed per partes. Fit etiam (inquit) totum mundum non esse alicubi per se totum: nā quod est alicubi, & ipsum est aliquid, & in super aliquid aliud oportet esse præter ipsum, in quo continentur: sed præter totum, vniuersum quo nihil est extra, ac prouide in cælo sunt omnia. Cælum enim fortasse vniuersum, id est, cælum enim fortasse omnia continent intra se. Dicit fortasse, ob sententias Philosophorum, qui plures mundos esse opinabantur, aut extra cælum corpus quoddam immensum, quia hucusque nondum refutauit, est tamen refutaturus in aliis Philosophiæ partibus. Cælum itaque est locus aliarum rerum, est autem locus non totum cælum: locus enim non est substantia, sed aliquid cæli, id verò est finis extremus qui scens, quo tangit corpus mobile, id est, quo tangit corpora hæc orientia & interuentia. Quæ de causa terra est in aqua, aqua in aëre, aër in ethere, hoc est, igne, ignis in cælo, cælum verò per se totum non est in loco, sed vt explicatum est. Hæc Aristoteles, qui plus satis

acutè videtur mihi excogitasse modum explicandi sui placiti, tamen non videtur posse effugere multa incommoda. Nam primò concedit, cælum totum non moueri loco, neque totum esse in loco, quæ ambo sunt præter communem omnium hominum opinionem. Præterquam quodd hæc argumentandi ratio, totum cælum mouetur circulo, ergo totum mouetur loco, est ab specie ad genus, imò à præcipua specie ad genus: quam tamen Aristoteles ipse inuicit esse ab eo quod secundum quid, aut quodammodo, ad id quod omnino, & simpliciter: quando quidem (inquit) quod circulo agitur quodammodo moueri, quodammodo nō. Sed quia non audeat Aristoteles id quod erat suo placito consentaneum, apertè concedere cælum nō moueri, excogitat modum quendam, quo quodammodo mouetur, per partes scilicet, quia (dicit) totum non est alicubi, partes verò sunt alie in aliis. Primò partes non sunt in partibus, vt in loco, nam non sunt separatae. Respondet, sunt in loco potentia, & ita mouentur potentia. Sed via: intelligi potest, quid sit moueri potentia, videtur enim si potentia mouentur, non moueri actu: si neque totum cælum, neque partes actu mouentur, totum & partes quiescunt actu, quod constat esse falsum. Præter hæc, quod de partibus dicit, non est omnino verum: nam oporteret partes omnes cæli, quæ mouentur potentia, vt ille dicit, contineri in aliis partibus, vt ita essent in loco potentia: sed si feces imaginatione cælum, vt faciunt Astrologi, in duodecim signa, signum arietis, exempli gratia, intra nullam aliam partem est, nam secatur cælum, secundum totam altitudinem, à summa vsque ad imam extremitatem: quare ea pars ne potentia quidem est in loco, tamen mouetur: nam eadem cæli pars nunc est in oriente, nunc in occidente. Miseret me profectò hoc loco enarratorum omnium, qui miserè torquentur excogitantes quid de cæli motu, & loco probabile possint afferre. Alii somniant cum Aristotele non satis probabilia. Alii probabiliora quædam excogitant, sed dissentire se ab Aristotele, aut non intelligunt, aut nolunt concedere. Pauci quidam liberè, vt decet viros Philosophos, probabilia sectantur. Concludit Aristoteles esse omnium locum, non totum cælum, sed illius aliquid, inuenit scilicet immobilem, quo tangit corpora corruptibilia. Sed qui obsecro finis immobilis

est, quæ sit cœli aliquid: Si enim cœli aliquid est, est extremitas cœli, eaq; cūm cœlo moueretur. Atque extremitas, etsi secundum altitudinem intelligitur indiuisibilis, tamō secundum simplicem diem habet multas partes: quare ut totum cœlum, ita & illa extremitas mouebitur per partes, nam extremitas arietis, nunc est in oriente, nunc in occidente, quōd si illa intelligitur tantum, non est aliquid cœli. Quare ego multo magis probō, ut pote facilius, & magis consentaneum, quod de spatio prius dixi: nam ita & cœlum erit in loco, mouebiturque, & omnes in eo partes, & quicquid mouebitur, mouebitur actu, missa illa sophistica distinctione: & corpus omne actu erit in loco, illud enim intererit inter totam rerum vniuersitatem, & res singulas, ut paulō antè dictum est, & singula res sint in spatio, quod ad res alias obseruata longinquitate, aut vicinia definiti potest: tota verō vniuersitas occupat spatium, nō aliter definibile, quā per partes. Dices seruisse, huac, quem describimus, non esse locum, sed situm. Tamē non est locus enim est id spatium, quod res occupat, situs est modus, quo ad res alias res quocunq; posita est. Atque describimus, agnoscamusque eadem locum per situm, nō tamen proinde est eadem res: nam mundus quidem totus locum habet, etsi non sint alia res: atque quia situm non habet, eius locus non potest describi. Sed hæc partim ex dictis, partim ex sequentibus sicut aperitissima.

*Locus est
spatium.*

*Locus est
situs qui des-
cribitur.*

¶ Manifestum autē ex his, quōd quidem dubitationes omnes solui possint, loco ita nuncupato. Neque enim augetur simili necesse est locum, neque punctum esse locum, neque duo corpora esse in eodem loco, neque aliquid esse corporeum spatium: corpus enim est, quod in medio loci est, quodcūque contingit, sed nō spatium corporis, et est quidē locus etiā alicubi, nō autē ut in loco, sed ut finis in re finita. Non enim omne quod est, in loco est, sed corpus mobile.

¶ In hac capituli parte inde curat Aristot. sententia confirmationem addere, & dubitationes omnes, quæ in initio disputationis occurrerunt, facili diluatur. Dubitatio quardā occurtebat, videri scilicet locū creferre cum corpore. Facili diluitur, siquidē locus est extremitas immobilis finiens corpus: quare quod crescit, commutat locum angustiorē cum ampliore, tamen non crescit locus. Occurrebat alia, oportere punctū quoque esse locum. Hæc quoque diluitur, quia punctum nulla superficie continetur. Alia etiā occurtebat, vbi ipsa res est quodam corporeo spatio est, duo sunt corpora simul. Hoc tamen diluitur, quia ex dictis, corpus est, quod in medio loci, id est, intra extremitatem est, non hoc, aut illud, sed quodcunq; contingit ibi esse: non autē est spatium corporis, id est, spatium mensurabile. Occurrebat quoque alia dubitatio, videri loci esse locum alium. Hoc quoque diluitur, nam locus est alicubi, scilicet in corpore continente, non ut in loco, sed ut finis in re finita. Neque verō necesse est, ut in loco sit: non enim omne quod est, est in loco, sed tantum omne corpus mobile, ut dicitur Aristot. dubitata. Sed non video, cur sint hæc ipsa difficiliora diluta, si locus spatium esse ponatur: nam cūm spatium ponatur esse immobile, crescentē corpore, nō hoc crescit, sed succedet aliud maius. Punctū cūm nullum spatium occupet, nullo loco erit. Spatium illud non ponitur esse corpus in se substantia, sed imaginatione mensurabile: quod an reuera, atque numero ab ipso corpore differat, an ratione solum, nihil curō: quinimo puto probabilitud nullā rem esse à corpore diuersam numero, sed quiddā, quod circa corpus intelligitur: quare non erunt duo corpora in eodem loco. Locus non est alicubi per se, sed ad alia: putā tam longè ab his rebus distans. Neque quidem necesse est locum alicubi esse per se: nō enim, ut ipsius Aristotelis verbis utar, omne quod est, in loco est: sed corpus mobile.

¶ Et non sine ratione fertur vnūque d que in suum locum, quod enim proximum, & extra violentiam ad vnctū, congener, & qua simul nata sunt esse, sine passione: adiuncta verō, agentia & patientia mutuo. Et manet qui dem

dem natur aliter in loco proprio quod
 us non sine ratione: etenim pars hac
 quidem in toto loco, vt diuisibilis pars
 ad totum est, vt cum aliquis moueat
 patrem a qua, aut aëris, ita autem &
 aër habet ad aquam, vt materia enim,
 hac autem species, aqua quidem ma-
 teria aëris, aër vero vt actus quidam
 illius: nam aqua aër est potentia, aër
 vero potentia aqua alio modo. De-
 finendum autem est hoc posterius, sed
 occasiois gratia, necesse fuit modo di-
 cere, quod obscure quidem nunc est di-
 ctum, tunc erit aperius. Si igitur id
 est materia, & actus (aqua enim am-
 bos, sed hoc quidem potentia, illud a-
 ctus) habebit certe, vt pars quodammo-
 do ad totum: quare & hu est tactus,
 copulatio autem, cum ambo actus vnū
 fiant. Atqui de hoc loco, & quod est,
 & quid est diximus.

¶ Modò rationem reddidit iuxta suum placi-
 tum, quia vnumquodque fertur naturaliter
 in suum locum. Causam esse dicit, quòd
 vnumquodque naturaliter prosequitur si-
 bi similia, & refugit contraria, & in eo or-
 dinem, quem corpora naturaliter amant, cor-
 pus quodcumque, quod alieni est proximū
 citra violentiam, & illi congener natura, vt
 terra aquæ, aqua aëris, aër igni similis est na-
 tura, & quæcumque nati sunt esse simul,
 sunt sine passione, id est, citra violentiam,
 & cum quàm minima repugnantia: quia ha-
 bent naturalem sympathiam, & consensio-
 nem. Quæ vero non sunt nata esse simul,
 sed violentè adiuncta, sunt agentia & pas-
 sientia mutud, hoc est, habent: naturale an-
 tipathiam, & contrarietatem, atque mutud
 sese afficiunt magnopere, & violentiam in-
 ferunt, vt si quis aquam cum igne coniun-
 gat, itaque quia vnumquodque querit sibi
 simile, & cum eo habet sympathiam, & il-
 lud prosequitur, atque in eo naturaliter quie-
 scit, & refugit contrarium, cum quo habet

antipathiam, vt terra naturaliter sit in a-
 qua, & aqua in aëre, & hic in igne. Atque
 quia in illis naturaliter quiescunt, ad illa e-
 tiam naturaliter feruntur. Obiicies fortas-
 se, oportere hac ratione corpora omnia tā
 longè disidere locis, quàm distat natura: si
 quare terra propior esse deberet igni, cum
 quo habet communem siccitatem, quàm ac-
 ri, cum quo qualitatem nullam. Sed non o-
 portet, quia non alia ratione possent collo-
 cari extremè distita elementa dissimibola,
 id est, quæ nullam qualitatem communem
 habent, quàm aliis dissimibolis coniunctis.
 Nam si primum ponis ignem, aquam vlti-
 mam, aër & terra coniuncta sint in medijs
 locis. Si ponis primum aërem, terram vlti-
 mam, sint coniuncta aqua & ignis, nulla er-
 go ratione meliùs locari possunt, quo nulla
 omnino cōtraria vicina sint, quàm terra in
 aqua, hac in aëre, aër in igne (si modò ignis
 aliqua regio prope cælum est) locatis. Ad-
 des, hac ratione indicatum esse, hæc qua-
 tuor corpora ad seipsa ita debere esse loca-
 ta, sed quod ignis supremus, ac summus,
 terra quoque ima nō supra esse debet,
 nondum indicatum esse. Nam si ignis ten-
 detur centrum mundi, essetque intra aërem,
 aërque intra aquam, & hæc intra terrā, ni-
 hilominus essent locata singula in sibi simi-
 li corpore. Certè Arist. pulchrè docuit, ita
 locata debere esse hæc corpora, vt esse dicū-
 tur: velim tamen hoc eius rationi addidit, ut
 oporteat singula prope similia corpora lo-
 cata esse, oportere etiam ad vniuersi cōser-
 uationem, tenuiora supra crassiora locata
 esse. Quandoquidem virtutes cæli minùs
 prohibent tenuia crassis, quàm crassa tenui-
 bus. Hinc nata est naturalis illa corporum
 omnium propensio in eum ordinem, vt te-
 nua super crassis sint. Verùm ex hoc loco
 aperte iam intelligis, & ratio addidit,
 verum esse, atque ex sententia Aristotelis,
 quod supra suasi, res non amare loca quædā
 per se, sed vt cum aliis corporibus natura
 si ordine locata sint, ita scilicet, vt sint simi-
 lia in similibus, & crassa sub tenuibus. Pro-
 bat deinde, meritò quiescere vnumquodque
 in suo loco: nam res quæuis ad locum suū,
 id est, ad eam rem in qua continetur, habet,
 vt pars facile diuisibilis habet ad totum, vt
 scilicet pars aquæ ad totam aquam, aut pars
 aëris, ad totum aërem: atque mouetur aqua
 in aëre, vt pars aquæ in tota aqua. Habet et-
 iā ita aër ad aquam, nam aër ad aquam ha-
 bet,

bet, vt ad materiam illis verè est: vt species & forma. Nam aqua (inquit) est materia aeris, aer verò vt actus quidam aquæ: nam aqua est potentia aer, ex aqua enim aer fit, aer verò est potentia aqua, sed alio modo: nimirum quamquam vtrunque est potentia alterum, potest enim ex alterutro alterum fieri. tamen propius aqua est potentia aer, quàm e contra: quiaeductio perfectioris formæ ab imperfectiori est ortus, cõtrà reductio ad imperfectiorem est interitus: forma verò aeris perfectior est, quàm aquæ: quare cum ex aqua fit aer, ortus est, & cum aqua ex aere, interitus, dicta de causa: & quia aer ex aqua calore fit, aqua ex aere frigore, ortus tribuuntur calori, interitus frigori: ortus tendunt in formam, interitus in materiam: igitur aqua ad aerem habet, vt materia ad formam: ut que ex aqua, & vicinè no aer fit: vt quoddam totum, quare verè dictum est, aquam moueri in aere, vt partè aque in tota aqua, ætque quiescet merid aqua in aere: naturaliter, vt partes quiescunt in toto. Dices hac ratione nihil effici, quia aqua non tantùm est potentia aer, sed ignis etiam, quia potest in materia aqua fieri forma ignis, & forma ignis perfectior est etiã, quàm aquæ: quare hac ratione in igne etiã potest aqua esse. Sed ego huic obiectioni ita respondeo, esse quidem aquam potentiam ignis, sed non potentiam proximam, ac (quod dicunt) immediatam: non enim im puto posse elementa dissimibola in sese proximè commutari. Sed hoc in opere de ortu, & interitu dicitur, hinc obiter, vt ab ipso Arist. dictum est. Concludit ergo Arist. habere quodammodo aquam ad aerem (eadem ratio est aliorum corporum ad sua loca) vt partè ad totum: quare (inquit) si his tactus, id est, naturaliter sese tangunt. continetque aer aquam, actus enim est, qui continet, & sunt vt eiusdem totius partes separabiles. Cum verò ambo actu huius vnũ, vt aqua mutata in aerem, fit pro tactu copulatio, id est, que sese tangebat, sũt cõtinuata. Hæc Arist. de causa, qua corpora feruntur naturaliter in sua loca, & in eis manent, quæ tamè (vt hoc quoque intelligas) meæ opinioni de loco minime sunt aduersa. Nam tamen si dixi locum esse id spatium, quod corpus occupat. Dixi tamen corpora non ferri: locorum gratia per se, sed gratia ordinis eius, quem naturam merito amare, indicatum est. Sed de loco hæcenus.

**Eodem modo accipere oportet, Rhi-
losophi esse considerare etiam de vacuo, an sit, an non, & quomodo sit, si-
quid est, quemadmodum & de loco.
Nam parem habet fidem, & incertitudinem, ob ea quæ accipiuntur: nam vt locum quendam, & vas, ipsum vacuum ponunt, qui affirmant. Vide-
tur autem plenum quidem esse, cum eam molem habet, quam potest capere, cum autem priuatur, vacuum: quæ si idem sit vacuum, & plenum, & loco-
cuius: esse autem illis non idem sit. Incipere autem oportet considerationem, accipientes quæ dicunt hi, qui affirmant esse, & rursus quæ dicunt, qui non affirmant esse, & rursus communi-
a dogmata de ipsis. Quidam ergo sentantes monstrare non esse, nõ quod homines vacuum dici volunt, resutat, sed quod errantes dicunt: vt Anaxagoras, & qui eo modo disputant: monstrant enim aerem esse aliquid, comprimentes vitres, & monstrantes aeren: esse vehementem, & accipientes in clepsydris: homines autem volunt vacuum esse spatium, in quo nullum est sensibile corpus. Putantes autem omne, quod est, esse corpus, dicunt, in quo omnino nihil est, hoc esse vacuum: quare aere plenum, vacuum esse. Non igitur hoc oportet monstrare esse quidem aerem, sed non esse spatium diuersum à corporibus, neque separabile, neque actu existens, quod totum corpus distinguit, vt non sit continuatum, vt dicunt Demo-**

critus, & Leucippus, et alij multi Phy-
siologi, atque liquid est extra totum cor-
pus, quod est continuatum. Hinc igitur
non per portam ad problema accedunt,
sed qui dicunt esse potius dicunt sanè
vnum, quod quidem motus secundum
locum non sit: is verò est latio, aut ac-
cretio. non enim videri possit esse mo-
tus, nisi sit vacuum. Nam plenum nõ
possit recipere, si autem recipiat, &
sint duo in eodem, continget certè, &
quoicumque corpora esse simul: nam
differentiam, qua possit, quodcumque
duerur, non possis dicere. Si autem
hoc accideret, & minimum accipiet ma-
ximum, multa enim parua magnum
est: quare si multa aequalia accideret in
eodem esse, & multa in aequalia. Me-
lissus ergo ex his ostendit, totum esse
immobile: si enim moueretur, necessa-
rio, dicunt, esse vacuum: vacuum ve-
rò non est eorum, quæ sunt. Vno er-
go modo ex his monstrant esse aliquid
vacuum, alio autem quia videtur que-
dam coëuntia, & oppilata. Vt & vi-
num dicunt cum veribus recipere do-
lia, Vt in ea, quæ vacua sunt coëunte
corpore densato. Adhuc autem &
accretio videtur omnibus fieri per va-
cuum: nam alimentum est corpus, duo
autem corpora non possunt simul esse,
testimonium autem & id, quod est in
cinere, faciunt, qui accipit tantum aquæ,
quantum vas vacuum. Esse autem di-
cebant etiam Pythagoræ vacuum, &
ipsum in celum sabire ex infinito spi-
ritu, Vt inrespiras, & vacuum, quod
definit naturas: quasi vacuum sit sepa-

ratio quadam eorum, quæ ordine suc-
cedunt, & distinctionis. & hunc di-
cunt esse primum innumeris: vacuum
enim distinguere naturam illorum.

Eorum ergo, quorum alij dicunt esse,
alij autem non dicunt, ferè tot, & ta-
lia sunt.

Transgressionem facit modò Arist. ad di-
sputationè de vacuo, ac dicit pertinere ad
Philosophum considerare de vacuo nõ mi-
nus, quàm de loco: atq; eodem modo, quo
de loco dictum est, dicere, an sit, & quid sit.
Nam disputatione de loco, & vacuo parè ha-
bet fidem, & incertitudinem, ob ea quæ ac-
cipiuntur, id est, eadem argumenta in vitæ-
que partem disputationis sũt de vacuo, &
de loco. Nam qui affirmant vacuum esse, vt
quendam locum, & vas illud ponunt: at vi-
detur idem, quod plenum est locus, cum non
est plenum, esse vacuum. quasi eadem nu-
mero res sit, vacuum, & plenum, & locus.
et si esse non sit idem illis, id est, et si fiat ra-
tione diuerfa. Itaque eodem modo pertinet
ad Philosophum disputare de vacuo, quo de
loco. Aperit deinde Arist. ordinè, quo hæc
disputationè est profecturus dies, oportet
ut sit disputationis ordo, vt scilicet sum-
accipiantur ea quæ afferunt hi, qui affirmant
vacuum esse: & eorum quæ afferunt hi,
qui negant. Deinde communia dogmata,
id est, ea quæ vtrique de vacuo concedunt.
Primum incipit ab his, quæ afferunt, qui va-
cuum esse negant, quos vituperat eo nomi-
ne, quod non probent vacuum non esse, vt
nomine vacui videntur viri docti, sed vt igno-
ri, & vulgares: quod fecisse dicit Anaxago-
ram, & alios ita disputantes. Nam vt pro-
bent non esse vacuum, probant aërem esse
aliquid, id quod probant comprimentes
vires aëres plenos: comprimendo enim a-
peritè sentimus, aërem aliquid esse, quoniam
etiam esse vehementem, & resistere. Quod
etiam in clepsydriis monstrabant. scilicet cle-
psydre orat vascula quedã vitrea ad distin-
guendas horas descensu aque, vt parantur
hodie horologia ex arena comparatim quibus
constat aërem descendenti aquæ esse
impedimento, quod non faceret, nisi ali-
quid esset, haberetque corpus. Hoc verò
non est referare quod Philosophi dicunt, sed
quod vulgus hominum: putant enim vul-

gares homines vacuum id quod videt, nō esse corpore aliquo sensibili plenum: atque putantes omne quod est esse corpus sensibile, concedit quidem in quo omnino nihil est, esse vacuum: & id quod est aere plenum, dicunt vacuum, quia scilicet aere nō vident esse sensibile corpus. Sed non oportuit hos refutare, nam id Philosophis leue est, neque mōstrare aere esse aliquid, sed probare vacuum nō esse, vt Philosophi affirmabant. Democritus scilicet, & Leucippus dicebant esse quoddam spatium diuersum à rebus, & separabile, in quo res esset, & quo res diuersae separarentur alia ab alia, vt non sint omnia vnum, & continuatum corpus: putabant enim illi non posse esse continuatas res, inter quas nullum inane spatium intercederet. Hos ergo oportuit refutare, probareque non esse aliquid tale spatium diuersum à rebus, & separabile, quod eas distinguat, et que si qui etiam totum, & continuatum putant hunc mundum esse, tamen extra illum ponunt inane. Igitur, hi qui negant inane esse, non accedunt per portam (quod est in proterbio) ad questionē. Haec est legitima enarratio huius loci, quae Aristipile obicerant, repetens dictionem illam homines, vt ensque ea variē. Nam vbi dicit quod homines vacuum dici volūt, refert viros doctos: paulo infra dicit, homines autem volunt, refert (vt explicat) vulgus hominum, quod non intelligentes enarratores, omnes ferē serunt in sensus inexplicabiles, & dissentaneos. Producit deinde Aristi argumenta eorum, qui affirmant esse vacuum, dicens eos potius accedere ad questionem per portam, nam ita argumētatur. Primum dicunt fieri, nisi vacuum sit, vt nō possit esse secundum locum motus, neque latitio scilicet, neque accretio: si illud, in quod fertur id quod mouetur, non est vacuum, recipit ergo cum sit plenum: quare erunt duo corpora in eodem loco, quod si duo esse possunt in eodem, tria etiam possunt, & quatuor, & quotecunque: nam eadem ratione qua duo possunt, possit & quodcumque aliud ostendas, neque possis differentiam statuire, qua duo, aut tria indicata possint & non possit quodcumque aliud accedere. Et vas quodcumque quantumuis minimum accipere possit corpus quodcumque quantumuis maximum: nam perinde est accipere vnum inagnum, ac multa parua. Sed concedis, paruum vas posse accipere multa

parua corpora, possit ergo accipere & vnum maximum. Si igitur multa aequalia esse possunt in eodē, multa quoque inaequalia esse possunt: ergo his argumentis duorum alterū sit, aut vacuum esse, aut non esse motum. Quidā vtebantur eis ad probandum vacuum esse. Mellissus verō putans vacuum nihil esse, ac omnino non esse, vtebatur ad confirmandum, totum esse immobile. Sed qui vacuum esse dicunt, aliud etiam argumentum accipiunt ex consideratione: videmus scilicet quaedam corpora velut coeuntia, & oppilata, vt vinum quod nunc effusum, replet doliū, statim ab eodem doliū in vrbibus capitur, cum tamen vires nonnihil occupet: quod non aliter videtur fieri posse, quam in ea, quae sunt vacua, coeunte corpore densato. Capiunt aliud argumentum ex accretione, quae non videtur potest fieri, nisi in crescente corpore sint quaedam inania: nam accedit membris alimentū copiosius, quam absorbitur, id ergo quod plus est, aut fit in eodem loco cum alia substantiae parte, atque fiet, vt duo corpora simul sint, aut subit inane. Aliud etiam argumentum capiunt ex cineribus: cineres scilicet imbuntur tantum aequae, quantum inane vas eius magnitudinis acciperet, quod non videntur posse facere, nisi haberent inania, eaque multa. His dictis refert sententiam Pythagorae, quod de vacuo dicit, eos quoque dixisse esse vacua extra caelum, vt in infinitum quendam spiritum, idque trahi à caelo, quasi respirare, subireque in caelum ad distinguendum res diuersarum naturarum: quasi vacuum sit separatio quaedam eorum, quae ordine collocata sunt. Ac proinde dicit vacuum esse, primum quod numeris accidit, quia vacuo, vt numero, distinguuntur omnium naturae: haec dicit esse Pythagorae sententia de vacuo. Dicit deinde per epilogum, tot, & talia esse argumenta Philosophorum, quorum alii dicunt, alii negant vacuum esse.

CAPVT SEPTIMUM.

¶ Sed vt intelligamus quomodo res habeat, oportet accipere, quid significet nomen. Videtur autem vacuum esse locus, in quo nihil est: huius autē causa, quod omne quod est, corpus esse

esse putant, omne autem corpus in loco, vacuum vero, in quo loco, nullum est corpus, quare si alibi non est corpus, nihil esse ibi. Rursum, omne corpus putant esse tangibile, id verò quod habet leuitatem, aut grauitatem. Colitur ergo ex ratione syllogistica illud esse vacuum, in quo nihil est graue, aut leue. Hæc itaque (vt nuper dicebamus) ex syllogismo accidunt, absurdum verò si punctum vacuum sit: oportet enim locum esse, in quo corporis tangibilis est spatium: igitur vnoquidem modo vacuum dici viderur, quod non est corpore sensibili plenum secundum tactum. sensibile autem est secundum tactum habens grauitatē, & leuitatem: quapropter dubitabit aliquis, quid dicent, si spatium habet colorem, aut sonum, nunquid vacuū, an non iam manifestum, si capiat quidem corpus tangibile vacuum esse, sin minus, non. Alio autem modo, in quo non est hoc aliquid, neque substantia aliqua corporea, cuius causa dicunt quidam vacuum esse materiam corporum, qui quidem & locum, & hoc ipsum non recte dicentes. Materia enim non est separabilis à corporibus, vacuum vero querunt vt separabile: quandoquidem autem & de loco definitum est, & vacuum locum necesse est esse, si est priuatum corpore, locus autem & quomodo est, & quomodo non est, dictum est. Constat hoc modo vacuum non esse, neque separatum, neque inseparabile: vacuū enim non corpus, sed corporis spatium vo-

lunt esse: quare & vacuum videtur esse aliquid, quia & locus, & eisdem de causis. Euenit enim motus is, qui secundum locum, & dicentibus locū esse aliquid præter corpora incidentia, & is, qui vacuum. Causam autem motus putant esse vacuum, ita vt in quo motus fit. hoc autem fit, vt locum dicunt quidam. Nulla autem necessitas, si est motus, esse vacuū: igitur vniuersim omnis motus, nullatenus. Quare Melissum iacuit: alterari enim contingit, quod plenum est, verum neque motum secundum locum: simul enim cedere mutuo sibiipsis contingit, nullo existente spatio separabili præter corpora, qua mouentur. Quod manifestum, & in quibusdā continuatorum, vt & in humidis: contingit autem & densari, non in vacuum, sed quia ea que sunt, elaborantur, vt aqua collissa qui inest aër: & augeri non solum subeunte aliquo, sed & alteratione, vt si ex aqua fiat aër. Vniuersim autem sermo de accretione, & aqua infusa in cinerem, ipse seipsum impedit. Aut enim non crescit quodcunque, aut non corpore, aut contingit duo corpora in eodem esse. Ergo dubitationem communem volunt soluere, sed non monstrant vacuum esse, aut necesse est, totum esse corpus vacuum, si omnino augetur, & augetur per vacuum. Eadem autem ratio & in cinere, facile ergo soluit ea, ex quibus probans vacuum esse, manifestum.

Proposuit argumenta utriusque sententia-
purantiam, inquam, esse vacuum, & negan-
tiam, modò ut ad decisionem accedat, in-
cipit à nominis interpretatione, nã ita oportet
agere, cum varius est nominis apud homi-
nes usus, velut nomen vacuum: hoc enim no-
mine minùs exactè utrebantur vulgares, &
antiquissimi illi Philosophi, qui exiguà ad
huc habebant rerum notitiam, exactiùs ve-
rò Platonici, & illius seculi viri. Rudem pri-
mum, & vulgarem usurpationem aperit
Aristo, deinde exactiorem: nam ita oportet
in quavis methodo procedere. Videtur
(inquit) iuxta vulgaram normam usurpationem
vacuum esse locus, in quo nihil est.

Quòd verò videtur, causa est hæc, priores
illi, qui rudius philosophabantur, dicebant
vacuum esse locum, in quo nullum est cor-
pus: putabant verò idem omne, quod est,
esse corpus, & omne corpus in loco esse, er-
go ubi non est corpus nihil est: quare de si-
lorum sententia perinde est dicere, vacuum
esse locus, in quo nihil est, atque in quo nul-
lum est corpus. Rursum omne corpus pu-
tant esse tangibile, id est, tactu manifestè sen-
tiri, tangibile verò putant esse quod graui-
tatè habet, aut leuitatem, ergo perinde quo
que erit de illorum sententia dicere, vacu-
um esse in quo nihil est graue, aut leue: quare
quamquam illi non ita definiant, sed in quo
nullum est corpus, tamen ratione syllogis-
tica ex illorum placitis colligitur vacuum
esse, in quo nihil est graue, aut leue. Refu-
tat hanc interpretationem, non quidem dif-
fusè (nem multo plura potuit obicere) sed
breuiter, & ut aliud agens. Fit, inquit, ut p-
ctus sit vacuum, quia in p-cto nihil est gra-
ue, aut leue, id verò est absurdum. Nam ut
sit vacuum, nõ satis est, esse in quo nihil gra-
ue, aut leue sit: sed opus est, ut sit locus nul-
lum corpus habens: sed qui possit habere.
Hoc loco non intelligo, qui possit obiectio
hæc non esse iophastica: non enim illi omni-
no dixerant, vacuum esse, in quo nihil est
graue, aut leue, sed in quo loco nihil est gra-
ue, aut leue, punctum verò non est locus, nisi
forè hoc illis imponit, quòd loci quoque
naturam, atque illius existentiã, aut spaci-
um esse ignorauerint: sed verius puto, qd
sepe rem monui, Aristotelem rarò in initiis
disputationum uti firmis, & legitimis argu-
mentis: sed quibus nulli missimis verò in di-
sputationum fine. Illud quoque hic obiter
nota, Aristotelem vel inuicem appellare lo-

cum spatium, quia vix aliter explicari po-
test sermo hic de vacuo. Vtitur deinde re-
petitione huius significationis dicens, igitur
vno modo vacuū videtur dici id quod
non est plenum corpore sensibili secundum
tactum: sensibile verò secundum tactum ef-
fe videtur hoc modo, id quod habet graui-
tatem, aut leuitatè. Sed, inquit, oritur hinc
dubitatio, si quod spatium habeat colorem,
aut sonum, tamen nihil habeat graue, aut le-
ue, an erit vacuum, an non: nam dicto mo-
do fieri potest: enim dicerent, id solū
graue, aut leue, quod tactu manifestè senti-
ri possit, constat excludi aërem, per quò ta-
men fertur sonus. Atque ab cælo quoque Py-
thagorici sonus tribuebant, quin & color
rem tribuebant multi Philosophi, quia est
aspectabile, cum tamen cælum neque sit gra-
ue, neque leue. Itaque merito incidit illa du-
bitatio, quam ita center Arist. absoluit: si il-
lud spatium, quod modò est habet colo-
rem, aut sonū, corpore tangibili caret, si cor-
pus tangibile capiat, id est, capere possit, ef-
fe vacuum, quia cum possit habere, non ha-
bet corpus tangibile: si verò capere nõ pos-
sit, non esse vacuum. itaque de horum sen-
tentia locus aëre plenus vacuum sit. Alio
autem modo (hæc erit interpretatio Phila-
sophorum illius seculi) dicitur vacuum, in
quo non est hoc aliquid, neque substantia
aliqua corporea, id est, locus, in quo non est
hoc aliquid corporeum, aut substantia cor-
porea aliquatopostet enim locum esse quo
sit vacuum, nam si non potest habere, erit
non habeat corpus, non est vacuum: pun-
ctus enim non est vacuum, neque satis est,
si in loco sit hoc aliquid, nisi addas in loco,
ut in loco, aut ad has hoc aliquid corporeū:
nam vtriusque modo excluduntur substantiæ
sine materia, quæ non possunt loca reple-
re. Itaque est vacuum, in quo nõ est corpo-
rea substantia: hæc de causa dicitur (inquit)
quidam vacuum esse velle materiam cor-
porum, illi scilicet Philosophi, qui ut paulò
suprà dictum est, de loco hanc idem dicebant,
errantes tamen, ut illic monstratū est, quia
materia non est separabilis à rebus, tamen
illi ipsi inuestigant vacuum, ut separabile à
rebus, quia inuestigant ut locum. Ex dictis
Aristoteles colligit, statuitque hanc assen-
tionem, vacuum omnino non esse in rebus,
quam primo confirmat ex dictis colligens,
secundo dilucens argumenta assentionis vac-
uum esse, quasi ex facili dilutione corū eo

ster assertionis im probabilitas. Dicit ergo quandoquidem de loco definitum, & vacuū si est, locus sit priuatus corpore, loc⁹ autem quomodo est, & quomodo non est, dictum est. Constat hoc modo vacuū nō esse, id est, cūm si vacuum est aliquid, sit locus priuatus corpore, facile cōstabit ei, qui quæ de loco definita sunt intellexerit, vacuum esse nihil. Nam aut esset separatū à rebus, aut inseparabile, sed neutrum horū, quia vacuum non volent esse hi, qui illud ponunt, corpus, sed corporis capax spatium: quare vacuum videtur esse aliquid, quia locus est aliquid, & eisdem de causis, quibus locus, sed monstratum est prius, locum neque separatū esse à rebus, id est, per se sine rebus consistentem, neque inseparabilem, vt patrem ipsarum rerum: quare neque vacuum erit separatū, aut inseparabile. Dices fortass⁹ (nam oportet hæc argumenta produci, & expendi, etsi Aristō. prætereat breuiter) erit vacuum, vt locus ipse, scilicet neque separatum, neque inseparabile à rebus, sed separabile, ita vt sit à singulis rebus separabile, ab omnibus inseparabile: tamen hoc non potest de vacuo dici, etsi dicatur de loco, quia si non separatur ab omnibus corporibus illud spatium, non est vacuum: quare videtur esse repugnantia in ipsa definitione vacui, nam si vacuum est locus, in quo nulla substantia corporea est, certè separatū est ab omnibus corporibus, si separatū, non est locus, quare neque vacuum: videtur ergo vacuum omnino nō esse. Diligit deinde argumenta affirmantium vacuum esse. Erat primum, nisi vacuum sit, non posse motum esse, quis non sit, in quo fiat, quod his verbis dicit, Euenit motus is qui secundum locum, dicentibus esse locū aliquid præter corpora, quæ in ipsa incidūt, & dicentibus esse vacuum. id est, qui dicūt locum esse spatium à corporibus diuersum, & qui ponunt vacuum, colligunt motum esse, putant verò vacuum esse causam motus in quo sit, eodem modo, quo quidā, qui scilicet ponunt locum spatium, dicunt locum esse causam motus, vt in quo mot⁹ sit. Respondet Aristō. negando necesse esse, si est motus, vacuum esse: nam primum vniuersum non est necesse quo sit motus, vt sit vacuum (Melissum dicit ignorasse) nam aliterari potest aliquid, quod plenum sit. Sed neque vt motus secundum locum sit, necesse est esse vacuum: nam nullo existente

spatio separabili à rebus, corporibus sibi mutuo cedentibus, fieri potest latius, quod apertè videmus in quibusdam continuatorum, vt in humidis: velut cūm fluctuar aqua, partes partibus cedunt. Accipiebatur aliud argumentum à densatione, & debatur enim non posse fieri sine vacuo. Respondet, alia etiam ratione fieri posse, putà rebus tenuioribus, quæ intra rem quæ densatur sunt, effluentibus, vt cūm colliditur, aut comprimitur aqua, densari potest effluente aère, qui intra aquam erat inclusus. Hoc non dicit Aristō. modo, quod ita fieri densationem putet, sed solum indicet illorum argumentum esse debilissimum, quippe cui potuit ita responderi. De ea ratione densationis, quam verum esse putat, statim dicit. Erat aliud argumentum de accretione, eam scilicet non posse fieri, nisi subeunte aliquo alimento, id verò nō posse subire, nisi in vacuum, nisi multa corpora sint in eodem. Respondet negando non posse accretionem aliter fieri, quæ subeunte alimento, nam & alteratione (vocat alterationem commutationem substantiæ) vt cūm ex aqua aër fit, crescit moles: hæc non est vera ratio accretionis, sed ad diluendum argumentum hoc videtur esse satis. Quòd si argumento velis magis vt gere, ac dicas, saltem veram accretionem non posse fieri sine vacuo. Respondet Aristō. sermonem de accretione vera, & quod de aqua infusa in cineres dicebatur, seipsum impedire, hoc est, posse in alterum dogma retorqueri: nam siue dicatur esse vacuum, siue negetur, non videtur posse accretio fieri: nam si negatur, non videtur posse alimentum subire, nisi fiat corporum penetratio: si concedatur, tamen cūm quod augetur, omnino augetur, id est secundum omnes partes, necesse est, aut totum esse vacuum, aut per partes fieri corporum penetrationem. Eadem ratio est de cineribus: nam si cineres tantum capiunt aquæ, quantum vas eius magnitudinis caperet, certè aut id non fit vacui causa, aut totus cinis esset vacuum. Igitur illi his argumentis quæ sunt dubitationis satis magnæ, sed vtriusque communis, dissolutionem, tamen non probant, vacuum non esse. Manifestum ergo (inquit) facile solui ea argumenta, quibus probant vacuum esse.

CAPVT OCTAVVM.

Quod autem n. inest vacuum ita se paratum, ut quidam dicunt, dicamus rursum. Si enim est cuiusque simplicium corporum latio aliqua natura, ut igni quidem sursum, terra autem deorsum, & ad medium, constat non esse vacuum causam latioris: cuius ergo vacuum causa? videtur enim causa esse motus secundum locum, huius verò non est. Præterea, si est aliquid, ut locus corpora cum fuerit vacuum, quò feretur quod in ipso erit corpus? non enim in omnem partem. Idem autem sermo & ad eos, qui putant locum esse aliquid separatum, in quem latio sit: quomodo enim feretur quod in eo est, aut manebit? Et de differentiis sursum, aut deorsum, & de vacuo merito quadrat idem sermo: vacuum enim locum faciunt, qui dicunt esse, & quo pacto meriti, aut in loco, aut in vacuo: non enim euenit, cum totum sit positum, ut in separato loco, & in permanente corpore: pari enim nisi scorsum ponatur, non erit in loco, sed in toto. Præterea, si non est locus, neque vacuum erit: accidit autem dicentibus esse vacuum, ut necessarium si erit motus, contrarium magis, si quis consideret, non posse moveri quicquam, si sit vacuum. Quemadmodum enim ob simile dicunt terram quiescere, ita & in vacuo necesse est quiescere:

non enim est quò magis aut minus feretur, nam quatenus vacuum non habet differentiam. Primum igitur quandoquidem omnis motus, aut vi, aut secundum naturam: necesse autem si sit violentum, esse & naturalem: nam violentus præter naturam, qui verò præter naturam, posterior naturali: quare si non est secundum naturam cuique naturalium corporum motus, neque aliorum motuum erit aliquis. Verùm naturalis quomodo erit, nulla cum sit differentia in vacuo, & infinito: nam quatenus infinitum, nihil erit infra, aut supra, aut medium, quatenus autem vacuum, nihil differens infra, & supra. ut enim nullius nulla est differentia, ita & eius, quod non est: vacuum verò quod non est, & privatio esse videtur. Latio autem naturalis differentias habet, quare erunt quæ secundum naturam differentia, aut ergo nulli est natura aliquam in partem latio, aut si hæc est, non est vacuum. Præterea, nunc quidem proiecta mœuentur, eo quod pellit non tangente, aut ob antiperistatim, ut quidam dicunt, aut quia pellit pulsus aëris maiori motu, eo quo pellens feritur in proprium locum. In vacuo verò nihil horum potest fieri, neque accidet ferri, sed ut quod vehitur. Præterea, nullus potest dicere, cur id quod mouitur, consistat alibi: quid enim magis hic, quam illic? quare aut quiescet, aut feretur in infinitum necessario, nisi maius aliquid impe-

impedierit. Præterea, nunc quidem in vacuum ob id, quod cedit ferri videtur: in vacuo verò omni ex parte est huiusmodi: quare omnem in partem feretur.

Quam hinc incipit Aristo. probare nullum vacuum esse, quod ut intelligatur, scire licet antiquorum, qui vacuum esse affirmant, duas fuisse sententias. Quidam dicebant extra corpora esse infinitum quoddam vacuum, per quod res ferantur, ut infinitum quoddam spatium, in quo res sint, & per quod ferantur. Quidam non ita, sed rebus omnibus esse admixtum vacuum, itaque omnia constare ex atomis, & inani. Adversus ambas has sententias disputat sigillatim. quod (inquit) non est vacuum, ita separatum, ut quidam dicunt, dicamus rursum. Primo quia si quaratione necessarium esset tale vacuum, maxime ut motus fieret, sed vacuum non est motus secundum locum causa, cum quodcumque corpus feratur natura sua motu proprio, ut ignis sursum, terra deorsum, & ad medium mundi: si ergo motus secundum locum causa non est, nullius motus est causa: nam si cuius, latio- nis maxime esse videtur: quare si huius non est, nullius motus est causa. Præterea, si vacuum est aliquid, ut locus corporis, id est, si vacuum est velut quidam locus, in quo sunt, & moventur corpora, cum fuerit vacuum, quod feretur corpus, quod in ipso erit: nam non est maior ratio, qua feratur in hanc, quam illam partem, sed in omnem partem non feretur, omnino ergo non feretur, neque erit latitio. Atque hunc ipsum sermonem quadrate dicit adversus eos, qui dicunt locum esse spatium quoddam ab ipsis corporibus diversum, scilicet in ipsis spatiis præter corpora nulla causa esse potest, qua magis in hoc, quam illud spatium hoc, aut illud feratur. Certè verè dicit Aristo. hoc ipso argumento convinci eos, qui dicunt locum spatium esse, nisi simul intelligant, quod ego addidi corpora non ferri gratia loci, sed gratia ordinis. Itaque ego respondeo, etsi in hac, aut illa totius spatii parte nihil sit, quod huc hoc, illuc illud corpus trahat: tamen gratia comparandi huius ordi-

nis, ut renuoria sint ceteris propiora, crasiora verò sub illis moveri alia ad medium, alia à medio: itaque ordinem petunt per se, locum ex accidenti. Verùm pendere hic obiter quam longè absint à sententia Aristotelis (quanquam illi aliter putant) omnes ferè Philosophi classici diuidetes id totum, quod intra caelum est, in quatuor partes altitudinis regiones, ac dicentes, in hanc feretur naturaliter terra, in hanc aqua, in illam aer, ignis in aliam: quasi differentia aliqua per se sit regionum, & partium spatii, quod Aristoteles hic aperte negat. Addit, dictis de differententiis sursum, & deorsum, & de vacuo merito quadrat idem sermo: id est, eadè disputatio est: vacuum verò ponunt esse locum. Deinde cum hæcenus probauerit non posse res in vacuo moveri, probat neque manere, ut in loco posse res in vacuo. Et quo pacto inerit (inquit) aut in vacuo aut in loco: quod est dictum, quo pacto erit res in vacuo, aut in loco, si locus est spatium à rebus diuersum: non enim euenit, id est, non est consentaneum positum, sed repugnat locum esse spatium, aut vacuum, & res esse ut in loco: cum omne corpus sit positum in loco, ut in re separata, & super alio corpore supposito, ut terra in aqua, aqua super terram: quare quod non erit extra locum, sed simul cum ipso, non est in eo, ut in loco: pars enim aliquis totius hac de causa non est in toto, ut in loco, sed ut in toto: igitur eadem ratione, neque in spatio, aut vacuo sunt res, ut in loco, cum non sit separatum: igitur in vacuo, aut spatio, neque moveri possunt corpora, neque esse ut in loco: quare vacuū non erit locus. Quod si non est locus, neque vacuū: vacuū enim definitur per locum. Hæc secunda pars argumenti de mansione corporum in vacuo, aut spatio non est admodum effica: cur enim si pars in toto non est ut in loco, neque corpus in spatio sit ut in loco? certè est longè diuersus modus, in quo, ut pars in toto, & ut corpus in loco, illud est, in quo, ut in quo sustentatur, & ex quo illud constat, hoc verò, ut quod corpus occupat. Neque ego cōcedā, omne quod est in hoc ut in loco, esse ut in separato, & corpore permanēte: sed ita cōcedā, locū separatū esse à corpore, id est, non esse corporis partē aliquam. Addit Aristo. opinantibus esse vacuum, ut necessarium quò motus sit, si quis rectè consideret, accedere cōtrarium, nimirum non posse moveri quidpiam, si

vacuum sit. quod est dictu. illi opidatur vacuum esse necessarium, ut motus sit, tamen si quis recte consideret, contra accedat: scilicet si vacuum est, nulla res moueri potest. quod ita probat. Quomodo quidam Philosophorum affirmauerunt. Erat verò hæc assertio Anaximandri, vt. 2. de Cælo. Aristot. ipse refert terram quiescere ob simile, id est, non alia de causa, quam quod cum mundus sit omni ex parte rotundus, & equalis, non est in tanta partium mundi æqualitate, & æquali omni ex parte cœlidistantia, cur in hanc partem potius, quam in illam ruat, ita in vacuo, necesse est quæcunque res in eo posita sit, quiescere: non enim est, quò magis, aut minus feratur: nã quatenus vacuum non habet differentiam. Itaque quatenus vacuum, aut quatenus in finitum, non habet differentias loci, infinitum, quia quod infinitum est nõ habet medium, neque extrema, quæ e neque supra, neque infra: vacuum, quia eius quod non est aliquid, nullæ possunt esse differentie, vacuum verò non est: est enim priuatio. quare si vacuum non habet differentias, neque motus naturalis possit in eo fieri: nam naturalis latio differentias habet, ascensum & descensum, hoc est, lationem sursum, aut deorsum. Quòd si nulla naturalis latio in vacuo fieri potest, neque violenta possit: nam violenta est præter naturam, & quod præter naturam est, posterius est eo quod secundum naturam, atque omnibus in rebus si est quod posterius, est etiam quod prius est: igitur si violentus est, naturalis motus est, atque si naturalis non est, neque violentus est: quòd si non potest naturalis, neque violentus in vacuo esse potest. Certè si infinitum vacuum est, nullus rerum est motus: atque aut nulli rei est natura aliqua in partem latio, aut non est vacuum. Est aliud argumentum, si ferrentur corpora per vacuum, nihil posset pelli, neque moueretur recedente eo, quod impulit, vt fieri videmus in his quæ pelluntur, sed tantum moueri possent, cum id quod mouet simul esset, vt accidit his quæ vehuntur. Quòd verò fiat nunc, id est, iuxta sententiam putantium non esse vacuum, ita constat. Res quæ proiciuntur duabus de causis videntur posse moueri non tangente eo qui proicit, aut ob antiperistaltum, vt quidam dicunt, id est imperu ipso, qui imprimitur à proiciente, ob resistenciam mediæ vigorem cõ-

parante, & prohibente ne res pulsa suo pondere deorsum cadat: aut quia aer pulsus à re proiecta pelli iam rem proiectam: at que tanto pellit celerius, quãto celerius pellitur, & secatur, vt accidit catinis mare. scilicet cantibus, pellitur: scilicet ab ipsa aqua, qua rostro, aut remigiis secantur: accider lapidi proiecto per aërem, pelletur ab aëre, atque ea pulsio, quam aer pulsus præstabit, erit maior quàm imperies naturalis, quo res pel lens, id est, ipse lapis, feretur in proprium locum: quare non decider. Sed nulla harum rationum constabit, si vacuum est: nam si per vacuum feruntur corpora, non erit, antiperistaltis, neque erit quod pulsum pel lat. Neque verò etiam per aërem feretur lapis, si rerum natura ferre possit vacuum, neque aer sectus impellere lapidè possit: nam vt in aqua dicatur apertius, non alia causa, aqua secta celeriter maiorem impetu asserit carinæ, quàm quòd tanto magis properat vniri, quanto celerius secta est. hæc ergo cum experiamur, non est vacuum. De iactu, & ventione, & aliis motibus sequenti sermone audies, si de antiperistaltis aliquid hoc loco desideras, vide cap. 4. primi libri mearum controuersiarum. Addit aliud argumentum, Si quid moueretur in vacuo sua natura, nunquam consisteret: nam cum nulla partium in vacuo differentia sit, non est cur hic, aut illic consistat, ergo quod in vacuo erit, aut in infinitum quiescet, aut in infinitum mouebitur, nisi quidpiam occurrat violentius, quod impediat: saltem per se ac natura sua nunquam cessabit. Præterea, quod mouebitur in vacuo, omnem in partem feretur: nam nunc quidem (inquit) id est, iuxta sententiam putantium esse vacuum, videtur res in vacuum ferri, quia cedit, sed vacuum omni ex parte cedit: quare non est vacuum.

¶ *Præterea, ex his est manifestum quod dicitur: videmus enim idè pòdus et corpus celerius ferri ob duas causas, aut quia differt id per quod, vt per aquam, aut terram, aut aërem, aut qua differt id quod fertur, si alia sint eadem circa excessum grauitatis*

aut leuitatis: id ergo per quod fertur, causa, quia impedit maxime id quod contra fertur: deinde autem, & id quod manet, precipue autem id, quod est scissu difficile, tale vero est quod crassius: ergo *A* fertur per *B* tempore *G*, sed per *D*, quod sit tenuius tempore *E*, si equalis longitudo sit *B* et *D*, secundam proportionem impediens corporis: esto enim *B* aqua, *D* aer, quanto certe tenuior est aer aqua, & minus corporatus, tanto celerius *A* per *D* fertur, quam per *B*: habet ergo eadem rationem qua distat aer ab aqua, celeritas ad celeritatem: quare si duplo tenuior est, in duplo tempore percurrent *B*, quam *D*, & erit *G* tempus duplum *E*, atque perpetuo quato fuerit minus corporatum, & minus impediens, & facilius scissu, per quod latius fiet, celerius fertur. Vacuum vero nullam habet rationem, qua vincatur a corpore, quemadmodum neque id quod nullum, ad numerum: si enim quatuor tria superant vno, pluribus autem duo, & adhuc pluribus vnum, quam duo bus: nullum vero non habet iam rationem, qua superet, necesse enim est diuidi id quod superat, in excessum, & id quod superatur: quare erunt quatuor, quos superant & nihil: quare neque linea punctum superat, nisi componatur ex punctis. Eodem autem modo & vacuum ad plenum nullam rationem habere potest, quare neque motum: sed si per tenuissimum tanto, tantumque fertur, per vacuum omnem superat rationem. Sit enim *Z* va-

cuum, equale autem magnitudine *B* & *D*, ergo si *A* transibit & mouebitur aliquo tempore quod sit *n*; minori autem quam *E*, hanc habebit rationem vacuum ad plenum: sed tanto tempore quantum *n* ipsius *D*, hoc *A* pertransibit, pertransibit autem siquid etiam sit differens tenuitate ab aere, in quo sit *Z*, eadem ratione quam habet tempus *E*, ad tempus *n*, cum enim sit tanto tenuius corpus *Z*, quam *D*, quantum superat *E*. ipsum *n* e contra, *A* percurrent celeritate in tanto tempore, quanto *n* ipsum *Z*, si fertur. Cum igitur nullum sit corpus in *Z* celerius adhuc, verum in *n*, quare in tempore equali percurrent quod est plenum, & vacuum. sed impossibile est: manifestum ergo quod si est tempus aliquod, in quo vacuum corpus quodcumque percurrent, accidet hoc impossibile. Accipietur enim equali tempore aliquid, & id quod plenum est, & vacuum pertransire: erit enim analogum corpus aliud ad aliud, ut tempus ad tempus. Vt autem in summa dicam, constat quod hoc accidat causam esse, quod omnis motus ad motum est ratio, in tempore enim est: temporis autem omnis ad tempus est definitus ambobus: vacui enim ad plenum non est. Quatenus ergo differunt ea, per que fit latio, hac accidunt: sed secundum excessum eorum, que feruntur, hac: videmus enim ea, que habent maiorem propensionem potestatis, aut leuitatis,

fi alia eodem modo habeant in figuris cuius ferri per aequalem regionem, & secundum rationem, quam habet magnitudines mutuo: quare & per vacuum: sed hoc fieri non potest: nā ob aliquam causam feretur celerius. In plenis enim necessariū sit, celerius enim diuidi sua fortitudine maius, aut enim figuris diuidi, aut propensio nes, quam habet id quod fertur, aut projicitur: aequalis ergo celeritatis omnia erunt, quod tamē fieri nō potest. Quod ergo, si vacuum est, euenit contrarium ei quod parant hi, qui illud esse affirmant, constat ex dictis.

¶ Perstat Aristo. probare quod cœpir, putā vacuum non esse, neque per vacuum posse fieri motum. Accipit modō argumentum ex celeritate. Videtur (inquit) idē corpus, & pōdus, celerius, aut tardius ferri ob duas causas, aut quia differt mediū id per quod fertur, vt per aquam, aut terram, aut aērē: aut quia id ipsum quod fertur differt, scilicet magnitudinē, aut exiguitate, aut figuris, si alia sint eadem circa excessum grauitatis, aut leuitatis: aut differt grauitate, aut leuitate, si alia sint eadem circa magnitudinem, & figuras. Id per quod latio sit cauta est tarditatis motus, quia quietus est, aut contrā fertur, & quia crassius est, aut tenuius, ac proinde facilius scisso, aut difficilius: nam ceteris paribus quod contrā fertur magis impedit, quā quod quietū est, & verū uis tāto magis, quanto crassius est, & tanto minus, quāto tenuius. His positis, monstrat Arist. primū, ex eo per quod fit latio, deinde, & ex eo quod fertur, nō posse per vacuū motum fieri, alioquin fieri hoc absurdū, scilicet idem corpus ferretur per plenu eadem celeritate, qua per vacuum. Monstratio est huiusmodi. A mobile feratur per B spatium, G tempore. & idē mobile feratur per spatiū D, quod sit tenuius, quā B, tēpore E. si equalis longitudo sit utriusq; spatii, erunt certē illa tēpora secundū proportionem impediētis corpōtis. Esto enim B

spatiū aqua, & D sit aēr: necesse est, vt quanto tenuior, & min⁹ corporatus, ac crassius est aēr, quā aqua, tanto celerius A mobile feratur, per D spatiū, quā per B, ergo celeritas ad celeritatem habet eandē proportionem, quā aēr ad aquā: quare si duplo tenuior est aēr, quā aqua, duplo longiori tēpore percurrat B, quā D. atq; tēpus G erit duplū tēporis E. atq; perpetuū quāto fuerit minus corporatū, & minus impediēs, ac scisso facilius id spatiū, per quod, fiet latio, tanto celerius feretur. Vacuum verō nullā habet rationem, qua superetur à corpore, id est, nulla proportione vinci potest à corpore mobili, cū vacuum non sit corp⁹ ali quod, sed priuatio, & nullum corpus: nō ergo habet vacuum ad corpus proportionē quampiam, vt neq; id quod nullū est, ad numerū: nā quatuor vincit tria vno, duo vincit duobus, vnum vincit tribus, nullū verō nullā iā proportione vincit: nā necesse est, id quod superat diuidi, in id quod superatur, & in excessū, vt quatuor, quia superat vnum tribus, diuiditur in vñū, & tria: si ergo quatuor ratione aliqua superaret nullū, diuideretur quatuor, in quatuor, & nihil: non igitur ratione aliqua superat. Atque eādem ratione, neque linea superat punctū proportionem aliqua, nisi ponatur lineā componi ex punctis, quod est falsum. Eodem ergo modo vacuum ad plenum nullā rationē habere potest, quare neq; motus, id est, vacuum ad plenum nullam rationem crassitatis, aut resistentiæ habere potest, quare neque celeritatis motus. Sed si per tenuissimū corpus fertur, tantū quē, id est, & tanto tēpore, & tanta celeritate per vacuum, omnē rationē superat, id est, supra omnem proportionem erit celeritas, quod tamen est impossibile. Nam sit Z vacuum, sit verō æquale magnitudine spatii prius positis, B (inquam) & D, ergo si A mobile transibit per vacuum illud aliquo tēpore, quod sit tēpus n, minori autem, quā sit tēpus E, hanc eandem rationem habebit vacuum ad plenum, quā n, tēpus ad tēpus E, sed A mobile pertransibit partem aliquam spatii D, quę pars sit B, tanto tēpore, quantum est n, si scilicet B vincitur magnitudine à toto spatio D, quantum tēpus n vincitur à tēpore E, quare sit primū, vt idē corpus eodē tēpore, putā tēpore n percurrat vacuū Z, & plenu B. Sed dices fortasse, id nō esse absurdū: quia B plenu,

& vacuum Z, non sunt equalia, quia b est pars D, D. verò est æquale Z, proinde Aristonon solum hoc modo, sed etiam probat fieri, vt eodem tempore idem mobile feratur per vacuum, & plenum equalit, quod vt probet dicit, pertransibit autem, si quid etiam sit differens tenuitate ab aere, in quo sit Z, eadem ratione, quam habet tempus e ad rēpus, e contra, a percurrat celeritatem in tanto tempore, quāto u ipsum Z, si feratur, id est, A mobile quod pertransibit ærem tempore e, pertransibit etiam rē pote u, si quod spatium ponatur esse, quod sit Z (nota ne te fallat variè Aristotelem signo Z) plenum corpore, quod sit tāto tenuius aere, quanto tempus u est brevius tempore E. Nullum igitur in illo alio Z, putā in vacuo, & cūm corpus sit, celeritatis adhuc percurrat mobile A vacuum Z, quāplenum Z, verūm probatum est vtrunque percurrat tempore u, ergo æquali tempore illud mobile percurrat plenum & vacuum equalia. sed hoc impossibile est: manifestum ergo, si est tempus aliquod, quo corpus quodcumque percurrat vacuū; accidere hoc absurdū & impossibile. Nam fiet, aliquid æquali tempore pertransire plenum & vacuum: nam, vt positū est in hypothesi, erit corpus aliud ad aliud analogū, id est, habens eandem proportionem, quam tempus ad tempus. Atque vt in summa dicatur, causa qua hoc accidit est, quia quibus motus ad quemvis alium motū habet rationem, & proportionem: nā motus est in tempore, tempus autem ad tempus est semper proportio, amobus definitis: vacui verò ad pleni nō est ratio. hinc ergo nascitur absurditas. Ex his ergo, per quæ fit latio, hæc (inquit) accidit. Accipit deinde argumentū ex excessu eorū, quæ feruntur, sequitur scilicet, si corpora feruntur per vacuum, omnia ferri equali celeritate, quod apertè sentimus esse falsum: nam videmus ea, quæ habent maiorem propensionē grauitatis, aut leuitatis, id est, quæ grauiora, aut leuiora sunt (nā videtur grauitas nihil aliud esse, quā propensio quædam ad descensum, & leuitas ad ascensum) si alia eodem modo habeant in figuris (nam figura mobilis multum facit ad motū, acuta ad celeritatem, obtusa ad tarditatem) citius ferri per regionem æqualem. Et secundum rationem, aut proportionem, quæ habent magnitudines motū, etiā feruntur citius, aut tardius: nam ceteris paribus quod ad grauitatem, aut leuitatem attinet, quod maius est, citius; quod minus, tardius feritur: & per vacuum hoc euenit, vt grauius aut leuius citius; & maius etiam corpus citius feratur: sed hoc non potest fieri: nā in vacuo nulla causa est, qua feratur celerius vnum corpus, quā aliud: nā in plenis spatiis causa est necessaria, scilicet, corpus maius est, aut quod figuram habet acutam, aut natura sua est propensius, grauius scilicet, aut leuius cūm feratur, aut proicitur, citius diuidit spatium, quā cōtrarium corpus: tamen in vacuo nihil est, quod citius, aut tardius diuidatur: omnia ergo erunt equalis celeritatis. quod tamen fieri non potest.

Quod ergo si vacuum est, euenit contrarium ei, quod parant hi qui illud esse affirmant, constat ex dictis. Nimirum illi parat probare, nisi vacuum sit, non esse motum, euenit tamē, si vacuum est non esse motū. Plerique intelligunt hoc loco Aristotelem affirmare, si quodpiam corpus mobile collocaretur in vacuo, fore vt moueretur repente, ac in instanti: quia quodcumque celeritas nascitur ex aliqua proportionem efficientis, ad id quod obstitit. sed in vacuo nulla portio est, ergo motus, qui in eo fiet, omnē celeritatem superabit, quare in instanti feretur. Tamen reuera Aristonon hoc docet, siquidem moueri, atque nullo tempore moueri, non minus repugnat, quā esse hominem tragelaphum: siquidem in essentia motus est successio. Dicunt, moueri in instanti, est mutari. Primum, illud intelligant velim Arist. corporum mutationē sine tempore ne somniasse quidem: deinde, quod mutat, per nullam partem mutari. sed nō peragratō medio fieri eodem temporis momento in duobus locis: nō enim si quis à Guadalaxara mutatur in Madritum, per Complurū fertur magis, quā per Tolerum, nam ne fertur quidem, sed fit alio in loco: igitur si quid in vacuo mutatur, nō magis mutatur per vacuum, quā per plenum. Non ergo hoc Arist. dicit, sed quo probet omnino nō esse posse vacuum, ac multo minus esse necessarium ad motū, dicit, non posse quidpiam moueri in vacuo, quia non potest quidpiam sine aliqua celeritate moueri, atvero in vacuo nulla celeritate moueri possit, sed supra celeritatem omnē, quia superatur omnis portio: ergo nullus motus potest fieri in vacuo. Sed negat multi hæc cōse-

questionem, si ferretur quidpiam in vacuo, supra omnem celeritatem ferretur. Nam (dicunt) ferri in instanti repugnat, ferri vero in vacuo non repugnat non ergo rectè procedit consequutio. Rogant enim nostri Theologi, si Deus id, quod intra cœlū est, ad nihilum redigeret, & spatium id inane faceret, ac deinde prope cœlum lapidem sisteret, quomodo ferretur? Respondent alii, lapidem illum in instanti latum iri vsque ad centrum terræ, ad quod illum vocat sua natura. Alii respondent, celeritate maxima, sed non in instanti: quia etsi absit omnis externa resistentia, interna quædam adest. Mihi tamen verique videntur Aristotelem doctrinæ ignoratissimum: nam quid haberet potius in illo inani mundi centrum, quàm aliq̄ inanis partem non Arist. ipse, quem legūt oscitanter, dicit in vacuo neque supra, neque infra esse, neque differentias loci tan nō locum naturalem terræ superficiem extremā aquæ esse dixit tibi ergo nulla aqua est, neque corpus aliud quod aliud, cum quo ordines collocari expetant, indifferens est lapidi hic aut illic esse. Sed errant, quia non capiētes quæ de corporum ordine, & de ordinis loco nos prius docuimus, præter sententiam Aristotelis itantur locum, aquæ non esse ætrem propter naturam æris, neque ignem ob naturam suam, sed ob distantiam, quam huiusmodi loca habent à centro terræ, & concavo lunæ. Sed hæc spherarum signēta supra referauimus: modò illud cōstat corpus in vacuo non motum iri. Nam quam in partem ferretur potius, cum in vacuo differentia non sint? an ferretur in omnem partem simul, vt ipse Arist. argumentatur? nō ergo ferretur, sed cessabit. Atque consulo dixi cessabit, quia illa quies nulla actio erit quales naturales corporū quietes esse, lib. 1. monstratum est) sed cessatio: quia cum illud corpus nulli alteri admotum sit, cum quo sit aut bono, aut malo ordine collocatum, neque est quod aliud querat spatium, neque quoddam hoc labore retinere, sed quoddam cesset omnino, vt mundus vniuersus secundum se totum in infinito inani facit. Quid si Deus mouere faceret eum moueretur in instanti? certe moueretur ea celeritate, qua Deus iuberet, id quod non ex proportione agentis, & obstitentis, sed ex voluntate Dei nascitur. Dices rursum, faciat Deus moueri, atque cum mouere cœperit, permittat reliqua naturæ. Certo cum primum naturæ

permiserit, cessabit motus. Adde, moueri faciat, & celeritatis modum non definat, sed permittat naturæ. Pugnancia iam ponis, atque perinde est ac si diceret, faciat Deus moueri, atque non moueri, si naturalis celeritas non aliunde est, quàm ex proportione agentis, & obstitentis: nam cum superetur omnis proportio, tollitur omnis successio, qua sublata non manet motus. Quidam (vt mox dixi) ad eodē pugnare cum rerum natura moueri in vacuo nō intelligentes, affirmant, neque si ponatur quidpiam in vacuo moueri (vicinque sit impossibile) fieri, vt supra omnem celeritatem feratur. Nam præter resistentiam mediæ, per quod feratur res, dicunt esse in re quavis resistentiam internā, cum qua vis agendi proportionem aliquā habebit. Neque si (dicunt) hæc ratione vt idem corpus eadem celeritate feratur per plenum & vacuum: nam non potest esse eadem ratio actionis ad resistentiam internā cum aliqua externa, atque cum nulla. Nam aliter (argumentatur) si nulla resistentia esset præter externam, cœlum quoque oportet in instanti ferri, cum omni resistentia tali careat. Hæc est eorum sententia, atque Aristotelem, cuius autoritatem plus satis tueri curant, dicunt, ex antiqua sententia eorū, contra quos argumētareur, processisse ponentem, solum ex resistentiæ externæ modo nasci celeritatem, quasi verò alibi de interna illa resistentia disserat, aut sententiā suam Arist. aperiat. Ego quidem multis in rebus esse resistentiam internam sententiā animata omnia habēt internam repugnantiam, quia cum ab animis erigantur, & incedant, aut volent, à corporum mole deprimuntur: ea etiam, quæ præiiciuntur aliò feruntur suo pondere, aliò immisso impetu: quin etiam in his, quæ diuersa sunt, & contrariis constant, cum habeant partes, quæ ferant sursum, partes quæ deorsum, obstitēt partes partibus. vt cum auis volās appensio lapide, detrahitur, tamen si quod corpus inanime exactè simplex est, non video quā resistentiam internam habere possit: materiam enim non resistit motui, cum sit principium omnis instabilitatis, & mutationis: forma, cum ipsamet sit principium, & causa motus, non possit sibi ipsi resistere, neque aliqua harum partium potest esse resistentia principium: quare neque totum ipsum corpus resistere possit: quare in cœlo, si vt Arist. statuit, simplicissimum corpus est, nullā sit

Corpus in
vacuo nō ferretur.

De resistentia interna

la sit interna resistentia. Dices, præter cœli
 saltem nullum corpus est simplex,
 nullum ergo caret omni interna resistentia.
 Ego quidem ita censeo, quid ergo, num Ari-
 stoteles argumētū hac in parte infringitur
 ob internam resistentiam, illi quæ em pu-
 rant, ego verò non: nam interna resistentia
 in vacuo nihil facit, ac perinde est ac si nul-
 la interna esset, quare, cum neque externa
 aliqua sit, vincitur omnis proportio. Nihil
 posse facere in vacuo internam resistentiam
 satis constat, cum monstratum mox sit, in
 vacuo quia nulla differentiæ locorū sunt;
 nihil laborare, aut in comparando alio lo-
 co, aut in retinendo eo quem occupat, sed
 cessare omnino. Nihil ergo, etsi contrariis
 partibus cōnstatum sit, detrahatur: neque si
 quis mouendi impetus, (væcū que sit impos-
 sibile) imprimeretur, pars quæpiam obstitit
 rer. Itaque siue interna resistentia sit, siue
 non, in vacuo perinde est: quare argumen-
 tum Aristotelis rectè concluditur. Cœlum
 quomodo feratur celeritate quadam, cum
 nihil ei obstitat, concedente Deo dicemus
 suo loco: fortasse intelligentia id facit, quæ
 non tam mouet cœlum, quàm moderatur.
 Vt qui equū agit, atque vt hic lora premēs,
 equi impetum sistit, ita illic intelligentia cœ-
 lo celeritatis modum ponit. Itaque obstitit
 cœlo intelligentia ipsa, reliqua suo loco au-
 diet.

¶ Hic igitur putant, vacuum esse sepa-
 ratum per sese, siquidem erit secundum
 locum motus, hoc autem idem est di-
 ctu, ac locum esse aliquid separatum,
 quod quidem esse non posse, dictum
 est prius. Et per sese considerantibus
 videatur vtrique dictum vacuum, vt
 verè vacuum. Vt enim in aqua si po-
 nat quis cubum, exibat tantum aque,
 quantus est cubus: ita & in aëre sit,
 sed sensui non est manifestum: & sem-
 per quidem in omni corpore, quod ha-
 bet mutationem, ex quo natum est mu-
 tari, necesse est nisi comprimatur mu-
 tari, aut deorsum semper, si deorsum
 sit latio, vt terræ: aut sursum, si ignis,

aut ambo vt aer, aut quodcunque tale
 sit quod inest. In vacuo autem hoc fie-
 ri non potest: neque enim corpus inest,
 sed per cubum æquale spatium transi-
 re videtur, quod erat prius in vacuo:
 quemadmodum si aqua non commu-
 taretur in ligneo cubo, neque aer, sed
 omnia trāsirent per ipsum: verum &
 ipse cubus habet tantam magnitudi-
 nem, quantā continet vacuum, quæ si
 calidus etiam sit, aut frigidus, aut gra-
 uis, aut leuis, nihilominus habebit quā-
 cunque passionem, etsi non separabi-
 les. Dico autem magnitudinem lignei
 cubi, quod etsi separaretur ab alijs omni-
 bus, & neque grauis, neque leuis sit,
 continet æquale vacuum, & in eodē
 erunt loco, & vacui parte æquali si-
 bi. Quid ergo distabit cubi corpus
 ab æquali vacuo, & loco: atque si duo
 huiusmodi sunt, cur non & quocun-
 que in eodem erunt. vnum ergo hoc ab-
 surdum, & impossibile.

¶ In eadem sententiā vitur Arist. alijs ar-
 gumentis, partim afferens noua, partim col-
 ligens ex dictis, quale est illud, Illi putant, si
 motus secundum locum futurus sit, vacuū
 esse separatum per sese à rebus: hoc autem
 idem est dictu, ac locum esse aliquid sepa-
 ratum vt spatium, quod esse non posse dictū
 est prius: igitur neque vacuum sit hoc mos-
 do. Addit Arist. non solum si quis conside-
 ret necessitatem vacui ad motum, sed etiam
 per sese dictum vacuum videri verè vacuū,
 & inane esse, ac fictitium. Nam si quis po-
 nat cubum (id est corpus solidum omni ex
 parte quadratum) ligneum in aqua, tantum
 aque exibat, quantus est cubus: ita in aëre,
 exierantur aëris, quantus est cubus, et si
 non est sensui tam manifestum, quàm in a-
 qua ob aëris tenuitatem: tamen semper in
 omni corpore, quod mutari potest, ex eo
 loco in quo mutatur, aliam substantiā sur-

sum, aut deosum ferri, aut in omnem partem, ut natum erit moueri id in quo ponitur corpus, nisi comprimeretur, & per compressionem concedat locum alteri corpori: tamen hoc quod semper fieri obseruamus, in vacuo non potest accideri: neque enim in vacuo corpus inest. Sed si cubus ponatur in vacuo: cum nihil sit, quod cedat æquale spatium ipsi cubo, per illum videretur penetrare, quod quidem spatium erat in ipso vacuo prius: non aliter, ac si aqua, cum in eam immergitur cubus, non moueretur, neque aer si poneretur in aere, sed penetrarent ipsam cubum ibidem manentes. verum hoc videtur ita haberi: etiam magnitudo corporis non differt à magnitudine spatii: nã quid differt? fingè enim vtrasque dimissiones, ille sunt exacte in eodè loco ac simul, non ergo differunt sita. Neque verbò differunt per passiones: nam passiones omnes corporis quales calidum, frigidum, graue, leue est, aut quibus aliud est separari reuera non possint à corporis magnitudine, tamen reuera non sunt ipsa magnitudo: nã illis intellectu separatis non tollit magnitudo: non ergo magnitudo corporis est, aut passiones corporis, aut earum aliqua, sed ipsæ dimensiones, quæ cum sint simul dimensionibus vacui, non videntur esse diuersæ magnitudines. quid ergo distabit cubi corpus ab equali vacuo: aut si diuersa sũt hæc, sunt quæ duæ magnitudines simul cubi corporis & vacui, cur non & quotcumque alia corpora erunt in eodem: vnum ergo hoc absurdum, & impossibile accidit, Quod si vacuum, aut spatium differt à corpore, duo aut etiam plura corpora erunt in eodem.

¶ *Ahuc autem manifestum, quod & cubus hoc habebit transmutatus, quod & alia omnia corpora habent: quare si à loco nihil differt, quid expedit facere locum corporibus, præter cuiusque molem, si imparibilis est moles: nihil enim confert, si aliud circa ipsum spatium æquale huiusmodi sit. Præterea, oportet manifestum esse, quale vacuum sit in his, quæ mouentur: nunc autem nullibi in ista mundu,*

aër enim aliquid est, non videtur autem neque aqua, si essent pisces ferrei: nam tactu iudicium eius, quod admouetur. Quod ergo non est separatum vacuum, ex his est manifestum.

¶ Quasi per epilogum repetit argumenta quedam: & addit tandem aliud, confirmans non esse vacuum. Manifestum (inquit) est, quod & cubus habebit transmutat^o, quod & alia omnia corpora habet, scilicet quò ubi ille ponetur, corpus aliud cedit, ut dictum prius erat: quare non est alicubi vacuū, in quo poni possit. Probatur etiam est prius, si corpus ponatur esse in spatio inani, aut duas magnitudines esse in eodem, aut non differre magnitudinem corporis à magnitudine spatii, sed esse eandem: modò hinc rerum colligit (neque mirè quædam verba videri interiecta, & male coherentia, nam præterquam quòd hæc obicitur est Aristoteli familiaris, in epilogis à quouis auctoritatis solent multa cumulatè) si à loco nihil differt, non esse locum corporibus, præter cuiusque molem imparibilem, id est, intellectuam, aut separatam sine passionibus. Itaque dicit, neque hæc ratione oportet dicere esse locum, inane aut spatium, sed magnitudinem propriam cuiusque corporis sine passionibus: nam nihil confert aliud circa ipsum corpus spatium æquale huiusmodi ponere. Præterea (inquit) si quod vacuū alicubi esset, oporteret id alicubi esse manifestum: nam si iustè ponuntur quæ apparere possunt nullibi: nunc verbò si quis consideret, nullibi in ista mundum est, nam sicut, in aere maxime, aer verbò non inane, sed aliquod corpus est, et in ob tenuitatem non videatur. Nam neque aqua videretur, si pisces essent ferrei, aut lapidei, hoc est, si essent immobiles, & ipsam non agerent, immittuntur multis in locis, ubi aqua est quæta, nullatatione perturbata, tenuis, & pellucens, non videtur, sed vas in quo est, videtur, ac si haberet nihil, nihilominus est plenum: nam corpus non tam est, quod videatur, quàm quod tangere, & tangi possit: quod admouetur, & tangitur, non visu, sed tactu iudicatur: ergo & locus, in quo est, aer, plenus est: tangitur enim, verberatur, & mouetur. & vi

quodam

quadam fecari sentitur. Hoc vltimum argumentum plerique tollunt, quia in multis codicibus deest: mihi tamē, quia in multis Grecis codicibus legitur, visum est, non substolendum, cum ferat enarrationem non ineptam. Hoc enim aduersus sententiam illam vulgarem, quatenus in principio reulit, dicentium aërem, esse vacuum, videtur dicere, quatenus reuera illa sententia erat reformatione indigna, sed fuerit hæc admonitio. Concludit caput dicens, Ergo non esse separatum vacuum ex his est manifestum. Multa tertē, atque adeo efficacissima argumenta Arist. scripsit, quibus confirmet nihil omnipotē esse vacuum, tamen multa etiam omisit dignissima quæ producerentur: scilicet si natura rerum ferre posset vacuum, non aded laborarent res tuendæ continuari vniuersi gratia, quam videmus laborare, nimirum totius mundi vnitatis, continui tasque pendet ex singularum rerum tactu, ne quid intersit vacui, vt ita & mundus perfectus vnus totusque sit, & res singulæ aliarum omnium auxilio fruuntur. Quo circa res singulæ in id incumbunt, vt vacuum nihil sit. Atque hæc est natura rebus omnibus communis, ac profundè prior, ac prior ea, quæ est singulis propria. Quo fit vt nulla res sit aded recta, & quæ rãto impetu deorsum ruat, neque adeo ignea, & tenuis, & quæ tanto impetu sursum volet, quæ si vacui periculū aliunde impendat, non ordinè post habeat. hæc causa innumeris instrumentis facimus terram, & aquam per aërem ferri sursum, & aërem atque ignem per terram & aquam descendere. Itaque vitandi vacui causa nullum motum res quepiam recusat, quin potius quoquo versus res omnes naturaliter feruntur. Vir quidam non parum doctus sibi persuasit motum, quo res feruntur gratia vitandi vacuum, non esse naturalem, sed violentum, quia dicebat res non moueri ad vitandum vacuum sponte, sed vi aliqua externa trahi: nam res, quæ sine sensu sunt, non possunt de vitando vacuo cogitare, intelligentiæ siquidem magis quam nature hoc videtur esse. Deinde, quod naturaliter mouetur, non resistit mouenti, atue ro que vacuum replent, trahenti resistunt: nam aliter non traherentur ad replendū alia aliis difficiliter. Vnde enim difficultas, nisi ex resistentia? atue ro videmus minori vi sugi aquam, quam mel, & rem quamuis tanto sugi facilius, quanto est tenuior: crassa er

go & resistunt (dicit) & violentiam patiuntur. hæc est illius viri sententia, & hæc argumenta. Debit tamen quoquo modo explicare, quam violentiam diceret: nam ego non intelligo, cum suctu quis haurit aquam, per calamum, quam violentiam possit aqua in ferream cum quatuor sint modi, quibus aliquid ab alio feratur, quod septimo libro audies, pulsio, vectio, volutatio, tractio, nullo horum potest qui sugi aquam mouere. Nam neque pellit, neque vehit thorax aquam, neque verò cum ea volutatur: trahedi verò aquam, vt magnes ferrum, quæ vim habeat thorax: Itaque thorax sugens non trahit aquam, sed aqua sponte succedit, ne dilatio afferat vacuitatem. Primum argumentum non debuit eum opinione mouere: nam nihil prohibet rem aliquam operari propter finem sine finis cognitione, modo eius cognitio sit in eo, qui dedit operandi principium, vt res quidem omnes naturales operantur semper huius gratia, finis verò omnis cognitio est penes eum, qui dedit naturam, qui ipse est omnium finis. Neque verò secundo argumento quicquam efficitur: nam nihil omnino est tam immobile, quod non possit summo vacui periculo vrgente rapidissime ferri. Neque verò si quedam minori necessitate vrgente mouentur, alia expectant maiorem, cum feruntur, feruntur virilenter. Nam quod maior, aut minor sit irratio in fine reuera nullam violentiam affert: non certe qui multam pecuniam ostentat, violenter me facit currere, et si ostentata minori nihil permouisset. neque qui acrius minatur, cum leuioribus minis nihil proficeret. Sed vt hoc intelligatur exactius, scire oportet, cauere ne sit vacuum, ad res omnes pertinere, atque eas paratissimas esse ad cauendum, aut mouendo, aut quiescendo: vtroque enim modo deuitatur. vt cum aqua per calamum ascendit, mouetur, ne vacuum sit, cum res aliqua grauior superna in parte lata, & leuis, & plana rei alteræ plane, & leui æqualiter ad mota est, pendens tenetur, ne si descenderit in medio corpori planorum, vacuum fiat. Itaque quedam mouetur, ne sit vacuum, quedam hac ipsa causa quiescunt, neque latio quepiam, neque quies tam est præter naturam, quam reculent: ne que tam naturalis, qua vrgente hac necessitate teneantur. Atque vtroque modo, & mouendo scilicet, & quiescendo, ne sit vacuum laborant. vt hinc rursus aperte intelligas

Motū vniuersi causa susceptum non esse naturalem, epist.

Cur res motantur in sit vacuum

Tæ memos quæ quies agit ne sit vacuum.

quod lib. 1. docui, quietem corporum non esse cessationem: nam siquid quiesceret nihil agendo, sed cessando solum, minima vi moueri posset, cessatione enim nulli resistitur: at uero si tabellam exactè planam, ac leuem, super tali alia æqualiter collocares, ut nihil aëris interefferet, profectò, neq; Milo posset hanc ab illa auellere, nisi còtinueret, retinent ergo res sese in quiete tanta vi & actione, quanta sentitur in amouendo. Atque cùm res omnes pariter cùrent còtinuitatem vniuersi seruare, sintque omnes paratæ moueri, aut quiescere, ut res exiget, & peculiare naturæ communi huic cedent. ita tamen cedunt, ut quod secundum peculiare naturas facilius est, id agatur. Si facilius est hanc rem moueri, quam illa quiescere, hæc & illa mouentur, ut dilatatur meus thorax, & succedit aër. Si facilius est hæc quiescere, quàm illam moueri, quiescit hæc, ut si folles infigatur in ferrù, aut plumbum, & folles non diuipros dilates, succedet ferrum, aut plumbum. Sed neque si velis, possis dilatare folles: quia facilius subuenitur necessitati his quiescentibus, quàm ferro mouendo: hoc verè non est ferri resistere, & vim pati, sed id quod naturæ est familiare, facilius mediis incumbenti ne cessitati subuenire. Itaque tanta est naturæ cura seruandi còtinuitatem: quæ cura faciliè indicat eius necessitatem.

CAPVT NONVM:

¶ Sunt autem quidam, qui ex raro, et denso putant fieri manifestum vacuù esse: si enim non est rarum, & densum, neque coire, & densari potest quicquam. Si verò hoc non sit, aut omnino non erit motus, aut totum fluctuabit, ut dicebat Zethus, aut in æquale semper mutabitur aër, & aqua: dico autem ut si ex aqua cyathò factus est aër, simul ex æquali aere rãtam aquã factam esse aut vacuum esse necessarium: nam comprimi, & dilatari nõ aliter contingit. Si ergo rarum dicunt,

id quod habet multa vacua separata, manifestum, si neque vacuum continet esse separabile, ut neque locum, qui habeat dimensiones suas, neque rarum hoc modo esse. Si verò non separabile, sed simul inesse aliquid vacuum, minus quidem impossibile. Accidit autem primum quidem, non omnis motus causam esse vacuum, sed eius qui fit sursum, nam rarum leue: quapropter & ignem rarum esse dicunt. Deinde motus causa non vacuù, ita ut in quo, sed ut veres quia ipsi feruntur sursum, ferunt id, quod continuatum, ita vacuum sursum ferens atque quo pacto posset esse latius vacuum: aut locus vacui: vacuo enim fit vacuum, in quod feritur. Præterea quomodo in graui dabunt deorsum ferri: atque manifestum si quanto rariùs, & magis vacuum sit, sursum feritur: si omnino sit vacuum, celererrimè latum iri forte autem & hoc impossibile moueri: ratio autem eadem, quòd quemadmodum & in vacuo immobilia omnia, ita & vacuum, quod immobile. incomparabiles enim celeritates. Quoniam autem vacuum non dicimus esse, alia autem dubitantur verè, quòd motus non erit, si non erit densitas, aut rarietas, aut fluctuabit celi, aut semper æqualis æquali ex aere erit, & ser ex aqua: constat enim plus aeris ex aqua fieri. Necessè est igitur, si non est densatio, aut cùm expellitur id, quod contiguù est facere, ut extremum fluctuet, aut alicubi alibi æquale mutari ex aere in aquam, ut tota moles vniuersi æqua-

lis sit, aut nihil moueri: semper enim transmutata hoc accidet, nisi circulo feratur. Non semper autem in circumlum est tatio, sed etiam in rectum: illi ergo ob hac dicent vacuum aliquid esse, nos autem dicimus ex positis esse materiam vnā contrariorum, calidi & frigidi, & aliorum naturalium contrariorum, & ex eo quod est potentia, actus sit: & non est separabilis materia, esse autem diuersa, & vna numero, si ita accidat, coloris & calidi, & frigidi. Est autem, & corporis materia, magni & parui eadem: id verò manifestum est. Cum enim ex aqua factus est aer, eadem materia nõ accipiens aliud quidpiam facta est, sed quod erat potentia, actus est facta: & rursus aqua ex aere eodem modo.

Nunc quidem in magnitudinem ex exiguitate, nunc quidem in exiguitatem ex magnitudine: eodem ergo modo si aer, qui est multus in minori modo fiat, & ex minori maior, materia quæ potentia est, ambo sit: nam quem admodum ex frigido calidum, & ex calido frigidum, eadem quia erat potentia: ita & ex calido magis calidum, nullo facto in materia calido, quod non calidum, cum minus erat calidum, quæ admodum neque maioris circuli peripheria, & curuitas, si fiat minoris circuli, eadẽ cum sit, aut alia, in nullo factum est curuum, quod non erat curuum, sed rectum: non enim ob intermissionem, id quod minus, aut magis est. Neque est accipere flamma magnitudinem aliquam in qua candor, &

calor non sitificiuntur & prior calor posteriori: quare & magnitudo & exiguitas sensibilis molis, non extenditur materia congerente aliquid, sed quia potentia est materia vtrunque: quare idem est densum & rarum, & vna materia ipsorum.

¶ Quidũ erat in initio huius disputationis, ex raritate & densitate corporum, cap: sole re argumentum non leue ad asserendũ vacuum. Huic argumento respondet modò, & vt respondeat persequitur in primis argumentum: quod vt intelligatur melius, cõsiderandum, argumentum quod capitur à motu ituare maximè eos, qui penunt vacuum separatum, quod verò capitur à raritate, eos, qui ponit vacuum intra ipsas res: nam illi dicunt vacuum esse, vt rerum locũ, in quo moueantur: hi res ipsas constare ex particulis & vacuo, atque rariorẽ esse, eã quæ plura, aut maiora vacua haberet, minus raram, quæ pauuora, aut minora. Horũ sententiam refert dicens, sunt quidam, qui ex raro, & denso putant manifestum fieri esse vacuum: nam videretur si non est vacuũ, non posse esse rarum, neque densum, neque densari posse quicquam, quod si neque rarum, neque densum sit, aut nullus erit motus, aut omnia fluctuabunt, vt collegisse dicit Zuthum quemdam Philosophum. Causa verò consequentionis hæc est, Nam si nõ quiescunt omnia, sed aliquid mouetur, quãtuluncũque illud sit, necesse est alia omnia vique ad extremum cœlum moueri, si is aer qui corpori cedit non densatur: nam illi cedet res alia, & alia rursus illi, vt necesse sit, vel ipsum cœlum fluctuare. Præterea, nisi esset densatio corporum, necesse esset æqualem fieri semper commutationem corporum tenuiorum, & crassiorum, vt si cyathus aquæ abiret in aërem, necesse est cyathum solum aëris ex cyathos aquæ fieri, aut si fierent decem, necesse esset decem etiam cyathos aëris alio loco vnũ aquæ fieri: aliter, si aqua abiret in aërem, orbis aërem non caperet, si aër in aquam vacuũ fieret. Itaque sublata densitate, quæ videtur tolli sublato vacuo, ambo hæc fiunt, & fluctuabunt omnia, & erit semper æqualis aëris, & aquæ ortus, & interitus: nam dicunt,

Cyathus
num me
sua tea
si
quædam.

com-

comprimat, & dilatarit non aliter contingit, quam latior, aut angustiori factio vacuo intra corpora. En argumenta afferentium vacuum intra corpora, quorum sententiam primum refutat, deinde respondet. Aut (inquit) affirmant rarum esse, id quod habet multa vacua separata, aut non separata: si dicunt separata, cum probatum sit, non esse vacuum separatum, neque locum, qui habeat dimensiones sine corpore (nam hoc est vacuum separatum) constat hoc modo neque rarum esse. Si verò non separabile vacuum dicitur, sed simul inesse corporibus, minus improbabile est: tamen sequitur primum, vacuum non esse causam omnis motus, sed solum eius, qui est sursum: nam rarum est leve, hanc enim causam dicitur ignem rarum esse. leve verò est quod sursum solum fertur. Deinde hoc modo, vacuum non erit causa motus, ut in quo, & ut locus, ut dicebarus habetenus ab afferentibus vacuum, sed ut vides, qui per aquam ascendentes subleuant supra positum nitrorem: ita vacuum ascendens sursum feret levia corpora. Atque ita quod primum ac per se ascendet erit vacuum, quod est absurdum: nam quo pacto possit esse lato vacuatur locus: nam locus & latior corporum est, vacuum verò facit vacuum, id in quod fertur. Præterea, si causam ascendendi in vacuo collocant, causam descendendi quomodo in vacuo collocabuntur: quæ causam reddent? Præterea, si quanto rarius aliquid, & magis vacuum est, tanto celerius sursum fertur, si omnino vacuum erit celeritatem, id est, summam omnium celeritate feretur, hoc verò est impossibile, ferri scilicet celeritate, quæ omnino celeritate superet. Nam hoc est in instanti ferri: quare impossibile est, eadem ratione, qua in vacuo mobilia nulla ferri posse monstratum est, atvero vacuum est omnino, & secundum se totum vacuum, ergo vacuum immobile est: nam incomparabiles sint celeritates. id est, nam si ferretur, nullæ proportio esset celeritatis eius ad celeritatem, qua ferretur corpora. Deinde accedit Aristoteles dilutionem argumenti, quod caputur à densitate dicens, quoniam nos non concedimus vacuum esse, id quod in argumento est consequens. Alia autem dubitatur vere, quod motus non erit, si non erit densitas, aut fluctuabit celerum, id est, consequario autem hæc est legitima & vera, quæ coacti illi dicunt vacuum esse, oportet ut non aliud aliquid respondeamus.

Interim Aristoteles reperit argumenta, sed hæc iam enarrata sunt, proinde ego non repetam. Negat ergo Aristoteles rarefcere corpora, quia in eis sunt maiora aut plura vacua, & densitas, quæ minora, aut pauciora. Quam rationem densitatis, aut rarefactionis dicat esse perprectum est audire eadem, inquit, substantia, quæ prius erat densa, modo fit rara, quia eadem nihil substantiæ alterius affumens fit maior, & quæ prius erat rara, fit densa modo, nihil quod haberet prius amittens, aut excludens, sed manens eadem substantia, fit ex minori maior, aut contraria, quia eadē materia, quod erat prius potentia, fit actu modo. Est verò substantia corporum, quæ de sitatem, aut raritatem possunt accipere, in potentia utrunque, ut idem homo ex albo niger ex nigro albus fit, quia in potentia est utrunque, estque numero idem nunc albus, nunc nigrum, ratione tamen est diversum. Possit verò eandem substantiam nulla re addita ex parva magna fieri, exemplo quodam illustrat: nimirum ut eadem particula aquæ nulla accedere fit decuplo maior pars aeris. Quædam alia exempla partim addit, partim reperit, sed huc referuntur omnia, atque his intellectis verba non sunt admodum obscura. Sed est hic animadvertendum, Aristotelem non docere modum, quo quidpiam rarefcit, aut densatur, ut multi enarrantes putant, sed solum respondere aliorum argumento, negando quod accipiebant, fieri scilicet rarefcere, aut decrefcere in rebus vacuo. Sed sine vacuo inquit eadem materia nihil accipiens aut deponens fit rara, & densa, quia utrunque habet potentia, id est, utrunque potest accipere naturaliter, & ad utrunque parata est: ut eadem virga nunc recta fit, nunc curva, nullam substantiam admittens, aut amittens, sed quia cum esset flexilis, poterat fieri utrunque. Constat tamen toto hoc sermone non dici, quomodo fiat rarum ex denso, sed solum negari fieri, ut alii ponbant: ad quæ quæ dicitur eadem sit ex credo, quia eadem materia potentia est utrunque, & quia quod actu est credimus, potentia est eorum, rationem & formam concoctionis nam reddidisset. Aristoteles satis est visum, hoc loco respondere aliorum argumento, negando quod ponebantur: verò non parum videtur ad præsentia facere, de raro & denso ex materia differere. Multum refert dicere, quod substantia differere, aut densari, & extremum, aut

Animad-
verbo.

Præterea
ita differere
aut

sut rarefcere, quanquam videntur esse paf-
fion es fimiles: verum Arist. ipse. 4. meteo-
zo. feparat: est enim crassum, quod crassum
partiu est, quodq; neq; cominui, neq; aliter
resolui, nisi in crassas partes poreft. tenue
est huic cõrtari: denfum verò nõ hoc est,
sed quod concretione partium accepti:
concrefcant verò omnia aquea non crasse-
fcencia, quia nihil aliud paritur a frigore,
quam quòd partes contrahuntur. quo fit
vt res eadem facta densior, minori capiat
loco, quod neque intelligi quide potest, fa-
ctum esse aliter quam coniunctis, cõcurten-
tibus, aut opilatis partibus: non enim sic
partibus penetrantibus sese: nihil enim mi-
nus absurditatis habet, eiusdem corporis
partes firri in eadẽ loci parte, quam diuer-
sa corpora. Si ergo tempore diuersę corporis
partes in diuersis partib⁹ loci locatę sunt, si-
ue desefcat, siue rarefcatur, pfectò cõnt par-
tes corporis cùm densatur, & abscedũt cùm
rarefcit: ar vero in rebus omnib⁹ illa dicitur
conuenisse, inter quę intercedit minus, q̃
prius. Sunt enim facta viciniora, sed si inter
continuati corporis partes nihil intercedit,
neque plus, neque minus intercedet: ergo
quod densatur, & rarefcant, intercedit ali-
quid. Id certè quod intercedit, non puto ef-
fe vacuum (nam rerum naturam magnope-
re à vacuo aborrere monstratum est) est er-
go plenum, quod vt assequaris, intellige, ni-
hil omnino esse tam durum, & compatũ,
per quod non permeet alia substantia: quin
potius ita natura comparatum est, vt in hac
rerum corruptibilem congerie, tenuia per
crassa semper permeent, vt aqua per terrã,
per aquam & terram aer, & omnis halitus,
per hæc omnia ignis. Cùm ergo concurrat
in sese substantia aliqua exprimit substan-
tiam tenuiorem, quo fit vt minori loco cas-
piatur, & grauior fiat, tenuia enim suble-
uant: estque hoc densari solũ, & fit solo
partium concurfu, & expressione substan-
tiae tenuioris. Cùm non solũ partes cõcur-
runt, sed mutatur etiam modus substantiæ,
abitque substantia in aliam crassiorẽ, vt
cùm ex aere aqua fit, non est hoc densari so-
lũ, sed densari simul & crassefcere. Cùm
verò contrã, res abscedentibus partib⁹ im-
bibit plus substantię tenuioris, rarefcit: qua-
ro fit vt maiori loco indigeat, & fiat leuior.

At rare
subleuatur
in flammam
destitit in
aqua abou

Itaque aer, qui rarefcit ignem cõcipit, quod
vel hinc intelliges, quod hac vna causa in-
flammati solet: contrã cùm densatur, expri-

mit totum ignem: quare facile in aqua abur.
Quare quod illi dicunt rem rariorem fieri,
quia plus accipit vacui, ego quia plus poro-
rum, non qui vacui, sed qui substantia tenu-
iori pleni sint: nisi vis quod tenuiori sub-
stantia est plenum, vacuum vocare, nam ita
nihil prohibeo. Rariorem tamen in ampli-
tudine pororum & disidio partium esse,
perpicuum arbitror iam esse, præterquam
quod omnes homines ita vtuntur nomine.
Omnes enim intentius rem aliquam in-
tuentes cùm poris videt amplius raram di-
cunt, cùm angustis densam. Atque adẽ
Aristor. ipse ad bonam valetudinem dicit
procurandam corporis raritatem, hoc est,
amplitudinem pororum. Si quis alium den-
sationis modum dixerit, nihil crede, nisi ea
attulerit, quę per se non sint improbabilia:
neque verò adẽ obscura, vt non possint
capi.

¶ Est autem quod densum graue, ra-
rum verò leue. Præterea, vt circuli pe-
ripheria redacta ad minorem, non re-
cipit aliud cauum, sed quod erat con-
trahitur, ita & ignis quancunque par-
tem quis accipiet, tota est calida, sic est
totus collectio, & dilatio eius-
dem materia. Duo enim sunt in vtro-
que densio, & raro: nam graue, & du-
rum densa videntur esse, & contra-
ria rara, leue inquam, & molle. Dis-
sonant autem graue & durum in plu-
bo, & ferro.

Hec densio
in plerisq;
codicib⁹ mo

¶ Densitas sobolem esse dicit grauitatem,
raritas leuitatem: nam rariora leuiora etiã
esse videntur, densora grauiora. Quin etiã
duo hæc graue & durum dicit comitari de-
sitate, leue, & molle raritatem. atque ita
in plerisque accidit, quanto densius, eo gra-
uius & durius esse, & e contra. Quan-
quam in ferro & plumbo graue & durum dis-
sonant: est enim plumbum grauius ferro, nõ
tamen durius etiam, sed mollius ferro. Hu-
ius causam alibi diximus esse minorem per-
missionem humidi cum secco. Obicit for-
tasse, si rariore est in amplitudine pororum,

Adnoto.

Obiectio.

vt à me dictum nuper est, falso hic dici duritiam esse comitem densitatis, cum pleraque ligna maiores habere poros videantur molliſſima aqua. Scire licet poros rebus posse esse plures, aut pauciores, maiores, aut minores, secundum maiores aut minores partes. Ligna ergo etsi habeant maiores meatus quam aqua, non tamen tot, neque tam secundum minutulas partes: nam penitus penetrat aer, & exhalatio quæuis per aqua, quam per ligna, proinde aqua vt mollior, ita rarior est.

Diluitio.

¶ Ex dictis igitur constat, neque separatum esse vacuum, neque omnino, neque in raro, neque potentia, nisi quis velit omnino vocare vacuum causam lationis. Ita autem quatenus grauis, & leuis materia sit huiusmodi, erit autem vacuum: nam densum & rarum secundum hanc contrarietatem lationis sunt agentia, sed secundum durum & molle passionis, & apathia. & non lationis, sed commutationis magis. Atque de vacuo quomodo est, & quomodo non est, definitum est hoc modo.

¶ Epilogum dictorum facit. Constat (inquit) ex dictis nullo modo esse vacuum, neque separatim, vt dicebant quidam, quasi locum corporum, neque omnino esse in terra aut extra cœlum, neque in raris corporibus, neque actu, neque potentia, nisi cui placeat, omnino causam motus vocare vacuum, quantum ex dictis constat, quam improprè hinc queritur. Erat verò tale vacuum, vt materia grauis & leuis: atque cum leue & molle succedere soleant raro, & graue ac durum densò, leue & graue sunt vt principia agentia lationis, durum & molle magis vt patientia, neque tam lationis, quàm commutationis, id quod ex eorum definitionibus satis constat: grauitas enim deorsum, leuitas sursum fertur: durities difficile premitur, mollities facile. Grauitatis & leuitatis causam Plato in dialogo de Natura in magnitudinem, & exiguitatem corporis

reicere videtur dicens, Magna difficultus trahi in dissimilem locum, & facilis in similem: parua contra, facile in dissimilem. Sed hic videtur deficere in quibusdam: nõ enim prius debuit inuestigari leuitas aut grauitas in motibus violentis, quam in naturalibus, cum naturalia priora sint non naturalibus. Neque prius debuit leuitas aut grauitas, quæ ex magnitudine procedit, definirì, quam quæ ex substantiæ modo, quin potius contra videtur fuisse agendum, dicendum prius grauitas aut leuitas ex quomodo substantiæ nascatur, deinde quid addat magnitudo, & vtique in naturalibus, & non naturalibus lationibus persequendum. Sed quod Plato omisit fortasse in loci illius enarratione dicemus. Nobis dicendum modò de graui, & leui dicto ordine. quod ad modum substantiæ, quem sequuntur attingit, videtur hic Arist. leuitatem in raritate: & grauitatem in densitate, vt in causa collocare. Verùm mihi videtur causa leuitatis, non raritas, sed tenuitas esse per se (distingimus verò tenuitatem à raritate, & crassitatem à densitate) nam si raritas est, vt probauimus, in multitudine & amplitudine pororù, pori verò nõ sunt vacui, sed pleni substantia tenuiori: ignis profectò, si quis est in sublimi orbe, nõ possit esse rarus, sed densissimus, cum nulla substantia sit eo tenuior, quæ per eum permeet, erit verò vt densissimus, ita tenuissimus (hanc tenuitatem raritatem plerique putant) est tamen leuissimus: leuitas ergo in tenuitate est, nõ in raritate per se, dixi per se, quia ex accidenti multum facit raritas ad leuitatè, quia quæ rara sunt, plena sunt substantia tenuiori: constat verò quod vter plenus aère sursum in aqua feratur, causam esse aèrem, nõ ipsum vtrem: ergo raritas sursum lationem facit per substantiam tenuiorem, quæ accipit, ergo ad tenuitatem tandè causa deuoluitur. Graue voco, quod deorsum, leue quod sursum fertur. An hæc virtutes aliquæ sint præter substantiæ naturam, procedente sermone disputabo, modò nihil præter ipsam propensionè esse dico: hæc verò fit ex tenuitate, aut crassitate manibus rebus omnibus eò ordinem, vt tenuia super crassis gradatim collocata sint. Sed de graui & leui plura audies partim in hoc ipso opere, partim in libris de cœlo. De duro & molli multa à me disputata sũt in com. 4. Meteor. cap. 4. illinc pete, si quid hoc loco desideras.

Plato de sensu sua dispositione de leui & graui.

Leuitas in tenuitate per se non in raritate grauitas in crassitate nõ in densitate est.

Succedit statim de his, de tempore
 disputationem aggredi. Primum au-
 tem pulchrum est de eo dubitare, &
 per externas rationes, num sit in his
 quæ sunt, an in his quæ non sunt, de-
 de, quæ sit illius natura. Ergo omnino
 non esse aut vix & obscure ex his ali-
 quis suspicabitur: pars enim illius fuit
 & non est, pars autem futura est, &
 nondum est, ex his vero infinitum, &
 quod semper succedit tempus constat:
 quod autem ex his quæ non sunt con-
 stat, videbitur non posse aliquando ha-
 bere essentiam. Præter hæc, rei om-
 nnis quæ partes habet, siquidem sit, ne-
 cesse est, cum est, quasdam, aut omnes
 partes esse: temporis verò quædam par-
 tes fuerunt, quædam future sunt, est
 autem nulla, cum tamen habeat par-
 tes: ipsam autem nunc non est pars,
 meretur enim pars, & componitur
 totum ex partibus: tempus tamen
 non videtur componi ex ipsis nunc.
 Adhuc, & ipsum nunc quod vide-
 tur separare præteritum & futurum, an
 vnum & idem semper maneat, an ali-
 ud, & aliud, non facile est videre.
 Si enim semper aliud, & aliud, nulla
 autem pars est in tempore alia & alia
 simul, quin vna contineatur & alia con-
 tineatur, ut minus, tempus in moto-
 ri, nunc autem quod non est, fuit au-
 tem prius, necesse est interuisse ali-
 quando, & ipsa nunc simul quidem
 mutuo non erunt. Interuisse autem
 necesse est semper quod prius, in seipso

interuisse non potest: quandoquidem
 erat tunc, in alio autem nunc interisse
 se prius, nunc non contingit, non pos-
 sunt enim ipsa nunc esse proxima, ut
 neque punctus puncto. Si igitur non
 in eo, quod statim successit interijt,
 sed in alio, simul certè sit in infinitis
 nunc quæ sequuntur, hoc verò fieri
 non potest. Etiam neque semper
 idem manere potest: nullus enim fi-
 nitus diuisibilis est vnus finis. Neque
 enim si ad vnam sit continuatum, ne-
 que si ad plura: nunc verò finis est, &
 tempus est accipere finitum. Præter-
 ea, si simul esse secundum tempus,
 & neque prius, neque posterius esse
 in eodem, & in ipso nunc est, si prio-
 ra & posteriora in ipso nunc sunt.
 simul certè sint, quæ ante decem mil-
 le annos facta sunt & quæ fiunt ho-
 die: & neque prius neque posterius
 erit alio aliud: ergo de ijs quæ illi ac-
 cidunt, hæc sint dubitata. Quid
 autem tempus sit, & quæ illius na-
 tura, eodem modo ex traditis incer-
 tum est, & ex his quæ prius percurri-
 mus. Quidam enim motum totius
 esse dicunt, quidam verò spheram ipsam.
 Atqui cõuersionis pars quædam tempus
 est, cõuersio autem nõ: nõ pars cõuersio-
 nis est quod acceptum est, nõ tamen con-
 uersio. Adhuc, si multi sint cali, ita e-
 niã sit tepus, quicũq; illorum mor, quæ
 re multa sint tempora. Vniuersi autem
 spheræ videbatur asserentibus tem-
 pus esse, quia in tempore omnia sunt,
 & in vniuersi spheræ. Est verò Stoli-
 dius id quod dixerunt, quam ut opus,

fit considerare quæ contingant ex eo
impossibilia. Quando autem videtur
motus præteritæ, & mutatio quædam
esse tempus, hoc quidem fit consideran-
dum. Causæ ergo mutatio, & mo-
tus in ipsa quod mutatur est solum,
aut ubi contigerit esse ad, quod muta-
tur, aut mouetur tempus autem eodẽ
modo, & ubique, & apud omnia
est. Præterea, omnis mutatio est ce-
leris, aut tarda, tempus verò nõ est:
nam tardum & celere tempore defi-
niuntur: celere enim quod in exiguo mo-
uetur in longum, tardum quod in ma-
gno paruum, tempus autem non defi-
niuntur tempore, neque quod quantum,
neque quod quale sit. Ergo non ef-
se motum constat: nihil autem differ-
rat, sine dicatur à nobis modo motus,
sive mutatio.

¶ In disputatione de vacuo multa de tem-
pore, quod in motum infumitur, disputata
sunt, re ipsa cogente: quate necesse sit hoc lo-
co dicere de tempore. Disputationem verò
ita instituit Arist. in primis disputat per ra-
tiones externas, id est, per Logicas solum &
probabiles, an tempus sit, & quid sit tempus,
ut post has rationes, si motus addat, & ve-
ram de hac re sententiam confirmet. Pri-
mum ergo (inquit) tempus aut omnino nõ
aut vix esse & obscure, his argumentis in-
telligitur. Tempus infinitum, & quod sine
fine succedit, constat ex præterito, & futu-
ro, nec cum autem horum essentiam præteri-
tum non est, futurum nondum est, ergo
tempus nunquam est: nam quod constat
ex partibus, quatum nulla est, nunquam vi-
detur posse habere essentiam, & esse. Præ-
terea, cum est res que partes habet, necesse est,
ut sint, aut omnes, aut aliquæ illius partes:
sed temporis nullæ partes sunt: nam nihil ali-
ud est præter nunc punctum temporis: præ-
teritum enim, aut futurum, non est. At vero
aut non est pars temporis: nam pars men-

sura est totius, ut tertium, & quartum, & sexta:
instantibus verò nullus possit metiri tempus:
quævis enim illius particula habet infinita-
torum quosque componitur ex partibus, &
pus verò nõ potest componi ex instantibus: nõ
diuisibile non potest esse indiuisibilibus com-
ponitur non est ergo inflass pars temporis. Præ-
terea, si hoc nunc, quod separatur futurum, à
præterito, ponitur esse temporis pars, aut
idem instans manet tempore decurrere tempore,
aut aliud, & aliud succedit semper. si
succedit aliud, & aliud, cum nõ possint ma-
nere duo instantia simul (non enim possunt
esse duæ temporis partes simul, quin vna
contineat aliam, ut dies & hora: præteritum ve-
rò nõ est puncto maior) necesse erit, ut cum
successerit posterius, interierit prius. Sed si
interierit: aut interit cũ erat, aut deinceps.
nõ cum erat, tunc enim erat, nõ interibat,
neque deinceps: nõ aut in proximo, & (ut di-
cunt) immediate instans, aut in alio sequen-
tium, in immediato nõ potuit, quia inflass nõ
potest esse in im. diuisi instanti, ut neque pun-
ctus puncto, quia si proximè succederet: sibi
puncta, diuisibile ex indiuisibilibus, consta-
ret. si in alio sequentium interierit, cum in
terilla duo puncta intercessisset infinita, fuit
sed illud inflass simul cũ infinitis aliis, consti-
tute nõ posse probatum est: ergo non succe-
dit aliud & aliud instans semper. Neque ve-
rò manet semper hoc ipsum nunc nõ nihil si-
nitum, & in totum productum, siue sit continuatum
ad vnum, ut linea, quæ ad solum pun-
ctum continuata est, siue ad duo, ut superfi-
cies, quæ ad puncta, & lineas, siue ad plura ut
corpus, quod ad puncta, lineas, & superfi-
ciem continuatum est, potest habere vnicum
finem: sed duo, aut plura, ut omnis finita li-
nea habet nuncium initium, & finis: sed tem-
pus, et si infinitum est, potest tamen finitum
accipi, ut hora, & est totum, & continuatum,
& habet partes, & merito confertur rectæ
productioni: hoc enim addendum censet
ob ipsegras, quæ sunt cum sint, vna si per
fice finitur: nõ nunquam redit idẽ tempus,
sed series temporum semper aliter quod non
præteritur: tunc hora quæcunq; inchoat ab alio
puncto, & alio finitur: nõ ergo manet idẽ
nunc præterea, simul esse, est esse in eodem
nunc, ergo si idem nunc semper manet, si
mul tunc, quæ ante decem mille annos ac-
ta sunt, & quæ hodie, nequella prius, neque posse
fines hæc. Atqui de hac questione hæc sunt
probabiles disputata, quæ ad aliam questionem
latu,

lam, quid sit tempus, & que illius natura ar-
tinet, deinde disputat, refert priorū Philo-
sophorū opiniones, & refutat. Quidā (in-
quit) dicit tempus esse motum totius, qui-
dā dicunt esse spherā ipsam, quæ mouetur.
Argumentatur aduerſum priores. Et sic edoce-
datur tempus esse pars conuersionis cœli, et
scilicet pars, quæ præterit, tamen tota con-
uersione cœli nō est tempus: tempus enim nō
in circulum agit, vt dicebatur prius. De-
inde, cum sint multi cœli, mouenturq; om-
nes, multi erunt motus cœli: quare multa
tempora. Deinde vituperat aliorū sententiā,
eos (inquit) qui tempus ipsam spherā esse
dicebant, summam hanc & maximā spherā
esse dixisse, idq; hoc argumēto. Quōd
tempus continet omnia, atq; hæc spherā cō-
tinet omnia. Sed merito Arist. censet hanc
sententiā esse tam absurdam, vt neq; rea-
sutatione digna sit, proinde explodit eam,
non refutat. Sed (inquit) tempus præcipue,
ac maxime videri esse mutationem, aut mo-
tum quendam, ac proinde hoc esse dignū
consideratione. Probatq; duobus ar-
gumentis non esse motum, aut mutatio-
nem. Vtitur verō Arist. hoc loco his nōmi-
nibus indistincte. Primum argumentum.
Morus non est nisi in eo, quod mouetur,
& vbi id mouetur, sed tempus equaliter est
vbiq; & apud omnes, non est ergo motus.
Deinde, motus celeritatem, aut tarditatem
potest accipere, tempus verō nō potest:
nam tardum aut celere definitur tempore:
nimirum celeritas & tarditas cognoscitur
comparatione loci cum tempore: quod exi-
guo tempore percurrit multum loci, cele-
re: quod magno tempore parum loci, tardū
dicitur: sed tempus nō definitur potest tē-
pore, neque quantum, neq; quale sit, quo-
modo enim possit definiti per seipsum? ergo
tēpus nō est celeritatem, neq; tarditatem
cōparare potest: quare nō est motus? Galen⁹
præter collationē loci cum tempore, docuit
modum cognoscēdi celeritatem, scilicet ex
ipso impetu, ac modo motus, neq; id imme-
rito. Nā experimento cognoscimus sensum
celeritatis heriāte illā temporis, & loci cō-
parationem: nemo enim tam hebes est, vt
intuens in duos homines, aut equos currē-
tes primo intuitu ex ipso impetu nō agnos-
cat celerius hunc, q̄ illum moueri: et si neq;
viderit vnde vterq; cursum coeperit, neque
quāto tempore motus sit. Atq; aded ad que-
dā multo melior est hæc considerationis ra-

tio, quā Aristotelea. Nā et si ex præteriti
temporis, & spatii ratione euidenti et agno-
scas quod celerius, aut tardius motum est:
tamen an multiformis, ac varia celeritate, an
simili omnino, & æquali motū sit, nō agno-
scas. Tamen ex cōsideratione impetus, non
totius motus solum, sed singularum vtriusq;
particularum sensibilium celeritate agnos-
cere possis. Verum est, quādā esse corpora
mobilia, quorū impetū videre nō possumus:
quare vt celeritatem agnoscamus, cōfugere
cogimur ad collationem temporis & spatii.
Huiusmodi sunt altra, & gnomon, & linæ
horologiorū solarium: horum enim nemo
tum quidē videmus, sed ratione sensui ad-
iuncta cognoscimus, sensui enim videntur
immobilia. Ergo latius fuerit vtriusq; ratio-
nē agnoscenti celeritatem ediscere, vt qua
quisq; possit, ea vratur. Medicus pulsus
celeritatem ex impetu; Astrologus astrorū,
collatione temporis, & spatii, obseruet; Phy-
sicus verō vtriusque præter rationem.

CAP. VNDECIMVM.

*Verum neque sine mutatione: cum enim ipsi nihil miramur cogitatione, aut leuiter mutamur, non videtur nobis exactum esse tempus. Quemadmodum neque his, quos fabulantur in Sardo, dormire apud herosæ, cum ex-
pergiscuntur; conuungunt enim primū nunc cum posteriori, & vnum faciūt, tollentes ob insensibilitatem id quod est in medio. Quemadmodum ergo si non sit aliud nunc, sed idem vnici que, non sit certē tempus, aut & cum later alterur, esse, non videtur esse tē-
pus quod est in medio. Si ergo accidit nobis, cum nullā mutationē distingui-
mus, sed in vno, et indiuisibili videntur animā manere nō putare esse tempus, cum verō sentimus & distingui-
mus, tunc dicimus fuisse tempus: constat nō esse sine motu, & mutatione tēpus: igitur neque motū sine tempore, neque*

sine motu tempus esse, constat. Accipie-
 dum verò quandoquidē inuestigamus
 quid sit tempus, hinc capro initio, quid
 sit in motu tempus: simul enim motum
 sentimus, & tempus: etenim si sit tene-
 bra, & nihil secundum corpus patia-
 mur, motus autē aliquis in anima sit,
 statim videtur simul factum & tem-
 pus. Verum, & cum tempus quidem vi-
 detur fieri aliquid, simul & motus ali-
 quis videtur factus: quare aut motus,
 aut aliquid in motu est tempus: quādo
 qui dem ergo non est motus, necesse est
 aliquid in motu illud esse. Sed quando
 quidem id quod mouetur, ex aliquo
 in aliquid mouetur, & omnis magni-
 tudo est continuata, motus sequitur
 magnitudinem: nam quā magnitu-
 do continuata est, & motus continua-
 tus est, sed quia motus, & tempus quā-
 tus enim motus, tantum & tempus sem-
 per fuisse videtur: prius autem & po-
 sterior in loco primū est: ibi verò posi-
 tu. Sed quia in magnitudine est prius
 & posterior, necesse est et in motu pri-
 & posterior esse, proportionatum his,
 quæ sunt ibi: verum & in tempore est
 prius & posterior, quia semper alter-
 rum ipsorum alterum sequitur. Est ve-
 rò prius & posterior illorum in mo-
 tu, quod ubi est, motus est, esse autem
 ipso aliud, & non motus. Verum
 & tempus agnoscimus, cum desini-
 mus motum, prius & posterior desinen-
 tes: & tunc dicimus tempus fuisse,
 cum prioris & posterioris in motu fuit
 sum accipimus: desinimus enim acci-
 pientes aliud & aliud ipsum, & me-

dium aliquid ab eis diuersum. Cum
 enim extrema diuersa à medio consi-
 deramus, vt diuersa nunc animam di-
 car, aliud quidem prius, & aliud poste-
 rius, tunc & hoc dicimus esse tempus:
 nā quod desinitur instantiū tempus, esse
 videtur, & ponatur. Cum ergo, vt v-
 num, ipsam nunc sentimus, & nō qua
 aliquid, vt prius & posterior in mo-
 tu, aut vt idē quidem, prioris autē &
 posterioris nullius, non videtur tempus
 aliquid fuisse, quod neq; motus. Cum
 verò prius & posterior, tūc dicimus tē-
 pus. Hoc enim est tempus, Numerus
 motus secundum prius, & posterior.
 Non igitur motus est tempus, sed qua
 numerū habet motus. Signū autē, plus
 enim & min⁹ iudicamus numero, mo-
 tu verò maiorem & minorem tempo-
 re: numerus igitur quidam est tem-
 pus. Quoniam autem numerus duobus
 modis est (nā quod numeratur, & nu-
 merari potest, numerū dicimus, et quo
 numeramus) tempus verò est quod nu-
 meratur, & nō quo numeramus.

¶ Probauit hactenus Aristo. tempus non ef-
 se sine motu, atque ita colligit, si tempus non
 est motus, neque sine motu, ergo temp⁹ est
 aliquid in motu. Atque hoc posito, inuesti-
 gat quæ res sit in motu tempus. non esse tē-
 pus sine motu, ita probat. Nō possumus in-
 telligere tempus sine motu, ergo multo min⁹
 possit esse sine eo. Quod verò accipiebatur
 constat: nam cum omnino nullam mutatio-
 nem, aut in nobis ipsis, aut in aliis rebus sen-
 timus, vt qui dormientes ita somniant, ve
 non recordentur experire etc, nullum tē-
 pus nobis videtur exadum esse: nam con-
 iungimus primum nunc, illud scilicet,
 quo capimus dormire, cum posteriori, eo
 inquam, quo excitamur, & vnum faci-
 mus cogitatione, atque ita sentimus, ac si
 esset vnum, quia ob insensibilitatem tol-
 limus

linus id quod in medio est: ergo vt si reu-
ta non esset, in reb^{us} prius, & posterioribus, neq;
esset aliud nūc, sed idem in rebus omnibus:
esset scilicet res, & non moueretur, vt in
Deo accidit, nō esset tēp^{us}, ita cūm later nos
alterū ex altero momento esse factū, tempus
nō sentitur. Vtitur Arist. ex p̄lo quodā ex
fabulis. Fabulatur in Sardo fuisse Hæroas,
ad quos cūm ægroti multj cōcurrerent, sō-
priebatur quodā arte, atq; urabatur dormiē
res: excitari deinde, putabāt se eādē hora,
quod Hæroas venerant, esse sanatos. Alii
altere narrāt hāc fabulā: sed nihil curo, vtcū
que narretur, atē dormientiū exemplū est,
qui quia nō seaserant quod interim actum
erat, putabāt se ea hora venisse, qua surges
bāt ex somno. Si er^o (inquit) accidit nobis,
cūm nullā mutatione distinguimus, sed ani-
ma videtur sibi esse in vno indiuisibili mo-
mento, nō putare esse tēpus: cūm verō di-
stinguimus momenta, & sentimus mutatio-
nē, tūc dicim^{us} fuisse tēpus: cōstat ex cōmuni
omniū hominū sensu, & sermone, tēpus
nō esse sine motu. Igitur (dicit) neq; motū si-
ne tempore, neq; tempus sine motu esse, cō-
stat. Ergo accipiendū est hoc initiū, & inue-
stigandū est, quid sit in motu tempus, aut
quid motus sit tēpus: nā aliquid illius esse
cōstat, simul enim sentimus motū, & tem-
pus: nā statim ac sentimus motū, et si cor-
poris mot^{us} nō sit, sed ipsius animi, vt si quis
in tenebra decubens nullum motum corpo-
ris subeat, tamē cogitatione, aut animo mo-
ueatur, statim sentit & tempus, & e contra,
statim ac tempus sentitur factū, seruitur fa-
ctus & mot^{us} aliquis, neq; separari hæc possunt,
vel cogitatione. Inuestigat ergo Arist.
quid sit tempus in motu, hinc capto initio.
Omne qđ mouetur, ex aliquo in aliquid mo-
uetur, vt à Burgis Romā, & omnis magni-
tudo est cōtinuata, nā in quantitate diu-
cta nō dicitur esse magnitudo, sed multitu-
do: atq; hinc fit, vt motus sequatur magni-
tudinē, id est, sequatur cōditionem magni-
tudinis, sitq; cōtinuatus, vt magnitudo: nā
motus est cōtinuatus, quia magnitudo est
cōtinua (totā hęc ratio de motu secundum
locū venit intelligenda) & quia mot^{us} est cō-
tinuatus, tempus quoq; est cōtinuatuū. Itaq;
ratio cōtinuū est in magnitudine, motu, &
tempore: primū in magnitudine, secūdo in
motu, deinde in tempore. Nā tātum temp^{us}
fuisse videtur, quantum fuit motus (in motū
bus legitimis, & regularibus siue velocita-

te equali) & tātus motus fuit, quanta est
magnitudo peragrati spatij. Argumentum
hoc magis explicabitur lib. sequenti, vbi di-
sputabitur de cōtinuitate motus, modō fa-
ctis est ita explicasse. Addit Arist. atq; vt cō-
tinuum primū est in magnitudine ips^{ius} loci,
ita & ratio prioris & posterioris est primū
in loco, deinde in motu: in loco pri^{us} & pos-
teri^{us} positu, videlicet partes aliz positæ sūt
ante alias. Atq; quis in magnitudine est pri^{us}
& posteri^{us}, necesse est, & in motu sit, ppor-
tionatū his, quæ sunt ibi: videlicet cū & cor-
pus, quod fertur (nā corporū est latius) & ip-
se locus partes habeat priores & posterio-
res, necesse est in quacūq; partem loci ve-
nire prius anteriores partes corporis, quod
fertur. & posteri^{us} per partes anteriores
loci, posteri^{us} per posteriores. Verē itaque
dicit Arist. quis in magnitudine est pri^{us} &
posteri^{us}, & in motu necesse est esse: sed & in
tēpore (dicit) est est pri^{us} & posteri^{us}: nā semper
alterū ipsorū alterū sequitur, motus in quā
tēpus, & tēpus motū, vt indicatū prius est.
Atq; prius & posteri^{us} illorū, motus in quā &
tēporis reuera in motu est: nā id qđ habet
partes alias ante alias, motus est: sed est i
numero, ac reuera cadē res sit mot^{us} & tēpus, &
prius & posteri^{us}, in motu & in tēpore: tū tē-
pus ipso esse, & ratione aliud est, & non est
motus. Hoc pbat deinde Arist. ex ratione
intelligendi vtrūq;: nā agnoscim^{us} tēpus cū
definimus motū, nō qua res quædā est, sed
quā pri^{us} & posteri^{us} habet: & tūc dicimus
fuisse tēpus, cūm prioris & posterioris in
motu sensum accipimus: nā definimus acci-
piētes aliud & aliud momentū, & medium
aliquid ab eis diuersum. Nā tunc, hocq; di-
cimus esse tēpus, cūm extrema diuersa à me-
dio cōsideramus, ita vt diuersa nūc, id est,
diuersa puncta tēporis, aut momenta, aliud
pri^{us}, & aliud post prius anima esse dicat. Nā
qđ definitur instantium, id est, mediū inter
extrema instantia, tempus esse videtur. Atq;
ita (inquit) ponatur: partim ex cōmuni o-
minium hominum sermone, partim quod
deinceps probabitur. hoc itaque modo defi-
nirur tempus in motu. Cūm verō sentim^{us}
ipsum nunc, vt vnū, & non quā aliquid ve-
prius & posteri^{us} in motu, id est, nō cōside-
rantes hanc motus passionem, habere in-
quam prius & posteri^{us}: aut sentimus, vt
idem, id est, vt rem vnā eandēque sem-

per, & non habentem prius & posterius, nō videtur nobis fuisse aliquod tēpus, quia neque motus videtur fuisse. Cum vero consideramus prius & posterius, tūc dicimus tēpus, videlicet quia tempus est hoc numerus motus secundū prius, & posterius. Igitur nō est tēpus motus simpliciter, sed motus quatenus habet numerū, hoc est, quatenus eius partes res numerari possunt in ratione priorū, & posteriorū. Itaque de sententia Arist. motus & tēpus numero est res eadē, differt ratione: quia motus est, cum intelligitur, ut res quę dā, tempus, cum ut numerabilis secundū prius & posterius: nā distinguere annos, menses, dies, aut horas, nihil aliud est, quā motū numerare. Plato docuit hoc differētissimē in dialogo de Natura, ubi ita scripsit de tēporis orōni. Dū cōelum exoritur, fecit ternitatis in vnitatem manens æternā quandā in numero fluentem itaque iunctam, quā nos vocamus tēpus. His verbis aperte docet in æternitate nō esse rationem prioris & posterioris in statū, sed in vnitatem manere: & tempus superari numero, motus scilicet. nā paulo infra ita est scriptū, fuisse, & fore ad generationis tēpore procedentem, referre debemus motus enim quidā duo illa sunt. Itaque Plato docet fuisse & fore differentias tēporis, esse, eo quod motus quidā sit: quare tempus est reuera motus, sed ut numerus illi. Neque vero refert dicas, tēpus esse motū ut numeratur, an numerū motus: nā hæc quadam ratione, quā sumus statim explicaturi, idē sūt. Addit deinde Arist. hoc argumentū, ad cōfirmādum tempus esse numerū motus. In quantum res plus & minus iudicatur numero, sed motū maiorem aut minorem esse tempore iudicamus, tēpus ergo est motus numerus. Sed occurrit hoc loco duę obiectiōnes. Primo, in omni quāritate discretā plus & minus iudicatur numero, tamen in quāritate cōtinuata, nō numero, sed mensura: cum ergo motus continuatus sit, nō numero, sed mensura videtur mensurari: quare tempus nō erit numerus, sed siquid tale, mensura motus. Deinde, motus videtur esse temporis numerus, nō motus tempus: nō enim videtur iudicare tempore plus & minus in motu, sed motu plus & minus in tempore: nā in clepsydri motu areę, & motu gnomonis in horologiis linearibus numerantur horas, rapin solis numeramus dies, motu lunę menses, solis motu annos. Vt hæc obiectiōnes diluantur, oportet animaduertere, in

quavis cōtinuata quāritate mensurari posse magnitudinem simpliciter, aut nō simpliciter, sed secundū prius & posterius. vel ut in motu consideratur, quātus fuerit, & inter duos motus uter vitro lōgius; & adhiberi potest in iudiciū consideratio partū post partē res. Primo modo cōtinuata magnitudines nō mensurantur numero, sed dimensionū magnitudinē in corporibus, in motu lōgitudine spatii, & distātia terminorū: quia ut nuper Arist. dixerat, quanta est magnitudo loci, tantus fuit motus. Itaque hoc nihil aliud est, cū dicitur considerare magnitudinem motus, quatenus motus est. Cū vero iam adhibetur consideratio prioris & posterioris, nulla magnitudo mensurari potest, nisi numero: quia qui considerat prius & posterius, diuidit cogitationē partes, ac diuisiōne cōtinuū cōstat numerus. Itaque fit ut omnis magnitudo, quia est diuisibilis in partes, sit numerabilis per partes. Itaque cōtinuū est stadiorū quatuor, aut quingentorū passuum, aut bis mille, & quingentorū pedum. Itaque quoque dicimus, corp⁹ esse duarum librarum, aut vnciarum 24, motus quoque adhibita cōsideratione prioris, & posterioris mensuratur, idque numero. ut cū dicimus duabus horis cōcavit, aut cōcōnata est. Atque hæc ratio mensurandi motū verē est numeratio, & ipse numerus tempus. Dilutionem secundā obiectiōnis ex ipso Arist. accipies cap. 12. sed hic quoque velut huic obiectiōni statim occurrens dicit, numerū dici duobus modis: nam dicitur numerus, quod numeratur, vel numerari potest, & id quo numeramus: primo modo dicimus, agnovit suorum militū numerū, id est, multitudinem numerabilem: secūdo modo dicimus, malites numero scripsit. Cū itaque duobus his modis numeri nomen dici possit, in definitione temporis de eo, quod numeratur, aut numerari potest, dicit, affirmat Arist. numerum tempus est motus ipse, quatenus numerabilis: quare et si cōcedatur nō tantum tempore numerari motum, sed tēpus numerari motu, nihil est definitiōis aduersum, cū dicatur tempus, quia numerus, ut quod est in motu numerabile: aut (ut ita dicā) ipsa numerabilitas motus. Cur numeratur tempus motu, ut in obiectiōne proponebatur, cū tēpus sit numerus motus, cap. 12. dicitur numerus, qui numerat, quod est tēpus, numeratur numero quo, qui æquus motus, neque tēpus simpliciter esse potest: sed est quāritas

de iuncta,

*Apud
Arist. tē-
pus cōtinu-
tus eadē
res est num-
erū.*

*Duę obiecti-
ōnes.*

deiuſta, & eſt multitudo ipſorum nunc, aut inſtantium temporis, vt dicitur ſtatim hoc ipſo capite. Numerus, qui numeratur in motu, eſt numerus motus, eſt que ipſam tempus. Numerus quoque, ſi dicitur numerus motus, quam numerus temporis, quia motus quatenus numerabilis, eſt tempus. Ita Plato paulo poſt nuper citata verba ſcripſit, Sol & luna, & alie quinque ſtellæ, quæ vocantur erraticæ, factæ ſunt, quo temporis numeros diſtinguatur, atque obſeruetur. nimirum namerantur partes temporis numero, partium motus regularis & legitimi, atque ipſæ partes motus regularis nõ diſtinguntur tempore (aliòquin eſſet circulus numerorũ) ſed per partes ſpatii: hæ partes ipſo ſenſu diſtinguuntur, aut lineis quibusdam, aut aliis ſignis, cùm ſint partes magnitudinis permanentis. Hęc eſt ſententia Ariſtotelis de eſſentia temporis.

¶ Et vt motus ſemper alius, & alius, & tempus. quod autem ſimul totũ tempus idem eſt: ipſum enim nunc idẽ eſt, ſecundum id quod eſt, eſſe autem ipſo aliud: nunc autem tempus metitur quatenus prius & poſterius: nunc autem eſt, vt idem, eſt vt non idẽ: quatenus enim in alio, & alio aliterum eſt, hoc autem erat ipſum nunc: quatenus autem res quedam eſt ipſum nunc, qui dem eſt: ſequitur enim (vt dictum eſt) magnitudinem motus, hunc autem tempus, vt diximus. Et ſimiliter puncto id quod fertur, quo motum agnoſcimus, & prius ac poſterius in ipſo. hoc autem ſecundum id quod eſt quod cuique idem eſt: punctus enim aut la pis, aut aliud huiusmodi, ratione autem aliud. quemadmodum ſophiſtæ accipiunt aliud eſſe Coryſcum in Lycio eſſe, & Coryſcum in foro, & hoc ipſum alio, & alio loco, aliud eſſe. Ipſũ autẽ quod fertur, ſequitur ipſum nũc,

quemadmodum tempus motum: nõ eo, quod fertur, agnoſcim⁹ prius & poſterius in motu: quatenus enim numerabile, pri⁹ & poſterius ipſũ nũc eſt: quare et in his quodcũq; eſt nũc, idem eſt: pri⁹ enim aut poſterius eſt hoc in motu eſſe autẽ ipſo aliud: quatenus enim numerabile eſt, prius et poſterius ipſum nũc eſt. Atq; manifeſtũ maxime hoc eſt: nõ motus & ob id, quod mouetur, & latio ob id, quod fertur: hoc enim aliquid eſt id quod fertur, motus autẽ, nõ: eſt ergo vt idem ipſum nũc dicitur ſemper, eſt autem vt non idem: nam et ipſum, quod fertur.

¶ Capite. 10. quod caput hoc proxime anteceſſit, poſt quã de eſſentia tempus dubitauerat, illud quoque, vocauit in dubiũ, an ipſam nũc, ſeu punctũ tempus ſit idẽ ſemper, an ſemper aliud, atque aliud: merito ergo hoc capite, cùm eſſentiã tempus definitione dixerit, ad ſecũdã hæc quaſtiunculã accedit. Dicit ergo, vt motus ſemper eſt alius, & alius, ita & tempus: quia neque motus, neque tempus, eſt manẽs, ſed fluens quãtitas. in (inquit) quod ſimul totũ tempus idẽ eſt. Que verba ſunt obſcura, ex variis enarrationibus, quæ hoc loco cõtigerunt, intelligens. Sũt qui interpretentur: Ariſtotelem docere, eſſi tempus fluat, fiatque per partes aliud, & aliud, tamẽſi totũ intelligatur ſimul eſſe vnũ, idemque. vt totã horã, totũ diẽ, totũ menſem, & annũ. Alii interpretantur totũ tempus, quod ſimul eſt, idem eſſe, id eſt punctum temporis. nõ temporis nihil habemus ſimul, niſi nunc. Alii interpretantur tempus totũ, ſimulque, atque vbique terrarũ, & in omnibus rebus eſſe idẽ, haud quaquam varium, & multiplex variis in rebus, vt motum. Hęc vltima enarratio eſt Alexandri, quam tamen ego omnium minime probo. Nam oportet hæc verba ita intelligi, vt mox ſequentia cum iis quadrent, tamen non quadrarent. Quod vt intelligas ſequentia enarrabo, mox reuertar ad propoſita verba. Ipſum nunc, ſeu punctum, inſtans eũ temporis eſſentiam id quod eſt, id eſt, ſecundum eſſentiam ſuam eſſe idem, eſſe autem ipſo, hoc eſt, ratione

Reſuſcitator
Alexandri
enarratio

esse aliud, & no idē, atq; punctū dicit metiri tempus secundū prius & posterius. Hęc accedat admodū dices, punctū temporis quodammodo esse idē tempus, quod scilicet, est idē ipsū erāt, & erit: quodammodo esse diuersū: nā quatenus est in alio, & alio tēpore diuersū est, & nō idē tempus. Sed sublata hęc consideratione, quatenus est res quedā ipsum nunc, idē est semper, ac toto tempore. Nam vt habet id quod fertur ad motum, ita habet punctū temporis ad tempus. Atque vt si ducatur punctus fiet linea, ita ductū puncti temporis intelligendū est fieri tempus. Atque vt puncto qui mouetur, agnoscimus motum, & in eo prius & posterius: non enim aliter sentimus motū, quam eūdem sensu mobilis, videntes scilicet mobile non manere, sed fieri in alio & alio loco, tamen mobile hoc secundū id quod est quodcūque, idē est, punctus scilicet, vt cū ductū puncti sit linea, aut lapis eūdem mouetur lapis, aut quodrunque corpus huiusmodi moueatur, eadē res est, siue in principio, siue medio, siue fine sit. Ratione raris motus est aliud, vt sophistę dicunt, aliud esse Corycēum in Lycio, aliud Corycēum in foro, & hoc ipsum, putā Corycēum esse in foro, aliud esse Burgis, aliud Compluti. Ita vt tempus sequitur conditionē motus, atq; punctū temporis sequitur conditionē mobilis. Nam agnoscimus prius & posterius in motu ipso mobili, videlicet cūm viderimus corpus in prima parte loci primā motus partem, eādem in vltima vltimam dicim⁹. Ita ipso nunc agnoscimus prius & posterius in tempore: nam ipsum nunc est in tempore, quatenus tempus est numerabile secundū prius & posterius: quare fit vt in his, hoc est in partibus temporis, quodcūque est punctum, idē sit: nam hoc idē est, prius & posterius in motu numerabili, esse autē & ratione aliud, vt mobile est idē in priori & posteriori loci parte, ratione tamē differre: nam punctum est in motu, quatenus numerabili, & prius ac posterius habeat. Atque manifestum est in tempore maximē ipsum nunc, aut punctum pręsens: quare per illud agnoscitur tempus, nam & motus ob id, quod mouetur, agnoscitur, & ratio, quę precipua motus est species, ob id quod fertur: nam id quod fertur, est hoc aliquid, hoc est, substantia quedam corporea: ratio verd ipsa non est hoc aliquid, sed actus eius, quod est in potentia. Clarius ergo sentie-

mus corpus, & per id lationem, est ergo (cōcludit) modus quidam, quo punctum temporis dicitur idē, est etiam alius, quo non dicitur idē, nam & id quod fertur, cui simile diximus esse temporis punctum, est idē, quodammodo tamen est diuersum. Hęc Aristoteli, & quibus prodicitur hęc sententia, quam luber claris explicare, Nunc, atq; instans, idē est tempus: fit verd prius, aut posterius delabens per priores & posteriores temporis partes: vt punctus tūm eius ductū sit linea. Cuius causa hęc est, quā ex his, quę postea docebit Aristoteles accipiemus. Scimus mutatione instantis decurrere tempus: nam mutato eo instanti, quod nūc est pręsens, in id quod est futurum, & futuro factō pręsentē, & pręsentē factō pręteritō labitur tempus. Aut ergo tempus produci tur multiplicatis instantibus, aut eodem instanti deducto, vt dicitur punctus per lineam: multitudinē indiuisibilium nihil diuisibile produci potest: ergo neq; linea multiplicatis punctis, neque tempus instantibus fieri potest, sed ductū puncti linea, instantis tempus. Verūm hęc ex sequentibus hient apertiora: nunc reuertat ad prius. Si his verbis, quod simul totum temp⁹ idē est, significare vellet Aristoteles, tempus idē esse cuius mobili, atque vbiq; certe in eam rationem addidisset dices, ipsum enim nūc idē est. Cur enim si ipsum nunc temporis idē est per omnes temporis partes, idē inquam est quod fuit, & est modō, & erit, tēpus sit idē in primo, & vltimo cęli orbis, atque in latiore solis, & lunę: ergo Aristoteles, duorum alterum significat illis verbis, Aut tempus si accipiat, vt quiddam totum, vt totam horam idē esse: quia per totum id tempus, idē nunc delabitur. Atque vt motus dicitur idē, quia eius idē mobilis, & in eundem terminum, ita temp⁹ totum idē dicitur, quia est ductus eius idē nūc. Aut significat totum tēpus, quod simul est, idē est: nam tempus simul nihil est pręter nunc, ipsum verd nunc est idē. In hac vltima enarratione nihil est falsum, tamen est minus proprius sermo, totum tēpus quod simul est, vt significetur ipsum nunc. Nam vt diceretur statim, ipsum nūc, neque tempus, neque verd pars temporis est. Neque verd hic plurimum moror: non enim omnia loquuntur autores proprie, & exacte. Proinde duas has enarrationes eque probō: quia nihil habent absurdi, & nulla

Tempus habet ad motum ita ipsum nunc ad mobile.

Nūc, ratio ad referentiam eius ad mobile.

*Obijciunt
Aristote-
li.*

alia subit mihi magis idonea. Calumnietur fortasse aliquis id quod Aristobiter dicit, lationem agnosci per id quod fertur, quia id quod fertur, est hoc aliquid latio nō est: nam videri possit hęc absurda ratio, quia tā longē abest, vt id quod est hoc aliquid, causa sit agnoscendi accidentia, vt ipsum hoc aliquid: nisi per accidentia sentiri omnino non possit. Scite oportet hoc loco nō dici hoc aliquid ipsam substantiam, sed substantiam corporis in his accidentibus, quę per manent in se habet affectam, vt lapidem . aut lignum. Motum putant quidam, in qui bus est Galenus, non esse sensibilem, sed ratione, ac syllogismo cognosci: quia videtur corpus alio, & alio loco, non eodem, vt cū manet. Communis ferē omnium sententia est, motum esse accidens sensibile, commune tamen: quare cū sensibilia, quę verē cōmunia sunt, per propria sentiantur, vt plestique concedunt, ac si quis negat aliquādo, dante Deo, monstrauimus, ne modō in his, quę dicuntur obiter, euadat lōgior sermo, constat motum agnosci per corpus mobile. Nam aut omnino non sentitur, sed intelligitur, per varia loca corporis, aut sentitur per sensibilia propria corporis. Sed venio ad reliqua.

Respondetur.

De modo quo sentitur motus.

¶ Manifestum quoque si tempus non sit, neque ipsum nunc fore, atq; si ipsum nunc non sit, tempus non fore. Simul enim quemadmodum id quod fertur, & latio, ita & numerus qui eius qđ fertur, & qui lationis: tempus enim lationis numerus, ipsum autem nūc, vt quod fertur, vt vnitas numeri. Et continuatum est tempus ipso nūc, & diuiditur secundum ipsum nunc. sequitur enim hoc quoque lationem, & id quod fertur, etenim motus, & latio vna ei quod fertur, quod vnū, & non quodcunque est (etenim deficeret) sed ratione, & separat quidem hoc priorem & posteriorem motum. Sequitur autem & hoc quodammodo punctum: etenim punctus & con-

tinuat, & diuidit quodammodo longitudinem: est enim huius quidem initium, huius verō finis. Sed cum ita aliquis accipiat, vtens vt duobus vno, necesse est stare, si erit principium: & finis idem punctus: ipsum autem nūc, quia mouetur quod fertur, semper est aliud: quare tempus numerus, non vt eiusdem puncti, quod & principium, & finis, sed vt extrema linea magis, & non vt partes, ob id quod dictum est: nam medio puncto, vt duobus, vtetur: quare quiescere continget. Atqui adhuc manifestum, quod neq; pars ipsum nunc temporis, neque diuisio motus, quemadmodum neque puncta lineę: linea autem dua vnus partes. Quatenus ergo finis est ipsum nunc, non tempus, sed accidit: quatenus autem numerat numerus: fines enim illius solum sunt, cuius sunt fines: numerus verō equorum, qui est decem etiam alibi. Quod ergo tempus numerus motus est, secundum prius & posterius, & continuum (continui enim) constat.

¶ Ex dictis colligit alia quędam in maiore suę sententię perspicuitate. Primo, neq; instans posse esse sine tempore, neque tempus sine instanti. Nam quemadmodum habent corpus quod fertur & latio, ita tempus & instans: nam tempus est numerus motus, & adhuc numerum instans habet, vt corpus quod fertur ad lationem, nimirum vtrunque est vt vnitas numeri: quia tempus continuatur, & diuiditur instantibus, vt motus eo quod fertur: nam latio est corpori quod fertur vna: quia quod fertur per totum spatium est vnum, & idem. Atque non quodcunque, id est, non in quauis parte spatii mutatur in aliud: nam deficeret, o-

esse aliud, & nō idē atq; punctū dicitur metiri tempus secundū prius & posterius. Hæc declarat deinde dicit, punctū tēporis quodāmodo esse idē semper, quod scilicet, est idē ipsū erit, & erit: quodāmodo esse diuersum: nā quare? est in alio, & alio tēpore diuersum est, & nō idem semper. Sed sublata hac consideratione, quæ enus est res quædā ipsū nunc, idem est semper, ac toto tempore. Nam vt habet id quod fertur ad motum, ita habet punctum temporis ad tempus. Atque vt si ducatur punctus fiet linea, ita ductū puncti temporis intelligendū est fieri tempus. Atque vt puncto qui mouetur, agnoscimus motum, & in eo prius & posterius: non enim aliter sentimus motū, quā cū sensu mobilis, videntes scilicet mobile non manere, sed fieri in alio & alio loco, tamen mobile hoc secundū id quod est quodcunque, idem est, punctus scilicet, vt cū ductū puncti fit linea, aut lapis cū mouetur lapis, aut quodcunque corpus huiusmodi mouetur, eadē res est, siue in principio, siue medio, siue fine sit. Ratione tamen est aliud, vt sophistæ dicunt, aliud esse Coryscum in Lycio, aliud Coryscum in foro, & hoc ipsum, putā Coryscum esse in foro, aliud esse Burgis, aliud Compluti. Atq; vt tempus sequitur conditionē motus, ita punctus temporis sequitur conditionē mobilis. Nam agnoscimus prius & posterius in motu ipso mobili, videlicet cū videretur corpus in prima parte loci primā motus partem, cū in vltima vltimam dicim⁹. Ita ipso nunc agnoscimus prius & posterius in tempore: nam ipsum nunc est in tempore, quatenus tempus est numerabile secundum prius & posterius: quare sic vt in his, hoc est in partibus temporis, quodcunque est punctum, idem firmam hoc idē est, pri⁹ & posterius in motu numerabili, esse autē & ratione aliud, vt mobile est idem in prioris & posterioris loci parte, ratione tamē differentem: nam punctum est in motu, quatenus numerabili, & prius ac posterius habente. Atque manifestum est in tempore maximē ipsū nunc, aut punctum præsens: quare per illud agnoscitur tempus, nam & motus ob id, quod mouetur, agnoscitur, & latius, quæ præcipua motus est species, ob id quod fertur: nam id quod fertur, est hoc aliquid, hoc est, substantiæ quædam corporea: latius verd ipsa non est hoc aliquid, sed actus eius, quod est in potentia. Clarius ergo sentie-

mus corpus, & per id lationem, est eo (cōcludit) modus quidam, quo punctum temporis dicitur idem, est enim alius, quo nunc dicitur idem, nam & id quod fertur, cui simile diximus esse temporis punctum, est idem, quodammodo tamen est diuersum. Hæc Aristoteli ex quibus prodit hæc sententia, quam lubet claris explicare. Nunc, aut instans, idem est semper: fit verd prius, aut posterius delabens per partes & posteriores temporis partes, vt punctus cū eius ductū fit linea. Cuius causa hæc est, quæ ex his, quæ postea docebit Arist. accipiemus. Scimus mutatione instantis decurrere tempus: nam mutato eo instanti, quod nunc est præsens, in id quod est futurum, & futuro factio præsentis, & præsentis factio præterito labitur tempus. Aut ergo tempus produci tur multiplicari instantibus, aut eodem in stanti deducto, vt ducitur punctus per lineam: multitudine in diuisibilibus nihil diuisibile produci potest: ergo neq; linea multiplicari punctis, neque tempus instantibus fieri potest, sed ductū puncti linea, instantis tempus. Verūm hæc ex sequentibus fiet apertior: nunc reuertar ad priora. Si his verbis, quod simul totum temp⁹ idē est, significare veller Aristoteli tempus idē esse cuius mobili, atque vbiq; cerēt in eam rationem addidisset dicit, ipsum enim nunc idem est. Cur enim si ipsum nunc temporis idem est per omnes temporis partes, idem inquam est quod fuit, & est modō, & erit, tēpus sit idem in primo, & vltimo cæli orbis, atque in latione solis, & lunæ? ergo Aristoteli, duorum alterum significat illis verbis, Aut tempus si accipitur, vt quiddam rotum, vt totam horam idem esse: quia per rotum id tempus, idem nunc delabitur. Atque vt motus dicitur idem, quia eundē mobilis, & in eundem terminum, ita tempus totum idem dicitur, quia est ductus eiusdem nunc. Aut significat totum tēpus, quod simul est, idem est tam tempus simul nihil est præter nunc, ipsum verd nunc est idem. In hac vltima enarratione nihil est falsum, tamen est minus proprius sermo, totum tēpus quod simul est, vt significetur ipsum nunc. Nam vt dicitur statim, ipsum nunc neque tempus, neque verd pars temporis est. Neque verd hic plurimum moror: non enim omnia loquuntur auctores propriē, & exactē. Proinde duas has enarrationes equè probō: quia nihil habent absurdi, & nulla

Ita tempus habet ad motum ita ipsum mouet ad mobile.

Nunc videtur ad res factas sunt. Alia caetera.

*Obijcit Aristote-
li.* alia subit mihi magis idonea. Calumniatur
fortasse aliquis id, quod Aristobiter dicit,
lacionem agnoscī per id quod fertur, quia
id quod fertur, est hoc a quo latio nō est:
nam videti possit hęc absurda ratio, quia tā
longe abest, vt id quod est hoc aliquid, cau-
sa sit agnoscendī accidentiā, vt ipsum hoc
aliquid: nisi per accidentiā sentiri omnino
nō possit. Scire oportet hoc loco nō dici
hoc aliquid ipsam substantiam, sed substan-
tiam corporeā in his accidentibus, quę per
manenter in se habet affectam, vt lapidem
aut lignum. Motum putant quidam, in qui-
bus est. Galenus, non esse sensibilem, sed ra-
tionē, ac syllogismo cognoscit: quia videtur
corpus alio, & alio loco, non eodem, vt cū
manet. Communis ferē omnium sententiā
est, motum esse accidens sensibile, commu-
ne tamen: quare cū sensibilia, quę verē cō-
munia sunt, per propria sentiantur, vt ple-
rique concedunt, ac si quis negat aliquādo,
dante Deo, monstrauimus, ne modō in his,
quę dicuntur obiter, euadat longior sermo,
constat motum agnoscī per corpus mobile.
Nam aut omnino non sentitur, sed intelli-
gitur, per varia loca corporis, aut sentitur
per sensibilia propria corporis. Sed venio
ad reliqua.

*De modo
quo senti-
tur motus.*

¶ Manifestum quoque si tempus non
sit, neque ipsum nunc fore, atq; si ipse
nunc non sit, tempus non fore. Simul
enim quemadmodum id quod fertur,
& latio, ita & numerus qui eius qđ
fertur, & qui lationis: tempus enim
lationis numerus, ipsum autem nūc,
vt quod fertur, vt vnitas numeri.

Et continuatum est tempus ipso nūc,
& disinditur secundum ipsum nunc.
sequitur enim hoc quoque lationem,
& id quod fertur, etenim motus, &
latio vna ei quod fertur, quod vni,
& non quodcumque est (etenim desi-
ceret) sed ratione, & separat quidem
hoc priorem & posteriorem motum.
Sequitur autem & hoc quodammo-
do punctum: etenim punctus & con-

tinuat, & diuidit quodammodo lon-
gitudinem: est enim huius quidem ini-
tium, huius verō finis. Sed cum ita
aliquis accipiat, vtens vt duobus vno,
necesse est stare, si eris principium &
finis idem punctus: ipsum autem nūc,
quia mouetur quod fertur, semper est
aliud: quare tempus numerus, non vt
eiusdem puncti, quod & principium,
& finis, sed vt extrema lineę magis,
& non vt partes, ob id quod dictum
est: nam medio puncto, vt duobus, vt
tur: quare quiescere contingeret. Ac-
qui adhuc manifestum, quod neq; pars
ipsum nunc temporis, neque diuisio
motus, quemadmodum neque puncta
lineę: lineę autem duę vnus partes.
Quatenus ergo finis est ipsum nunc,
non tempus, sed accidit: quatenus au-
tem numerat numerus: fines enim il-
lius solum sunt, cuius sunt fines: nu-
merus verō eorum, qui est decem
etiam alibi. Quod ergo tempus nume-
rus motus est, secundum prius & poste-
rius, & continuum (continui enim)
constat.

¶ Ex dictis colligit alia quedam in maiore
sua sententiā perspicuitatem. Primo, neq;
instans posse esse sine tempore, neque tem-
pus sine instanti. Nam quemadmodum ha-
bet corpus quod fertur & latio, ita tem-
pus & instans: nam tempus est numerus mo-
tus, & adhuc numerum instans habet, vt
corpus quod fertur ad lationem, nimirum
vtrunque est vt vnitas numeri: quia tem-
pus continuatur, & diuiditur instantibus,
vt motus eo quod fertur: nam latio est cor-
pori quod fertur vna quia quod fertur per
torum spatium est vnum, & idem. Atque
non quodcumque, id est, non in quouis par-
te spatii mutatur in aliud: nam desiceret, o-

minimoque redgere: ut in nihilum corpus, priusquam totū spatiū percurret, cū sint spatiū infinite partes, non sint autē infinite re-
 ctæ species, quas inducet. sed si qua ratio-
 sit aliud & aliud corp⁹, ratione, id est, ad nu-
 mero. eodem modo instat, quod est nume-
 ro idem decurrens per tempus, sit aliud. &
 aliud ratione. Sed videri possit hic Aristoteli
 docere aliquid his, quæ à me dicta sunt nū-
 per, aduerſariam videtur docere tempus nu-
 merari instanti, & ipso nunc: ergo cū tem-
 pus sit numerus motus, vt quod numerat-
 ur, ipsum nunc est numerus quo numerat-
 ur: quare cū ipsum nunc non sit quantū,
 male videtur dixisse numerum quo sem-
 per esse in quantitate deiuncta. Animadu-
 rendum est hic, numerum quo duplicem esse,
 alium ipsum numerum, aut ipsam suppu-
 rationem, alium ipsam materiam unitatis,
 vt calculus, aut fabas, cūm calculus, aut fabis
 homines numeramus: ipsum nunc est vni-
 tas, atque eo, vt calculus, aut fabis numera-
 mus. Dices ad non posse ita habere, cūm ip-
 sium nunc sit idem, vt iamque semper: qua-
 re unitas tantum non numerus, numerus
 enim in vultu adine. Sed scire licet simile
 esse computationem partium temporis, in-
 stantibus factam, computationi, quæ fit eo-
 dem calculo accepto sæpe. vt si quis decem
 homines vnico calculo decies accepto nu-
 meret, atque etsi calculus, hoc est materia
 numeri continuata quantitas sit, tamē mul-
 tis atrectationibus sit: ratione multa, in-
 duitque formam deiunctæ quantitatis, hoc
 est, numeri. ita ipsum nunc quatenus multa
 ratione, est numerus quo tempus numerat-
 ur in motu. Et separat quidem (inquit)
 hoc priorem, & posteriorem motum (hic
 motus nomine tempus intelligitur, quia se-
 pus est motus vt numerabilis) nimirū hoc
 instans separat motum qui fuit ab eo, qui
 erit: quod quodammodo etiam sequitur pun-
 ctum: nam punctus continet, & diuidit par-
 tes longitudinis in linea, vt punctus medi-
 lineæ, quia est primæ partis finis, & secundæ
 initium. Verūm dicit Aristoteli non omnia
 eodem modo habere punctum medium ad
 partes lineæ, & instans præſens ad partes te-
 poris, sed hoc interesse, quod punctus me-
 dius idem est initium prioris, & finis poste-
 rioris partis: ipsum verò nunc nō vt idem,
 sed vt duo puncta extrema lineæ, primum
 inquam & vltimum, est præteriti temporis
 finis, & futuri initium. nimirum puncta illa

non est idem punctum, sed duo, neque par-
 tes lineæ sunt: punctus enim non est pars li-
 neæ, sed accidit hoc initio, illud finis. ita non
 idem nunc, vt idem, est præteriti finis, & fu-
 turi initium, sed varia, non quidem vt par-
 tes variæ temporis: nam pars eadem tem-
 poris est illius finis, & huius initium, sed ipsū
 nunc vt duo, veluti si quis imaginetur duas
 lineas, illā hic finitā, hāc hinc incipientem.
 Huius causa hæc est. Si aliquis videret vno
 puncto vt duobus, necesse est, vt in eo steterit,
 ac consistat: si quidem idem punctus erit fi-
 nis, & initium: sed tempus non potest sta-
 re, neque quiescere: non ergo in tempore
 idem punctus, vt idem potest esse initium &
 finis temporis, sed vt multa. Hoc ipso argu-
 mento nitetur procedente sermone ostē-
 dere, inter contrarios motus semper inter-
 cedere quietem, quod alioquin idem nunc
 esset initium & finis motus. Ergo verò, qui
 vt alio loco scripsit, & iterum hoc ipso ope-
 re sum scripturus, nihil verius esse pu-
 to, quam posse duos contrarios motus nul-
 lā maiorem intermissionem habere, quā
 vnicum rectum: non admodum mouero
 hoc argumento, neq; video quo pacto possit
 sit negare Aristoteli, nunc hoc idem ipsum esse
 finem præteriti temporis, & initium futuri:
 nam aut est vt punctus medius lineæ, aut
 vt extrema lineæ: si primum, id est initium
 & finis, si hoc alterum, aut vt extrema
 intercisse lineæ, aut vt duarum linearum in
 vnica coniuncturū initia, si hoc, idem nūc
 est, nam coniunctis duabus lineis, duo ex-
 trema idem punctus sit, neque id mirum
 cūm puncta non sint partes, sed accidens: si
 illud tempus erit intercissum, quod tempo-
 ris naturæ repugnat. Neque video, cur si eo-
 dem nunc vtamur, vt duobus, necesse sit
 quiescere tempus, imouero hac sola ratio-
 ne non quiesceret: si enim aliud sit finis, aliud
 initium, interciderit. Vidit certe Diuus Tho-
 mas hoc quoque, sed cūm sit plus satis ad-
 dictus Aristoteli, excogitauit hanc enarra-
 tionem, reuera idem nunc esse initium, &
 finem: tamen in computatione vt duo capi-
 quia non est idem secundum rationem ini-
 tium & finis. Hoc certe quod Diuus Tho-
 mas docet, verum est, sed longe aliud docet
 Aristoteli. nam ita quid intercisset inter punctū
 medium lineæ, & temporis nunciam: ut
 que punctus medius, est eadem ratione ini-
 tium & finis. neque si quis imaginatione di-
 uidit lineam in primam, & vltimā partem,
 vltimā

lib. 5.
cap. 6.

Idem nunc
initium pro
est ex, vnde
præteriti.

D. Thoma
enarratio.

vtitur puncto vt vno, sed vt duobus: nō er-
go hoc est, quod dicitur nunc affirmar
Arist. sed aliud aliquid probari non potest.
Quidam clasticorum imponunt Aristote-
li, quod censent esse verum, non quod eius
verbis significari possit. Ego vero malo quā
falsū dicitur refutari, quā quod omnino
non dicitur imponi auctori. Itaque affirmo
hac quoque in seipsum temporis nūc simi-
limum esse puncto lineæ. Addit Arist. mani-
festum esse ipsum nunc nō esse partem tem-
poris, neque diuisionem (diuisionem vocat
quod in motu est, vt nunc in tempore) mo-
tus, neque puncta lineæ. nimirū omnis pars
temporis est tempus, & pars motus, motus,
& pars lineæ, lineæ tem pu: verū, & motus,
& lineæ, diuisibile est, & temporis nunc, &
diuisio motus, & punctus, si ne indiuisibi-
lia. A ddit, duæ autem lineæ vnus sunt pat-
res: constat hoc verum esse cū in duæ lineæ
vna sit, etq; eam sit, idem pūctus sit initiū,
& finis: ergo (inquit) nunc, quatenus est fi-
nis, non est pars temporis, sed est accidens
quoddam temporis, & quatenus numerat,
est numerus temporis: nam fines rerum si-
nitarum accidentia sunt. Dicit, numerus
verū equorum, qui est decem, & alibi. Que
verba enarratores Clastici ita intelligunt,
numerum equorum, & aliarum omniū re-
rum, eundem esse secundum rationem, &
formam, vt numerum equorum & nume-
rum pedum. Sed aliud est quod Arist. in-
telligit: hoc enim quorundam diceretur po-
tius, quā quidvis aliud: aut quid hoc facit
ad præsentem questionem? Accedit quod
illud aduerbium *et alibi* aut alibi loci est, nō
rerum. Quod verū Arist. docet, audi. Que-
situm erat prius, an idem tempus sit vbiq;
an aliud in cælo, aliud in terra, vt est ali^o mo-
tus, vt ergo numerus denarius equorū idē
est hic, & vbiq; alibi, ita & tempus idem
hic, & vbiq;. Concludit caput, quod ergo
tempus est numerus motus secundū prius
& posterius, & continuum, constat. Red-
dit per parenthesis rationem, qua tempus
est continuum dicens, continui enim, hoc
est, quia est numerus continui, est cōtinui:
quam rationem argumentandi constat nō
valere, si de numero quo intelligeretur: va-
let verū, quia tempus est numer^o, vt quod
in numero numeratur, hoc est, ipse motus
hac ratione, qua secundum prius & poste-
rius est numerabilis.

Refertur
Clastici.

¶ *Minimus autem numerus, qui sim-
pliciter quidem est binarius: quidam
autem numerus est, est quidem quomo-
do, est autem quomodo non est, vt li-
neæ minimus numerus multitudine
est, duæ autem vnæ: magnitudinē au-
tem non est minimus, semper enim di-
uiditur omnis lineæ, quare similiter et
tempus: minimum enim secundum nu-
merum est vnum, aut duo, secundum
magnitudinem verū non est. Manife-
stum autem est cur velox, aut tardum
non dicitur, sed multum et paucum,
longum et breue: nam qua continua-
rum longum, et breue: numerus au-
tem multus et paucus, celer autem et
tardus non est. Neque enim numerus
quo numeramus, velox, aut tardus vl-
lus est: et idem ipse vbiq; simul prius
autem et posterius non idem: quia et
mutatio, presens quidem vnæ, qua fa-
cta autem est, et futura, diuersa: tem-
pus verū numerus est, non quo nume-
ramus, sed qui numeratur. Ita autem
accidit secundum prius et posterius
semper aliud, nam ipsa nunc alia: est
autem numerus vnus, et idem, qui cē-
tum equorum, et virorum centū, quo-
rum autem numerus, diuersa equi ad
viris. Præterea, vt contingit motum es-
se eundem iterum atque iterum: ita et
tempus contingit, vt annum, vel ver,
vel auturanum: non solum autem mo-
tum tempore metimur, sed et motu tē-
pus, quia definiuntur mutuo: nam tem-
pus definit motū, numerus illius cū*

fit, motus autem tempus: & dicimus multum, aut paucum tempus motu mesurantes, quemadmodum & numerabili numerum, ut vno equo equorum numerum, numerum enim multitudinē equorum agnoscimus. Rursum autem vno equo ipsum equorum numerum, similiter autem & in tempore, & motu: tempore enim motum, & motu tempus metimur. Et hoc quidem merito euenit, sequitur enim magnitudinem rotarum: motum autem tempus, in quantitate, continuitate, & diuisibilitate. Nam quia magnitudo est huiusmodi, motus hoc patitur, & tempus, quia motus. Et metimur etiā magnitudinem motu, & motum magnitudine: magnam enim dicimus esse viam, si sit in ambulatio magna, & hanc magnam, si via sit magna, & tempus, si motus, & motum, si tempus. Quandoquidem verò tempus mensura motus est, & mouendi, metitur autem hoc motum, definiendo quendam motum, qui mensurabit rotam, ut magnitudinem cubitus definiendo quendam magnitudinem, quæ mensurabit rotam. Et est motui esse in tempore, ipsum mensurari tempore, & ipsum, atque esse ipsum: simul enim motum, & ipsum esse motus metitur: & hoc illi esse esse in tempore, ipsum mensurari eius esse. Manifestum autem quoddam & alijs rebus ipsum esse in tempore est mensurari earum esse à tempore: nam esse in tempore duorum alterum est: vnum quidem ipsum esse tunc, cum tempus est: alterum, ut

quodam dicimus in numero esse. Hoc vero significat velut parte numeri, & passionem, aut omnino quod numeri aliquid, aut quod est illius numerus. Quandoquidem autem tempus est numerus, id quidem, quod nunc, & quod prius, & talia quacunque, ita in tempore, ut in numero vniat, & par, & impar: nam hæc numeri aliquid, illa temporis aliquid sunt: res autem ut in numero, ita in tempore sunt. quod si ita habet, continentur in numero, quemadmodum & quæ sunt in loco, à loco. constat autem quod quidem non est in tempore esse, esse cum tempus est, ut neque in motu esse, neque in loco, cum motus, & locus est. si enim ita erit, quod est in aliquo, res omnes in quauis erunt, & calum in milio. Cùm enim milium est, & cælum est, sed hoc quidem accidit, illud verò necesse est sequi, & ei quod est in tempore, esse aliquod tempus: quod et illud est, & ei quod est in motu esse tunc motum. Quandoquidem autem est ut in numero, quod in tempore, accipietur tempus aliquod maius omni eo, quod in tempore est: quare necesse erit omnia, quæ in tempore sunt contineri à tempore, quemadmodum & alia quacunque in aliquo sunt. ut quæ in loco à loco, & pati itaque à tempore. Quemadmodum dicere consueuimus, quod arefacit tempus, & senescunt omnia tempore, & obliuionem accipiunt per tempus, sed non didicis, neque nouum factum est, neque pulchrum: interitus enim causa

magis per se est tempus, numerus enim motus, motus vero expungit id, quod inest: quare manifestum, ea quae semper sunt, quatenus semper sunt, non esse in tempore: non enim continentur à tempore, neque mensuratur ipsorum esse à tempore. Signum autem huius, quod non patiuntur quidpiam à tempore, ut quae non sunt in tempore. Postquam autem tempus est mensura motus, est et quietis mensura per accidens: omnis enim quies in tempore: non enim ut quod in motu est, necesse est moueri, sic et quod in tempore: non enim motus tempus, sed numerus motus. In numero autem motus contingit esse, et quod quiescit: non enim omne quod est sine motu quiescit: sed quod prius est motu, natum vero moueri; ut dictum prius est. Esse autem in numero est esse numerum quendam rei, et mensurari esse ipsius numero, in quo est: quare si in tempore, sub tempore. Metietur autem tempus, id quod mouetur, et quod quiescit, quatenus hoc quidem mouetur, illud verò quiescit: motione enim illius metietur, et quietem, quanta quaedam sit: quare quod mouetur, non simpliciter erit mensurabile à tempore, quatenus quantum quiddam est, sed quatenus motus ipsius est quantum: quare quae neque mouentur, neque quiescunt, non sunt in tempore: nam esse in tempore est mensurari tempore, seipsum autem motus, et quietis mensura: constat igitur, neque non ens omne fore in tempore, ut quaecumque non possunt aliter accedere, ut illud diametrum esse

costa commensurabile: omnino enim si mensura quidem est motus tempus per se, aliorum autem per accidens, constat quod quorum esse metietur, his omnibus erit ipsum esse in quiescendo, aut mouedo. Quaecumque ergo interitus et ortui obnoxia, et omnino quae sunt nunc, nunc autem non, necesse est esse in tempore: est enim tempus aliquod maius, quod superabit ipsorum esse, et id quod metietur substantiam. Eorum autem quae non sunt, quaecumque continet tempus, alia sunt, ut Homerus aliquando erat, alia autem erunt, ut futurorum aliquod, quae ad verum continet, atque si ad ambo, utraque et erant, et erunt: quae autem nullatenus continet, neque erant, neque sunt, neque erunt: erunt autem huiusmodi eorum, quae non sunt, quorum contraria semper sunt. quale illud incommensurabilem esse diametrum, semper est, et non erit hoc in tempore, neque ergo commensurabilem esse: quapropter semper non est, quia contrarium et quod semper est. Quorum verò contraria non semper, haec possunt et esse, et non, estque eorum ortus, et interitus.

¶ Explicat hoc capite Aristo. multa, quae tempori accidunt, ut ita rota haec de tempore doctrina euadat perfecta. Primum omnium, diceret fortasse aliquis, si tempus est, numerum debere esse tempus aliquod minimū, & quo nullum esse posset minus: nam in numeris est minimus quidam, scilicet binarius, sed si est res continuata, ut dictum est, est diuisibile in infinitum, ergo non possit esse minimum. Huius objectioni occurrens dicit, numerum esse aut numerum simpliciter, aut quendam numerum, ut hominum, aut lapidum, aut lignorum numerum in numeris

meris simpliciter esse minimum, binarium scilicet, quia est prima vox aut multitudo in numeris quarundam rerum, quod ammodo esse semper minimum, considerata scilicet multitudine, ut binarium linearum est linearum minimum numerus; ramentum considerata magnitudine linearum, numerabilis per divisionem nunquam esse minimum numerum, hoc est, minimum lineam divisione numerabilem, quia omne continuum est semper divisibile. Ita ergo (dicit) contingit temporum nimirum si multitudine partium spectetur, esse minimum numerus, quo numeramus, unitas ut initium numerandi, & binarius ut primus numerus, ut una hora, duae horae, tamen si spectetur magnitudo ipsa numerabilis, qui est numerus, qui numeratur, non est minimum; tempus enim est continuum, quare non est minimum. Deinde reddit causam Aristoteli, quare tempus dicitur longum & breue, magnum & paruum, tamen non dicitur velox aut tardum: quia (inquit) tempus est continuatum, & est numerus continuatus sicut longa, aut breuia, numeri magni, aut parui; dicit autem, aut tardus, aut velox numerus, id est, quia neque numerus quo numeramus, celer est, aut tardus. Sed est opus reprehensum hoc argumentum clariù referre. Nullus numerus potest esse velox aut tardus: quia quod velox est aut tardum, collatione cum alia re, qua numeratur, dicitur, ut motus tempore numeratur, & agnoscitur esse velox, aut tardus. Si ergo numerus talis esset, numeri esset alius numerus, & illius alius, atque ita in infinitum, sed non est ita, sed pertinet ad numerum, quo numeramus, & qui non numeratur: hic ergo non potest esse velox, aut tardus, sed si hic non potest, neque numerus qui numeratur: nam numerus, qui numeratur, habet ratione forme: quare si numerus quo numeramus, non potest accipere celeritatem, aut tarditatem, neque qui numeratur. Atque non hac causa non accipit, quia numeratur: nam & motus numeratur, sed quia est numerus, qui numeratur, quod non accidit motui: nam motus numeratur tempore, sed non est numerus: tempus est numerus qui numeratur. Sed praeter haec accedit ratio euidentis, qua non potest tempus accipere velocitatem, aut tarditatem, nimirum, quod cum potest accipere, est quod potest fieri de celeri tardum, aut contra, quodque est aut esse potest varius,

& multiformis: hoc non potest numerari per aliud, quod tale etiam sit, sed id quo aliud numeratur, debet esse simile, & uniforme: non ergo potest motus celeritas, aut tarditas agnosci tempore, nisi tempus hoc in se esset simile semper, & incommutabile: at qui nos non possumus iudicare hanc aequalitatem temporis, per quam inaequales celeritates motuum agnoscamus, nisi motus aliquo uniformi & aequali uteremur ad numerandum: proinde utitur motu celi, quia solus hic est perpetuus, & aequalis. Ex dictis etiam colligit, tempus idem esse ubique, neque differentias accipere ex motu, sed eundem prius & posterius solum diuersum fieri: nam numerus idem est, sive sit equorum, sive hominum, sive lapidum, etiam res, quarum sunt numeri, sicut diuersi homines inquam, lapides, & equi: tamen numeri priorum differunt a posterioribus, ut binarius & ternarius a denario. Ita ergo tempus idem est, & in motu celi, & in motu clepsydrae, etiam si diuersi motus: tamen est mutatio praesens, in alio eodem semper est, differt tamen prius a posteriori, ut antea est declaratum. Praeterea accidit ut tempus idem possit recurre, sicut etiam rursum, quod antea fuit, ut motus idem recurrat, sicut etiam redit idem numero motus, neque potest, tamen redit similis, ut eiusdem corporis per idem spatium. Ita non potest redire idem numero dies heisterius, qui erat decimus septimus augusti anni 1579, tamen redit tempore simile, ut superiori anno est elapsus aestas, & anno hoc iterum aestas rediit: ut enim, aestas, autumnus, & hyems, differentiae temporis sunt, ex motu solis acceptae, per partes zodiaci, quas percurrit quorundam. Deinde dicit, nos non solum numerare motu tempore, sed etiam tempus motu, idque merito fieri: quia tempus, & motus definitur per seipsa mutuo, ut numerus, & res cuius est numerus, ut ergo equos numeramus numero, & numerum etiam equis ipsis indicamus, ita motum tempore, & tempus motu metimur: nam, ut dictum est, magnitudinem sequitur motus, & motu tempus in quantitate, continuate, & diuisibilitate: nam quia magnitudo est tanta, continuata, & diuisibilis, tempus etiam tantum, continuatum, & diuisibile, & quia motus est huiusmodi, tempus quoque, ut ergo habet motus ad magnitudinem, ita habet tempus ad motum: sed motus, & magnitudo sunt sibi

sibi murum mensurat metiatur enim motu magnitudine, & magnitudinem motu: na si paratius longum est motus agnoscitur esse magnas, & quia multa est inambulatio, agnoscitur esse longa via. Nam ut significemus homini fuisse motum magnum, dicimus millemilitaria percurreret & cum milliarum numeri non meminimus, ut longam via fuisse significemus, dicimus, decem dies iter egit: ergo tempus quoque & motus sunt sibi mutua mensura. Deinde explicat quomodo tempus sit mensura motus: & quomodo motus, & res alia quibus dicatur esse in tempore: igitur dicit tempore numerari partem aliquam certam motus, & illius multiplicatione numerari totum motum, videlicet, ut cubito, qui est certa quaedam, & statuta magnitudo, metiri possumus, vel vniuersam, certam, ita certam partem motus diuina considerantes, hora vniuersam diuisimus. At quo hora & totam diem, & mensem, & annum numeramus in diuisum esse in tempore, nihil aliud esse dicit, quam motum mensurari tempore. Itaque motum non alia ratione esse in tempore, quam quod eo mensuratur, mensuratur scilicet tempore motus, & illius esse. Hoc ipsum esse motus, tempore mensuratur, & hoc ipsum tempore mensuratur illius esse, est illi, esse in tempore. Manifestum autem hoc esse dicit, quia & alia res esse in tempore, est earum esse mensurari tempore, nam ea, quorum esse non numeratur tempore, ut que eterna sunt, & nullo mutationem accipientia, non dicuntur esse in tempore. Sed probat Aristoteles, res omnes dici esse in tempore, quod habeant esse, quod tempore numeretur, hoc argumento, esse in tempore duotam alterum est, esse tunc, cum tempus est, aut esse ut in numero: atqui esse in numero aliquid dicitur, ut pars in toto, ut veritas est in numero, vel ut falsio, ut paritas, & imparitas est in numero, aut denique omnino est aliquid numeri, aut numerus est illius, ut res que numerantur, dicuntur esse in numero, ut materia numeri, aut quis numerus earum est, ut hi homines sunt in hoc numero, quia eorum hic numerus est. Cum ergo hi modi sint, quibus aliquid potest esse in numero, hi ipsi erant, quibus potest esse in tempore, atqui intrans presentis, preteritum, & futurum est in tempore, ut veritas in numero: dictum enim erat hoc prius, sed res ipsa, ut homines, equus, aut arbores, eodem modo sunt

in tempore, quo in numero: sunt scilicet in numero, quia numerantur, in tempore sunt, quia eorum esse numeratur in tempore, decem homines numerantur in denario numero, eorum esse, & ipsorum duratio numeratur in tempore. Nam quid aliud est illud, vita hominis septuaginta annis, quod si ita haberet, cum homines, & res omnes que sunt in numero, dicantur contineri numero, constat eas etiam quae sunt in tempore, contineri tempore, ut quae sunt in loco, continentur loco. Vbi tu animaduverte res caducas, & quae certo quodam tempore cessant, iniecut, dicit esse & contineri tempore, non quidem secundum suas proprias substantias (nam secundum se ipsas continentur loco) sed secundum suum esse, quod est in motu, & commutatione: nam tempus motus est per corporum, quia motum accipiunt, atque proinde dicit, non ipsas res tempore numerari, sed earum esse. Itaque ut corpora in loco, ita motus sunt in tempore. Hinc rursum capit Aristoteles probandi res non dici esse in tempore primo modo, hoc est, quod sint tunc cum tempus est, ut hinc rursum eueniat, eas esse in tempore secundo modo, quia numerantur scilicet. Fieret, inquit, ex dictis si res essent in tempore, quia sunt cum est tempus, debere etiam esse in loco, quia sunt cum est locus. Nam si ita dicitur aliquid esse in alio, res omnes poterunt esse in alia quacunque, & caelum poterit esse in milio, quia caelum est, cum est milium. Tamen non ita habet: nam et si caelum sit, cum est milium, sed hoc neque per se est, neque necessarium, sed accidit: ita tamen necessarium accidit, cum aliquid est in alio, ut sit illud in quo est, ut si est corpus, est locus, si est motus, est tempus: non tamen si est caelum, est milium: non ergo hoc modo dicitur aliquid esse in tempore, sed ut in numero. Sed quando quidem quod est in tempore, est ut in numero, necesse est accipi tempus aliquod maius omni eo, quod est in tempore, ut accipitur semper numerus maior, quibus suis rebus numeratis: ergo necesse erit omnino, quod est in tempore, contineri a tempore, ut quod est in loco, a loco. Et quod modo dicitur non repugnat, quod caeli temporeque omnium motus aliquando sistendus sit, & cum eternitate tempus commutandum: nam satis est, et si motus finem habiturum sit, & futurus sit motus, quo nullum tempus sit maius, tempus natura sua infinitum

tum

tum essentiam acti neque numerus infinitus est, cum non sit infinita rerum multitudo. dicitur tamen, esseque infinitus numerus, potentia scilicet. Itaque continentur, quæ sunt in tempore à tempore, et quæ in numero à numero: non tamen ego dixim, ut quæ in loco à loco, locum enim non dico, ut rem continentem, sed ut spatium, quod occupatur. sed si quid de loco dicendum est, dixerim, ut quæ in vase à vase. Dicitur deinde Aristot. necesse etiam esse quæ sunt in tempore pati à tempore: huius causa est, quia res (ut dictum est) non sunt in se ipso secundum suam substantiam, sed quia suum esse numeratur tempore: numeratur verò, quia est in passione, & commutatio: ne ergo merito colligit, quæ sunt in tempore pati à tempore. patitur verò (dicit) corruptiones, aut interitus: dicitur enim tempore obitus est, tempore aruit, tamen non dicimus tempore didicit, aut pulestrum aliquid nactus est. Itaque dicit, tempore semper tribuitur, delectare, viare, tollere res, haud quaquam contraria: quia (inquit) tempus est numerus motus, motus verò semper tollit id quod patitur. Hinc dicit manifestum fieri, ea quæ semper sunt, non esse in tempore, ut pote quorundam esse non numeratur tempore, cum ea non patienter à tempore, neque intereant. Deus ergo, & spirituales intelligentiæ, & nostra anima non sunt in tempore, sed & cæli, etsi quodammodo est in tempore, quatenus loco mouetur, tamen secundum suum esse non est in tempore: non enim cõsentit, neque omnino altera fecit. Quod Aristot. dicit, tempus asserere rebus interitus & corruptiones & obliuionem, non tamen contraria, non omnino probonã: etiã pictores, & poeta tempus falcem in manu tenere fingunt, ut quod metat omnia, cõsumatque, & quantuã de omnibus humanis rebus illud dicant triumphare, tamẽ antiquo etiam prouerbio dicitur omnium rerum parens, ut quod pariat omni: dicitur etiam sapientissimum, ut quod omnia in lucem producat. Itaque utruque licet tempus, non ut semper producat, & producta delat. Neque id sine ratione, nisi tempus est in motu, motus verò non solum id quod adest tollit, ut Aristot. accipit, sed etiã id quod non est, asserit. Neque solum res arescunt, & intereunt tempore, sed oriuntur etiam, & maturescunt. Ita fit ut quæ semper sunt, ut Deus, spirituales intelligentiæ, & orbis rerum, non sint in tempore: non solum quod non intereunt,

*Tempus re
quodã tollit
bre que
id patitur.*

sed quod neque intereunt, neque oriuntur: quæ enim interituri, carent etiam & ortu, & contrariò omnibus naturalibus rebus. Sed cur homines crebris temporibus asseruntur interitus, quàm ortus, & obliuionem rerum magis, quam inuentionem, dicat sine capitis decimi textu, ubi rursum incipit hæc questio. Dicit deinde Aristot. tempus non tantum esse numerum motus, sed etiam quæritur: id quod apertum est, nam non tantum metimur tempore, quia tempore quis ambulauerit, sed etiam quanto tempore sederit. Verum inquit, hoc non fieri per se, sed per accidens: nimirum tempus est numerus motus per se, quæritur per accidens: quis (inquit) quies non est nisi in eo, quod moueri potest: quod enim moueri non potest, omnino non dicitur quiescere. Nam, ut dictum est libro primo, priuatio in eo tantum dicitur esse, quod est natum habere: igitur quies est non numeratur tempore per se, numeratur quia quod quiescit moueri potest: quare tempus mensura est motus & quietis, & quod mouetur, erit mensurabile tempore, non quatenus quantum, sed quatenus ipsius motus est quantus, & mensurari potest. Neque verò (inquit) absurdum est, quod quiescit numerari tempore, non enim ut quod est in motu necesse est moueri, ita quod est in tempore necesse est moueri: non enim tempus est motus, sed motus numerus. quare potest quod quiescit, esse in tempore. Itaque Aristot. dicit mensurari quietem tempore, per motum quem possit eo tempore subire, ut si qua causa gnomon horologii sistitur, cessatque vna hora, agnosci non vna hora cessauisse quod eo tempore, utque ad sequentem lineam percurrisset. Itaque mensuramus quietem per motum, quem res quieta habere possit interiri. Ceterum mihi non videretur esse hæc ratio prima, & per se mensurandi quietem, sed per motus alios: nimirum non satis est, ut quies mensuretur, si res quiescens moueri possit, nisi etiam res alia interim moueantur: nam quæ ratio esset agnoscendi quantum gnomon loci percurrisset, dum quiescit, nisi gnomon alius equalis illi, id spatium interim percurreret: nam cum Deus cæli motum & rerum omnium sedauerit, omniaque quiescere iussit, tempus nullum erit à quaquã quiescet cæli, eritque moueri natura: Deus enim non tollit naturas, tamen non vitat

*Ratio pri
ma me
surandi quietem
in tempore.*

tempus.

tempus, quia nihil aliud mouebitur. quod si quiescente celo res alia moueretur, & illa moueretur, & celum quiesceret in tempore, numerareturq; motus per se, & quies per motum: non quem posset celum habere, sed quem res illa alia haberet. Itaque ego dixerim cum Aristot. quietem numerari tempore per accidens, per motum scilicet aliarum rerum, qui indicat, quantum motum posset habere res quæ quiescit. Itaque tempus est mensura motus & quietis, quare quæ æterna sũnt, & neque mouentur, neque quiescunt, non sũnt in tempore. Addit Aristot. vt quæ non possunt aliter se habere, sed semper & necessariò sũnt, non sũnt in tempore, ita neque his contraria, quæ scilicet omnino nunquam sũnt, vt impossibilia. velut diametrum esse cõmensurabilem cõstis: hoc enim omnino nunquam esse potest, cum demonstrent Geometræ esse incommensurabilem: nam si tempus est mensura motus per se, & aliorum per accidens, per motum scilicet, constat ea solum esse in tempore, quorum esse est in mouendo aut quiescendo (nimirum quæ quiescere dicuntur mobilia sũnt) ea ergo solum sũnt in tempore, quæ obnoxia sũnt ortui & interitui, & quæ possunt nunc esse, nunc non esse: nã hæc solum sũnt in motu, & hæc continentur tempore. Erit enim tempus aliquod, quod superet earum esse, quandoquidem talium omnium interitum affert tempus: igitur neque quæ semper sũnt, neque quæ omnino non sũnt, sũnt in tempore, sicut quædam eorum, quæ non sũnt, quæ dicuntur esse in tempore: hæc sũnt quæ præterierunt, & iam non sũnt, vt Homerus, & quæ nondum sũnt, erunt tamen, vt Antichristus, & quæ ad vtrius, fuerunt scilicet, & erunt rursus, vt hyems. Quæ verò neque fuerunt, neque erunt, neque omnino esse possunt, nullo modo sũnt in tempore: huiusmodi verò sũnt ea, quæ iis quæ semper sũnt, sũnt contraria, velut commensurabilem esse diametrum, quia contrarium est rei necessaria huic incommensurabilem esse diametrum, quare neutrum est in tempore. alterum, quia semper est, contrarium, quia nunquam est. Itaque tempus est eorum quæ possunt esse, & non esse: & quorum est ortus & interitus. Ex his constat meritò Dialécticos, Sũmulistas vocatos, dicere assertiones simpliciter necessarias, cuiusmodi illa est, diametrum est incommensu-

rabilis cõstis, absolutus esse à tempore: atque siue sit diametrum, siue non, quin etiam siue sit tempus, siue non, assertionem esse verisatis æternæ. sed hæc illius loci sũnt, quam hinc procedit ratio.

CAPVT DECIMVM.

TERTIVM.

¶ *Ipsum autem nunc est continuatio temporis, quemadmodum dictum est: continuat enim tempus præteritum, & futurum, & omnino finis temporis est: est enim huius quidem principium, illius autè finis. Verum hoc nõ vt in puncto manente manifestum, diuidit autem potentia: & quatenus huiusmodi, semper est alterum ipsum nunc: quatenus autem copulat, semper idem, quemadmodum in mathematicis lineis: non enim idem semper vnus punctus cogitatione: diuidentiũ enim alius, quatenus autem vnus, idè omnino. ita & ipsum nunc, hoc quidem est temporis diuisio secundum potentia, hoc autem finis ambobus, & vnio. Est autem idem, & secundum idem diuisio & vnio, esse autem non idem: ergo ipsorum nunc hoc quidem ita dicitur, aliud autem, cum tempus quod prope hoc sit, veniet nunc, quia hodie veniet: venit nunc, quia hodie venit. Quæ verò in illo facta sũnt, non nunc, neque diluuium factum est modo, etsi continuatum tempus in illa, sed quia nõ prope. Quod verò ali-*

N

quando

*Affertio-
nes absolu-
ta à tempo-
re cur dicũ-
tur Sũmul-
listis.*

quando tempus finitum, ad prius nunc, ut aliquando capta est Troia, & aliquando erit diluuium, oportet enim fieri in nunc: erit ergo quantum aliquod tempus, ab hoc in illud, & fuit in prateritum. Si autem non est tempus aliquod, quod non aliquando, omne quidem tempus sit finitum: deficietne ergo, an non: quando quidem semper est motus. aliud ergo, an idem ipsum saepe constat ut motum, ita & tempus: si enim idem vnusq; aliquando sit, erit tempus vnum, & idem, sin minus, non erit. Quado autem ipsum nunc finis, & initium temporis, sed non eiusdem, sed prateriti finis, principium autem futuri, habet quidem ut circulus in eodem quodammodo curuum & cauū, ita & tempus semper in initio & fine, & hac causa videtur aliud semper: non enim eiusdem initium & finis ipsum nunc, simul enim, & secundum idem contraria sit, & non deficiet itaq; semper enim in initio. Ipsum autem iam, est quod prope presens nunc indiuisibile, pars futuri temporis: quado ambulabis? iam quod prope est tempus, in quo futurum est. & prateriti temporis, quod non est longe à presenti nunc: quando ambulabis? iam ambulauit. Illi autem iam captum esse non dicimus, quia longe admodum à modo est: & nuper, quod prope presens nunc, & pars prateriti. quanto venistis nuper, cum sit tempus prope presens nunc, olim autem, quod longe, repente autem, quod in insensibili tempore, ob exiguitatem remotum est. Omnis autem muta-

tio remouere nata est: in tempore autem omnia sunt, & intereunt. Quapropter & alij quidem sapientissimi dicebāt. Pythagoras vero Paro, indolentissimum, quia in hoc obliuiscuntur, rectius dicens. Constat ergo quod interitus magis erit per se causa, quam ortus, quemadmodum dictum est prius. nam causa remouere nata est, mutatio per se: ortus autem, & essendi, secundum accidens. Signum autem manifestum, quod sit quidem nihil, quin moueatur aliquo modo ipsum: & opereatur: corrumpitur autem etiam, cum nihil mouetur. atque consueuimus hanc maxime dicere à tempore corruptionem. Quod igitur est, & quid, & quot modis dicimus nunc, & quid ipsum aliquando, & nuper, & iam, & olim, & repente, dictum est.

¶ Hoc capite Arist. explicat significationes quorundam aduerbiorum temporis, horum scilicet, nunc, aliquando, nuper, iam, olim, repente. Quae observationes Grammaticae certè sunt, tamen sunt ad quaedam eorum, quae frequentibus libris dicuntur, necessaria. Nunc duo significat, primum indiuisibile illud punctum temporis, quod presens est, quod est continuatio prateriti temporis cum futuro. nuncium est vniuersumque temporis communis terminus, idemque prateriti finis, & futuri initium, velut punctus in linea. Quinquam interest: dicit quodammodo, quod punctus cum sit permanentis, clarè agnoscitur continuare partes, & esse alterius finis, & alterius initium. nihilominus diuidit quoque instantia, ut adu nunquam possit diuidere, cum tempus physice indiuisibile sit. Itaque copulat, & diuidit: & quatenus diuidit, dicit esse alterum ipsum nunc, quatenus

Nunc.

tenus

tenus copulat, idem. Nam & in lineis mathematicis (hoc est diuisibilibus sola longitudine, nam n^o n^o n^o ac reuera tales linee non sunt) punctus, quatenus diuidit, non est vnus, sed quatenus linea est vna, & quatenus copulat est vnus. Nam, si linea secatur quodam puncto, non idem, sed alius fit huius finis; alius illius initium. ita et si nō diuidas, sed pūctum diuidere intelligas, necesse est, vt in reliquis eundem punctum vt duo. Nō enim intelliges duo reuera proxima: nā nō possunt esse, sed vnū, vt duo, ita in tēpore, idē nūc est diuisio temporis potentia, & est vnio; & oīno idē, & scēdū idē, hoc est, idē numero: prā sensū, nūc est diuisio, & vnio. Esse autem, hoc est, ratione non est idē: quia vno modo intelligitur, vt vnens, ac vt vnū (continui enim vltima sunt vnū) Alio modo intelligitur, vt diuideas, & vt duo. Hoc est fortasse quod cap. 11. docere voluit dicens, instans præsens esse vt extrema duarum linearū. sed vt ex nostris obiectionib⁹ intellexisti, hīc multo cauti⁹ docet, negatq; illic esse vt punctum mediū linearū, cū tamē hīc illius cōparatione hoc explicet. Sed de prima significatione aduerbiū nūc hāc sunt satis. Significat etiam nūc tempus qd̄ prope hoc præsens est, siue in praterito, siue in futuro. vt interroganti, quando hō spēs veniet respondemus nūc veniet, quia hodie veniet. atq; interroganti, quando veniet hō spēs? respondemus, nūc veniet, quia hodie veniet. tamen nō dicimus nūc flagrauit illud, aut nūc fuit diluuiū: quia et si tēpus quoddam vnū continuatum ab illis in hūc vsq; diē fuit, tamē non prope, sed longē hęc de nūc. Aliquando dicitur, tēpus finitū ad aliquod nūc prateritū aut futurum. vt dicimus aliquando capra est Troia, & aliquando erit diluuiū. Oportet enim omne quod aliquādo fuisse, aut fore dicitur, finiri ad aliquod nūc, vt ad illud nūc, quo verē dicebatur, capitur Troia: & ad illud, quo verē diceretur, nūc est diluuiū, si modo diluua rursus quibusdā temporibus essent futura, vt censebat Arist. ergo omne tēpus quod aliquando dicitur, oportet esse finitum. Cū ergo omne quod fuit, aliquando fuerit, certē omne tēpus fuit finitū. Hīc mouet quāstionem obiter de ortu & in certu mūdi, si enim omne quod fuit aliquādo, futurū fuit, & omne tempus fuit aliquando, videretur omne tempus fuisse finitum, ergo videretur habuisse initium: nam ali

ter infinitum tempus fuerit. proinde rogar, desitientē tempus, an non id verē intelligi potest de praterito & futuro, nam futurum desitit in fine, prateritum in initio. rogar itaq; deficientē ergo? non enim videtur posse deficere, si quidem motus nūquā deficit, tamen alia ex parte videbatur tēpus necessariō deficere, si omne tempus fuit, & erit aliquando. Huic quāstioni vt respondeat, quærit an motus sit alius & alius, an idem ipse sēpe rediens? nam vt motus hāc in re habet, ita habebit tempus: sed nūc tēporis est initium, & finis temporis, atq; vt quævis particula circuli eadem est curua & caua, ita quodlibet nūc temporis est initium, & finis temporis: quōd si initium & finis non sit eiu(s)dem, sed diuersorum tēporum: nam idem & secundum idem nō erit duo contraria, initium scilicet et finis: ergo quoduis temporis nūc est alterius temporis finis (alterius scilicet numero, nam specie idem tempus, & eundem motum redire cap. 12. dixit) alterius initium, ergo nūquam deficit tempus: nam si primum temporis nūc fuisset, illud nullius fuisset finis: si futurum esset vltimum, illud nullius esset initium. Itaq; Arist. hoc argumento monstrare conatur tempus neq; incepisse, neq; finem habiturum. tamen reuera nihil efficit, quin potius mo in iudicio suis argumentis reuincitur. Nam in argumento proprio petit principium: nam petit omne nūc tēporis esse finem & initium, quōd qui tempus incepisse & finitum esse dicit, negaturus est. Plato certē ita scripsit, Tempus vnā cum celo factum est, vt vna orta, vnā etiam dissoluatur, si qua his vnquam dissolutio contigerit. Arist. præterea, argumento contrariæ assertionis non respondet: neque verō video quid responderi possit, nisi negetur hęc propositio, omne quod fuit aliquando fuit, aut hęc consequutio, nullum tēpus fuit infinitū, ergo non fuit tēpus infinitū: non enim potuit esse tēpus, quōd nō fuerit aliquod tempus. sed hęc dicuntur in garrulis disputationibus, neq; planē intelligitur. verūm his aliū dabit locū auctor tēporis. de aliquādo hactenus. Itā significat (inquit) qd̄ prope nūc indiuisibile est, aut ad prateritū, aut ad futurū. ad futurū, vt interrogati, quā ambulabis? respōdetur, itā, cū ppe est tempus, quo futurū est, vt ambulet. ad prateritum, vt interroganti, quādo ambulabis? respondetur, iam ambulauit: significatur hęc

Tempus ca
rere principi
pio malo p
bat Arist.

Aliquan
do.

Temp.

oratione, paulò ante hominem ambulasse: nam nò dicimus iam ortum esse illum, quia non est prope hoc tempus, nò de quo captus est, hæc dicit de aduerbio iam. Sed confidera non tantum esse huius particulæ usum cum paulò ante res: est acta, sed nonnumquam etiam cum multò ante, si is cui dicitur, putabat, nòdum esse actam, aut si cum antiquissimis temporibus collatio fiat. ut his, qui negant venisse Messiam, rectè dici mus, iam venisse, quanquam profectò non venit heri, aut nudius tertius, sed 1559. ante annis. Dicimus etiam antiquus non esse datam legem gratia, nobis verd iam datam esse, nimirum his omnibus loquutionis modis significatur a ueritate quadam rei, quod factis est, ut hoc aduerbio rectè viamur. Iungitur iam nonnunquam cum aliis partibus, quarum causa significatur quod longè ante fuit, ut iam olim, ipsum verd iam nouitate significat. Nuper est quod non longè ante ab

Nuper. Nuper est quod non longè ante ab est à tempore præsentis, & est pars præteritis, ut interroganti, quando venisti: respondetur, nuper veni, id est, non multò ante.

Olim. Olim significat etiam tempus præteritum, quod longè est à presenti. Repentè dici affirmat de eo, quod ob exiguitatem temporis insensibiliter remouit, ut si quis eua nescit. Addit Arist. quasi reddens rationè, qua repentè dicitur de eo quod remouetur, omnem motum naturam esse remouere, quod cap. 12. etiam dixerat, ubi contendebat corruptiones tribui tempori, non perfectiones & ortus. Sed refert nunc aliorum sententiam dicentium, quia res omnes tempore fiunt, & intereunt, atque rerum non tantum obliuionem, sed inuentionem etiã tempus affert, tempus esse sapientissimum (Thaletis sententiam esse perhibent) probat tamen magis sententiam Pythagoræ dicentis, tempus esse in doctissimum, quia rerum omnium obliuionem affert: quado quidem dicit tempori corruptiones tribui non ortus, quia mutatio omnis, in qua tempus consistit, causa est remouendi id quod adest per se, generationis nouæ, & essendi per accidens. Huius in dictum esse dicit, quòd generationes nò fiunt, nisi id quod sit moueatur, & agat aliquid: interitus verd, re nihil mota, sed sola diuturnitate, succedunt: qui interitus vocantur naturales, & tempore facti. Vbi dicit re nihil mota, intellige nihil ex

se ipsa operante: quia ortus naturales fiunt ab eterno principio, cooperante etiã re quæ oritur: interitus naturales omnino ab exterioribus rebus, ita etiam diuisimus nostra opera, obliuiscimur solo tempore, nihil agentis, sed intermitentes studium, merito ergo (inquit) corruptiones tribuuntur tempori, non ortus. Hæc Arist. docet. Mihi tamen non videtur tempus esse numerus eius motus solum, qui sit præter naturam in rebus, cuiusmodi sunt interitus, sed naturalium etiã, cuiusmodi ortus. Neq; verd motus videtur posse esse causa corruptionis per se, & generationis ex accidenti: quin potius motus est ad formam, corruptio ex accidenti fit: nihil potest per se agere tempus, sed motus agit, tempore numeramus solum: motus verd finis per se generatio est, id verd quod generat delet aliud, atq; tempus, quia omnia generat, etiã delet: nò quia delet, generat. Quod si Arist. vulgare sermonè sequutus est, tempus omnis interitus esse causam, at cum sit Philosophus exactissimus, debuit docere tempus per se nullas rei esse causas, quare neq; ortus, neq; interitus, sed per motum: motu verd utriusq;. Sed causam, qua cum res ita habeat, homines tribuunt interitus tempori magis, quam ortus, & obliuionem, quam doctrinam, hanc esse puto. Cum tempus afferat rebus omnium ortum & interitum, inuentionem & obliuionem: interitum & obliuionem affert vltimò, quia ortus ad interitum, & doctrina ad obliuionem via est: atq; ipsum idem tempus, quod oriri facit, interimit, & quod inuenit, obliuisci facit: quia ergo tempus nullas res, quarum esse est in tempore, in eodem statu manere fert, & omnis mutatio, quantum ad materiam perfectio est, ut vsque ad maturitatem, finitur tandem in interitum, tribuunt homines tempori id quod vltimò, ac tandem rebus omnibus affert, & quem dat exitum: nihilominus tempore & bonæ, & malæ mutationes fiunt: quare ego non repentè dixerim de eo solum quod remouetur, sed de eo etiã quòd insensibiliter fit: nò dicimus nò solum repetè moriunt, sed etiã repetè poëta prodiret, sed de his factis.

CAPVT DECIMUM- QVARTVM.

¶ His nobis ita definitis constat omnem mutationem, et omne quod mouetur necessarium

Interitus ab exterioribus rebus quæ in se rebus nihil agentibus docet Arist.

farid moueri in tempore: celerius enim & tardius secundum omnem mutationem est. in omnibus enim ita apparet. Dico autem celerius moueri, quod prius mutatur in id quod subiicitur, cum secundum idem spatium, & equalē motum moueatur, ut in latione si ambo per peripheriam mouentur, aut a rivo per rectam, eodem autem modo & in alijs. Verum quod prius in tempore est, prius enim & posterius dicimus secundum recessum ab ipso nunc, ipsum autem nunc terminus est praeteriti & futuri: quare cum ipsa nunc in tempore sint, & ipsum prius & posterius in tempore erit: nā in quo est ipsam nūc, & illius recessus. Contrario autē modo dicitur prius secundum praeteritū tempus, & secundum futurum: nam in praeterito prius dicimus, quod longius abest à nunc, posterius autē quod propius: in futuro verò prius quidem, quod propius, posterius quod remotius est: quare cum prius sit in tempore, & omnem motum sequatur prius, constat omnem mutationem, & motum in tempore esse. Dignum verò est consideratione quomodo habeat tempus ad animam, & cur in omnibus esse videtur tempus, & in terra & mari & caelo. nunc quid quia motus, passio, vel habitus, cum numerus quidem sit: haec autē mobilia omnia, in loco enim omnia: tempus autem & motus simul, & secundum potentiam, & secundum adfectionem. an verò nulla existente anima tempus existeret, an non, dabitur aliquis: nam si impossibile sit esse qui nume-

ret, impossibile quoque sit esse quod numerari possit, quare neque numerus: numerus enim, aut quod numeratur, aut quod numerari potest: si autem nihil aliud, quàm anima, natum est numerare, anima autem intellectus, non potest esse tempus, nisi anima sit: sed aut hoc, quod aliquando existens, tempus est, ut si contingat motum sine anima esse: prius autem & posterius in motu est: tempus autem haec sunt, quatenus numerabilia sunt.

¶ Docet primum, omnem motum, aut mutationem (mutationem intellige coniunctam motui) in tempore fieri, & omne quod mouetur, utcumque moueatur, moueri in tempore: nam omnis motus accipit celeritatem aut tarditatem, quae non nisi in tempore esse ex definitionibus probat. Celerius mouetur, quod citius moueatur per idem spatium, & motu equali citius venit in id quod subiicitur, id est, in finem motus, quàm aliud: contra tardius, quod posterius sed prius & posterius sunt differentiae motus. Quod rursum ex definitionibus ita probat. Prius & posterius dicitur in praeterito aut futuro, secundum maiorem aut minorem distantiam ab instanti praesentis in praeteritis quod longius abest à praesenti tempore, in futuris quod est propius, est prius: posterius est in praeteritis quod propius est praesenti tempore, in futuris quod abest longius. Cum ergo ipsa moueantur in tempore, aut ipsa aune sint in tempore, & prius & posterius erunt in tempore: quare & omnis motus. Quare deinde quomodo habeat tempus ad animam, & in terpenitiam quæstionem, abest anima & redit ad priorem: cur in omnibus locis videretur esse tempus, in terra, in mari, & caelo. Respondet, nunc quia tempus est passio aut habitus motus, & habitus, & numerus: haec verò terra, in mari, & caelo, mobilia sunt omnia, & quia omnia in loco sunt, & quia in loco sunt, secundum locum mobilia erunt: haec constat rationem: quare & in omnibus locis, & po-

vt dicebamus, & tempus motu, & motus tempore: hoc autem est quod à motu finitò tempore, & motus quantitas, & temporis. Si igitur prima mēsurā omnium concencorum, circularis latitō equalitū mēsurā sit maximē, quod numerus huius notissimus: alteratio igitur, neque auctio, neque generatio non sunt equales, latitō autem est: quā propter videtur tempus esse motus sphaera, quia hoc mēsurantur alij motus: & tempus hoc motu. Ob hoc verò, & quod consuetum dici contingit, dicunt enim circulum esse, & humana opera, & aliorum habentium motum naturalem, & ortum & interitum: hoc verò quia hac omnia tempore iudicantur, & accipiunt finem & principium, qui si secundam quandam periodum: etenim tempus ipsum esse videtur circulus quidam. Hoc autem rursus videtur, quod eiusdem latitōnis est mēsurā, & mēsuratur ipsum ab eadem: quare dicere esse facta opera circulum, est dicere circuli esse quandam circulum: hoc verò quia mēsuratur latitōne circulari. Nam praeter mēsuram nihil aliud videtur mēsuratum, sed tanquam plures mēsuratō, totum: dicitur autem recte, quod idem numerus est omnium & canum: si equalis vterque: denarius verò non idem, neque secundum eadem. quem admodum neque trianguli idem, aequaliter et scalenus: at qui figura quidem eadem, quia trianguli ambo: idem enim dicitur, cuius non differt differē

tia: sed non cuius differt, vt triangulus à triangulo differentia differt: etenim diuersi trianguli, figura verò à figura non: sed in eadem diuisione, & vna: si gura enim haec quidē talis circulus, talis verò triangulus. huius autē hic quidem talis aequaliter, talis verò scalenus. Figura ergo eadem & haec, triangulus enim: triangulus autem non est idem, & numerus igitur idem: non enim differt numeri differentia numerorum: denarius verò non idē, differt enim ex quibus dicitur, hi enim canes, hi autem equi. Et de tempore, & ipse, & eorum, quae circa ipsum propriam habent considerationem, dictū est.

¶ Dictum est, tempus esse mēsuram motus: rogar nunc, quo res tota plenē intelligatur, qualis motus tempus sit mēsurā. an qualiscunque motus an cuiusdam certi solūm: videtur enim (inquit) cuiusuis motus esse. Nam omnis mutatio fit in tempore: nam & quod corrūpitur, & quod crescit, & quod alteratur, & quod fertur, in tempore id patitur (quod corruptionem in tempore fieri modò dicit, ne intelligas dictū exaetē, sed vt in initiis doctrinarū fit, iudicio sentus) ergo omnis motus, quatenus motus, habet numerum, estq; eius numerus tēpus: vnde fit, vt tempus tēuera non sit huius, aut illi, aut deniq; alicuius motus solū, sed simpliciter motus cōtinui. Sed rogar rursus, cōtinuitur vnā rem solūm, neq; vno modo solūm, sed alia interim moueri, esseq; duos motus, & vtriusq; motus est tēpus numerus: erunt ergo duo tempora aequalia simul, an non? videtur enim ex dictis fieri, sunt enim simul duo motus aequales: quare si vtriusq; est tēpus, sint duo aequalia tempora simul. Hoc autē (inquit) nō ita habet, nā omne tēpus vnū, similiter, ac simul, id est, nā omnia tempora equalia, & quae sunt simul vnū tēpus est: quia scilicet non possunt esse duo anni millesimi, neque hoc ipso die dug horae duodecima: specie autē & lit non simul,

id est, specie tempora etiam que non sunt simul, est vnum tempus, cui numero differunt, vt partes eiusdem totius. hoc probat exemplo numeri. Si sint septem equi & septem canes, numerus quidem est idem, puta septenarius, qui idem simul & canum & equorum est, rerum adeo diuersarum: ita motuum, qui simul finiuntur, idem est tempus, est motus ipsi valde differant, si quis alius celer, alius tardus, aut alius sit latio, alius comutatio: tempus quidem idem est, quando quidem si simul fiunt, & finiuntur latio, & comutatio, vtriusque est idem numerus, & simul. Atque ob hæc motus quidem diuersi, & seorsum fieri possunt, alius sine alio, tempus verò vbique idem, quia numerus semper est vnus & vbique idem, æquilibrium, & que simul sunt. Itaque dicit Arist. estque hæc eius sententia, tempus cuiusque motus esse, vnum verò omnium motuum, qui simul finiuntur, & fiunt. sed quia latio est motus quidam, & huius, lationis scilicet, quædam species est ea que circulo agitur: & vnum quod numeretur re aliqua cõgeneri & simili, vt vnitas vnitate, & equi quodam equo, vt dicebatur cap. 12. fiet etiã vt tempus numeretur quodam tempore, at qui dictum quoque est tempus mensurari motu, & morum tempore, qui à motu de finito repace mensuratur & motus & quætitas temporis, vt explicatum est cap. 12. igitur quantum tempus est simpliciter numerus motus, tamen quidam motus erit præcipue temporis & aliorum motuum mensura: sed quantum circularis latio cœli æqualis secundum celeritatem semper, est primus omnium congenerum, id est, regularium motuum: qui potius est primus motuum, & solus regularis, certè hæc maximè, ac præcipue sit mensura motuum omnium, & temporis, quia scilicet numerus huius est notissimus ob motus perpetuitatem, magnitudinem, & æqualitatem: nam neque alteratio, neque accretio, neque generatio quæpiam est æqualis, latio autem illa æqualis est. Quæproptet (inquit) videtur tempus esse motus sphaere cœlestis: quia hoc mensurantur alii motus, & tempus quoque hoc motu, nimirum tempus cum neque celeritatem, neque tarditatem accipere possit, hoc motu, qui solus est æqualis, possit bene numerari. Indicium huius rei, quod scilicet tempus sit motus sphaere, dicit, capit. 2. in quibusdam sermonibus qui nobis sunt familia

res. Dicimus enim omnia consuetæ, & que crebro fiunt, circulo fieri, interitus etiam & ortus rerum, & naturales rerum motus: hoc verò dicimus, quia hæc omnia iudicantur tempore, agnoscuntur scilicet esse crebra, & accipiunt læpe finem & principium velut per quandam periodum: quia tempus ipsum videtur esse quidam, circulus. Alia etiam ratione videtur tempus esse circulus quidam, quia eadem latio, cuius tempus est mensura, mensurat ipsam tempus, estque motus, & temporis quidam circulus: quare dicere opera esse facta circulum, est dicere circuli esse alium circulum, temporis scilicet, qui est circulus: hoc verò est, quia & circulus ille rerum, & tempus mensuratur latione circulari. Nam præter mensuram nihil aliud videtur esse mensuratum, id est, non videtur esse aliud mensura, & aliud mensuratum, sed multæ mensura idem totum. videlicet vt digito palmus, & cubitus, & palmo cubitus, & digiti, & cubito digiti, & palmi, & quatuor alia mensura alia omnes, & omnes simul vna magnitudo, ita motus qui vni alio quouis, vt motus, cœli motu gnomonis, & motus gnomonis, motu cœli, & omnes hæ mensura, eadem mensurabiles, & totum est tempus, mensura scilicet motus simpliciter. Ex his constat non ita Aristotelem dicere tempus esse motum sphaere, quasi huius solùm motus tempus sit: aut hic reuera motus tempus sit, nam motum non esse tempus dixit prius. Dixit quoque tempus esse numerum motus simpliciter: atque constat et si Deus cœli motum si steret, nisi simul reliquos motus tolleret, tempus non sublatum iri, nam aliter esset motus sine tempore: sed Arist. docet cum tempus sit motus simpliciter mensura, & rursum mensuratur motum: nullum motum esse satis idoneum ad mensurandum, & alios motus, & tempus præter motum cœli ob diuersas causas. Docet deinde Arist. rectè dici denarium omnium, & canum esse eundem numerum: quare & tempus æquale, & simul diuersorum motuum idem tempus. Nam et si (inquit) denarius omnium, & canum, non est idem denarius, neque secundum eadem numerabilia, que est numerandi materia, tamen est idem numerus, sicut æquilater & scalenus non est idem triangulus, tamen figura est eadem, quia ambo sunt trianguli: nam idem dicitur illud, cuius differentia res non differt, aliud verò cuius differentia dif-

fert, vt figure differentie sunt, triangulus, quadrangulus, pentagonus, & exagonus; nullis harum differt triangulus, isoscheles, & scalenus, non vtique utriusque tamen cum distincta trianguli sint isoscheles, & scalenus: certe his differentiis differunt isoscheles, & scalenus. quare non est idem triangulus. Et duo scaleni variis in locis depicti, est idem triangulus, scalenus scilicet, tamen non idem scalenus: nam recipit differentiam per differentias singulares, ita denarii canum & equorum est idem numerus, & alius denarius, quia numeri differentie sunt binarius, ternarius, & denarius. his non differunt denarii, quare est idem numerus: sed differentie denarii sunt ex materia, denarius canum, equorum, lapidum, quibus differunt, ita mensura duo

tum motuum, qui simul sunt, & finiuntur, est idem numerus, equalis enim, quare idem tempus: suntque mensura omnium motuum idem tempus, & (vt dictum est) multa mensura idem totum tempus: hoc modo eiusdem & alterius, Mathematici magis vtitur, quam Philosophi: tamen optimus modus diiudicandi idem, & aliud est hic quod ex responsis interrogationum cognoscere aperte: nam roganti quae figura est haec: eadem est responsio, siue isoscheles, siue scalenus indicetur, videlicet triangulus. tamen interroganti qui triangulus: non est eadem responsio, sed alteri respondebimus, isoscheles, alteri scalenus. Itaque motus simpliciter, numerus est tempus: tamen omnium motuum, idem est tempus. Sed de tempore haec sunt satis.

Libert quintus de Natura.

CAPVT PRIMVM.



Mutatur autem omne quod mutatur, hoc quidem secundum accidens, vt cum dicimus, musicum ambulare, quia cui accidit esse musicum, hoc ambulat: hoc autem quod eius aliquid mutetur, simpliciter dicitur, mutari, vt qua dicuntur secundum partem: sanatur enim corpus, quia oculus, aut thorax: haec autem partes sunt totius corporis. Est autem aliquid, quod neque secundum accides mouetur, neque quod aliud aliquid eorum, quae illius sunt: sed quod ipsum mouetur primum. & hoc est, quod per sese est mobile. Secundum vero alium motum, alterum. vt

alterabile, & alterationis, sanabile, et calfactibile, alterum. Accidit autem & in ipso mouente eodem modo: quoddam enim secundum accides mouetur, quoddam autem secundum partem, quia aliqua earum, quae huius: quoddam vero per se primum, vt medicus medetur, manus autem percutit. Quando autem est aliquid, quod primum mouetur, est autem aliquid, quod mouetur: insuper & in quo tempus, & praeter haec ex quo, & in quod (omnis enim motus ex aliquo, & in aliquid: alterum enim quod primo mouetur, & in quod mouetur, & ex quo, vt lignum, & quod calidum, & quod frigidum: horum autem aliud quidem quod aliud

in quod, aliud autem ex quo) constat motū esse in ligno, non in specie. Neque enim mouet, neque mouetur ipsa species, aut ipse locus, aut ipsum tantum, sed est quod mouet, et quod mouetur, et in quod motus fit: maxime enim in quod, aut ex quo motus fit, nominatur ipsa mutatio. Quapropter et ipse interitus in id quod non est, mutatio est: atqui et ex eo quod est, mutatur id quod interit, et ortus in id quod est, atque ex eo quod non est. Quid igitur est motus, dictum est prius: species autem, et passiones, et locus, in que mouentur que mouentur, immobilia sunt, ut scientia, et calor. Atqui dubitet aliquis, si passiones motus, candor aut passio, erit enim in motum mutatio. sed fortasse candor non est motus, sed ipsa dealbatio. Est autem et in illis etiam ipsum secundum accidens, et secundum partem, et ipsum secundum aliud, et ipsum primum, et non secundum aliud. ut quod dealbatur in id quod intelligitur mutatur secundum accidens, nam colori accidit intelligi: in colorem autem, quod candor pars est coloris: et in Europam, quod Athena pars est Europe, in album verò colorem per se. Igitur quo pacto per se motus fit, et quo pacto secundum accidens, et quo pacto secundum aliud aliquid, et quo pacto ipsum primum, et in eo quod mouet, et in eo quod mouetur, constat: et quod quidem motus, non in ipsa specie, sed in eo quod mouetur, et mobile est, secundum actum. Ergo quae secundum accidens est mutatio, dimittitur:

in omnibus enim est, et semper, et omnium: quae verò non secundum accidens non in omnibus, sed in contrariis, et quae in medio sunt, et in contradictione. huius autem fides ex inductione. Ex medio autem mutatio fit, ut ex contrario: vnum enim ipso, ut contrario ad utrumque: est enim quodammodo, quod est in medio ipsa extrema: quare et hoc ad illa, et illa ad hoc dicuntur quodammodo contraria. ut media grauis ad fidem acutissimi soni, et acuta ad summè lenem et fuscum, album ad nigrum, et nigrum ad album. Quandoquidem autem omnis mutatio est ex aliquo in aliquid, quod indicat et ipsum nomen: post aliud enim aliquid, et aliud quidem prius significat, aliud autem posterius, mutabitur quod mutatur quadriariam. Aut enim ex subiecto in subiectum, aut ex non subiecto in non subiectum, aut ex non subiecto in subiectum, aut ex subiecto in non subiectum. Voco autem subiectum, quod affirmatione indicatur: quare necesse est ex dictis tres esse mutationes, et ex subiecto in subiectum, et ex subiecto in non subiectum, et ex non subiecto in subiectum. Nam quae ex non subiecto in non subiectum, non est mutatio, eo quod non sit secundum oppositionem: neque enim sunt contraria, neque contradictoria. Mutatio ergo ex non subiecto in subiectum secundum contradictionem generatio est, alia simpliciter simple: alia autem quadam cuiusdam. ut quae quidem ex non albo in album, gene-

ratio huius: quæ verò ex non ente simpliciter in substantiam generatio simpliciter, secundum quam simpliciter fieri, & nõ fieri aliquid dicimus: quæ verò ex subiecto in non subiectum corruptio, simpliciter quidem, quæ ex substantia in non esse, quædam autem in contrariam affirmationem, quemadmodum dictum est & de generatione. Si igitur quod non est dicitur multis modis, & neque quod secundum compositionem, aut diuisionem contingit moueri, neque quod secundum potentiam contrarium ei, quod simpliciter secundum actum est: nam non album, & non bonum simul contingit moueri secundum accidens. Sit enim homo quod non album, quod autem simpliciter non hoc, nullatenus: impossibile enim quod non est moueri. si autem hoc, & generationem motum esse: generatur enim quod non est. si enim & quæ maximè secundum accidens fit, tamè simul verum est dicere, quod est nõ ens in eo, quod generatur simpliciter: simpliciter autem & quiescere. hæc autem omnia accidunt difficilia moueri quod non est. Arque si omne quod mouetur in loco, quod autem non est, non est in loco (sit enim alicubi) neque igitur corruptio motus: contrarium enim motui motus, aut quies: corruptio verò ortui contraria. Postquam autem omnis motus mutatio quædam, mutationes autem tres quæ dictæ sunt, harum verò quæ secundum ortum & in teritum non motus, hæc autem sunt, quæ secundum contradictionem: ne-

cesse est mutationem eam, quæ ex subiecto in subiectum fit, solum esse motum. subiecta autem, aut contraria, aut quæ in medio sunt: etenim priuatio ponatur contrarium, & monstratur affirmatione nudum, & album, & nigrum.

¶ Accedit modo Aristo. ad inuestigandum motus species, atque vt in motus definitione, ita in inuestiganda diuisione procedit, incipiens scilicet ab omni mutatione, deinde ad propriè vocatum motum accedit, hinc capto initio. Generatim omne quod mutatur per se, aut secūdam accidens mutari potest. secundū accidens mutatur aliquid duobus modis. primo, cūm aliquid mutatur, nõ quia tale est, sed quia ei quod mutatur, accidit tale esse. vt dicimus musicum ambulare, non quidem quatenus musicus ambulat, sed quia eum qui ambulat accidit esse musicum. secundo, cūm dicitur aliquid mutari, quia aliqua eius pars mutatur. vt corpus sanatur, quia sanatur oculus, aut thorax. Per se mutatur quod nullo modo horum mutatur, sed per se, vt quod per se est mobile: quod secundum alium motum est alterum, hoc est, quod secundum diuisionem motuum potest accipere differentias. vt alterabile, augmentabile, & quod ferri potest. In singulis harum sunt alia differentia, vt alterabilis, & alterationis, sunt sanabile & calfactibile, sanatio & calfactio differentia. At qui hoc idem quod de mutatione dictum est, accidit ipsi mouenti, nimirum est quod moueat per se, & quod per accidens. Per accidens mouet, quod non mouet quatenus tale, vt musicus medetur, quia medicus est musicus, aut quod mouet secundum partem, diciturque mouere, quia aliqua pars earum, quæ huius sunt, mouetur vt homo percutit, quia eius manus percutit. Per se mouet, quod nullo horum modo, sed secundum se totū per se primò, & quatenus tale: vt medicus medetur, & manus percutit. Deinde addit Arist. vt motus fiat necessaria esse hæc omnia, quod moueat, & quod moueatur, & tempus quo mutatio fiat: & præter hæc duos terminos, ex quo alterum, alterum in quod mutatio fit: quia omnis motus est mutatio ex aliquo in aliquid: & est aliud quod primum

mum mouetur, & aliud illud in quod mouetur, & aliud illud ex quo, vt lignum, & calidum, & frigidum, cum lignum calefit: lignum est quod mouetur, calidum est in quod mouetur, frigidum est ex quo mouetur: nimirum fit lignum ex frigido calidū. Hæc his sic fortasse dubians, cum Arist. nodum de motu exactè disputer, sed de omni mutatione, cur dicat tempus esse ad motum necessarium, multæ enim mutationes fiunt repente, ac non in tempore. Tamè intellige vt nondum exactè loquitur de motu, ita neque de modo quod mutatio fit: loquitur cum exactè, sed iudicio sensus: videtur tamen sensui mutationes omnes, etiam generationes, in tempore agi: dicimus enim hominem vno die perisse, & ligna vna hora esse vsta. Itaque omnis mutatio fit in tempore, estq; aliquid quod mutat, & quod mutatur, & ex quo, & in quod mutat. vt ignis facit lignum ex frigido calidum. Atqui constat, (inquit Arist.) motum in ligno esse, nõ in specie, id est, non in forma, ex qua, aut in quam mouetur. Nam monstratum est libro tertio motu esse in eo, quod mouetur, species verò seu forma, que amittitur, aut comparatur, aut loca, aut ipsum tantum, neque mouet, neque mouetur: sed est aliud quod mouet, aliud quod mouetur, & aliud in quod mouetur, vt dictum est. Atq; (inquit) ipsa mutatio nomen accipit maximè, aut ex eo in quod, aut ex eo ex quo fit, & ex illis accipit definitionem, velut interitus, est mutatio ex eo quod est in id quod non est; & ortus, ex eo quod non est in id quod est. motus verò quid sit dictum est priùs, putà libro tertio. Atque vt ex ea disputatione constat, & ex modo dictis, species aut forma, aut passionis & loca, in que eorum que mouentur motus fiunt, immobilia sunt, vt sciètia, & candor: non enim scientia mouetur, sed homo ex indocto sic doctus: neque candor mouetur, sed fit ex nigro candidū corpus. Sed dubitet (inquit) aliquis, an passionis sint motus: atque vt explicet quas passionis dicat, addit, candor autem passio, id est, passionis dico, qualis est candor: hæc verò est passibilis qualitas categoriz qualitatis, non categoriz actionis, aut passionis. Itaque dubitatio quam mouet est, an passio, que est vt candor, sit motus. nam si est, erit (inquit) in motum mutatio alia, vt in candorem dealbatio. Respondet Arist. dicens, fortasse candor non est motus, sed ipsa

dealbatio, itaq; passionem, speciem, aut formam, ad quam motus fit, quam dixerat, ne que mouere, neque moueri, dicit modo nõ esse motum, sed ad illam esse motum: vt nõ est motus candor, sed dealbatio, que ad candorem tendit. Neque illud fortasse est dubitantis, sed phrasæ est, qua vruntur qui affirmant rem facilem, & per se perspicuam, qualis est, candorem non esse motum, sed dealbationem. Conuertens rursum sermonem ad passionem, que comparatur motu, dicit esse in illis nõ aliter, ac in eo quod mouet, & eo quod mouetur, dictum esse, secundum accidens, & secundum partem, & secundum aliud, & primò, & non secundum aliud, nimirum potest aliquid in aliud mutari, secundum accidens, aut per se, rursum secundum accidens, vel quia secundum aliud, vel quia secundum partem, vt quod mouetur ad candorem, mouetur ad quiddam intelligibile, per accidens, quia candorem accidit esse intelligibilem, & mouetur ad colorem secundum partem, quia candor pars est coloris, nimirum est species eius, & proinde quodammodo pars. & qui abit in Athenas, abit in Europam, quia Athenæ pars Europæ est. qui verò albescit, per se & primò mouetur in candorem. Ergo (inquit) dictum est, quo pacto sit motus per se, & quo pacto secundum accidens, & quo pacto secundum aliud aliquid, vt secundum partem: & quo pacto ipsum primum, & per se consideratur, estq; in eo quod mouet, & in eo quod mouetur. Dictum etiam est motum nõ esse in ipsa specie, aut forma, sed in eo quod mouetur, estq; mobile secundum actum, hoc est, in mobili quod actu mouetur. Sed mutationem secundum accidens censet modò missam fieri, quia in omnibus est, potestq; quodlibet mutare & variari, & quodlibet in aliud quiduis per accidens rariem mutationem per se non est cuiuslibet in quodlibet, sed fit semper ex contrario, aut medio, aut contradictione, ex contrario, est album ex nigro, ex medio, vt album ex pallido, ex contradictione, vt homo ex non homine. Hoc confirmat Arist. dicens, fidem huius esse ex inductione: licet cuius considerare mutationes omnes que per se fiunt, ac videbit ex contrario, aut medio, aut contradictione fieri. Ita probatum est lib. primo principia debere esse contraria, quia fiunt ex seipsis mutò per se. Reddit deinde etiam Arist. quæ mutationes ex medio fiunt, etiam per

se, vt ex contrario: nimirum vtrumque medio, vt contrario vtriusque extremi, quia medium quodammodo vtriusque extremum est, vt in fidibus lyrae media grauis, ad fidem acutissimi soni est grauis, & media acuta, ad fidem grauissimi soni est acuta, quamquam neque hæc simpliciter acuta, neque illa grauis est. & sicutum ad nigrum est album, & ad album nigrum. Sed omnis (inquit) mutatio est ex aliquo in aliquid, quod vel ex ipso nomine constat: dicitur enim mutatio Græcis μεταβολη, quod nomen incipit à particula μετα id est post, quia in mutatio ne fit aliquid post aliud: & illud aliquid est, quod prius erat, & illud aliud est, quod posterius fit. Proinde mutatio quatuor modis videtur fieri posse, aut ex subiecto in non subiectum, aut ex non subiecto in subiectum, aut ex subiecto in subiectum, aut ex non subiecto in non subiectum (vocat Aristot. subiectum, vt ipsemet interpretatur, quod affirmatione dicitur, vt homo, equus, album, dulce, aut quodcunque aliud: non subiectum, quod dicitur negatione, vt non homo, non equus, non album, non dulce, & tale quidvis) aruerit ex non subiecto in non subiectum non est mutatio, quia non subiectum & non subiectum neque contraria sunt, neque contradictione dicuntur: quare superest tres esse mutationes, ex subiecto in subiectum, vt ex albo nigrum: & ex subiecto in non subiectum, vt ex homine non homo: & ex non subiecto in subiectum, vt ex non homine homo, aut ex non calido calidum. Mutatio ergo ex non subiecto in subiectum secundum contradictionem, est generatio. Generatio verò est duplex, quædam simpliciter simplex, quædam non simpliciter, sed cuiusdam: quæ ex simpliciter non ente est in substantiam mutatio, generatio simpliciter est, secundum quam fieri aliquid simpliciter dicitur, vt fit homo: quæ verò non ex non ente simpliciter, sed ex non ente aliquid fit, est generatio cuiusdam, vt ex non albo album. Ita corruptio simpliciter est mutatio ex substantia in non esse, vt ex homine non homo: quæ verò est in contrariam affirmationem, hoc est, in non esse aliquid, est corruptio cuiusdam, aut (vt alii loquuntur) secundum quid, vt albi in non album, quemadmodum dictum est de generatione. Fortasse obiciunt hic, generationem simpliciter non magis fieri ex non ente quam eam quæ est cuiusdam, quare male ab Arist.

distinguitur vt ignis fit ex non igne, ita album ex non albo. Dices, non album erat substantia quædam, & quoddam corpus, quare non erat non ens, sed quod non est album. sed & non ignis erat substantia quædam, putà lignum, fit enim ex ligno ignis. aut si ex non ente simpliciter generationem fieri cõtendis, fiet generatio ex nihilo, quod à sensu Philosophorũ omnium abhorret. Eadẽ ratione neq; corruptio simpliciter fieri videtur in non esse simpliciter: homo enim in cadaver videtur corrupti, non solum in non hominem, vt album in nigrum, non solum in non album. His obiectionibus ita occurrendum est, quãdoquidem substantia substantiæ non potest esse contraria, & omnis mutatio per se fit ex contrario, substantia ex substantia non potest fieri per se, potest tamen accidens ex accidenti, vt album ex nigro fit per se, ignis ex ligno non per se: sed ignis ex non igne, non ignis verò non est necessariò lignum, sed accidit esse: quare per se generatio ex non ente fit: nigrum fit ex non nigro, id verò non nigrum est album, aut albi particeps, quod necessariò ac per se est substantia quædam: quare generatio nõ simpliciter, quæ commutatio, aut alteratio nominatur, ex subiecto fit, atque ex substantia non ente aliquid: generatio verò simpliciter ex non ente simpliciter fit per se: neq; proinde tamen fit ex nihilo, nam substantia semper fit ex alia substantia, tamen si per accidens id eueniat generationi. Adde for tasse, generationi per se accidere fieri ex materia, quare non ex non ente simpliciter. Respondent quidam, materiam primam non esse ens simpliciter, sed potentia: neq; verò nihil, sed non ens simpliciter: quare quod ex sola materia prima fit, ex non ente simpliciter fieri. Ego, præterquam quòd hoc probò, addiderim, cum dicit fit ex non ente, aut ex nõ ente hoc, illud ex nõ significare ex quo, vt ex materia fit, sed ex quo vt ex termino à quo: tamẽ nõ fit homo ex materia hoc modo, non enim materia fit homo. Itaque generatio simpliciter est substantia ortus, ex non ente simpliciter: alij sunt alterationes quædam. His dictis, incipit Arist. probare generationem & corruptionem non esse motum, vt præcedens mutatio: num species, quæ motus non sunt, inueniunt veras motus differentias. Ergo inquit, nullam mutationem ex non ente esse motum: quare generatio nõ sit motus. Nã inquit nõ

Respondetur.

Rursus obicitur.

Obicitur.

ens

ens dicitur multis modis, vno modo secundum compositionem, n. a. r. diuisionem, hoc est, secundum affirmationem aut negationem, vt hominem esse equum, est non ens secundam compositionem: hominem non esse rationale: est non ens secundum negationem. alio modo non ens est, quod nō est actu sed potentia. alio modo quod dicitur per negationem, vt non album, nō homo. Non ens primo, aut secundo modo nō potest moueri: nam non ens per affirmationem aut negationem ne intelligi quidem potest, quo pacto moueatur? quod non est actu, nō potest moueri, si quidem su. præ. definitiuus motum actum quendam esse. Iam verò quod secundum negationem dicitur, aut est non ens simpliciter vt non homo, aut non ens aliquid vt non album: non ens aliquid moueri potest per accidens, quia illud accidit esse substantiam aliquam, vt nō album mouetur non per se, sed quia non album est homo, tamen non ens simpliciter impossibile est moueri: quare & generatio non potest esse motus: & id quod generatur, non est ante generationem, sed in ipsa generatione fit: non enim generatur quod iam est, ergo quod generatur nō mouetur, alioquin non mouetur quod non est: nam etsi quàm maximè velis dicere ex accideri moueri, quod non est, vt dicebatur de eo quod non est aliquid, tamen sequitur id quod non est moueri, vt illic dicebatur, id quod nō est album moueri: quare si mouetur est, & in eo fiet, vt in eo quod generatur sit antequam sit. Eodem modo si id quod nō est potest moueri, poterit & quiescere: atque siue moueatur, siue quiescat, erit, quare erit, & non erit. Hæc (inquit) omnia accidunt difficilia, si dicatur moueri quod non est. Et præter hæc, omne quod mouetur est in loco, si quidem motus secundum locum an recedit ab eo omnes, quod autem non est, non est in loco: nam aliter sit alibi, quare sit. Igitur quod nō est, nō mouetur. sed cum præbarū sit, generatione neque motū, neque quietem esse, constat neque corruptionem esse motum: nam motui contrarium est motus, aut quies, sed neutrum horū est, igitur corruptio non est motus. Colligens ex dictis Arist. dicit, si quidem omnis motus est mutatio quedam, & mutationum sunt tres species dicte, videlicet à non subiecto in subiectum, & à subiecto in non subiectum, & à subiecto in subiectum. & probatum est

duas priores, quæ sunt à non subiecto, aut in non subiectum, non esse motus, cum sint generatio & corruptio, superest solum eam mutationem, quæ fit à subiecto in subiectum, esse motum. Subiecta verò (inquit) ex quibus in quæ mutationes fiunt sunt, aut contraria, aut media: vt albus ex nigro, aut alterutrum horum ex pallido: nam si quid ex priuatio fit, illud queque priuatiuum ponitur contrarium, & dicitur affirmatiue, vt non vestitum dicitur nomine posituum nudum, & sunt contraria nudum & vestitum, vt album & nigrum. At qui subiecta differentiam accipiunt: per differentiam categoriarum: igitur tot erunt species motus, quot erunt categoriæ, ad quas possit esse motus. Hæc verò quot sint, mox colligit dicens.

¶ Si igitur categoria separantur substantia, qualitate, & vbi, & ad aliquid, & quanto, & agere, & pati, necesse est tres esse motus, eum qui quæti, & qualis, & secundum locum. Secundum substantiam verò non est motus, quia nihil est contrarium eorum quæ substantia sunt. neque quidem eo quod ad aliquid: contingit enim altero mutato reliquum alterari nihil mutatum: quare secundum accidens motus illorum. neque quidem agentis & patientis, neque omnino eius quod mouetur & mouentis. Quia non est motionis motus, neque generationis generatio, neque omnino mutatio natiuitatis. Primum enim duobus modis contingit, motionis esse motionem, aut vs subiecti, vt homo mouetur, quia ex albo in nigrum mutatur: igitur hoc modo & motus aut calefit, aut refrigeratur, aut loco mutatur, aut crescit, aut minuitur: hoc autem impossibile. Nō enim subiectorum aliquid est mutatio, aut quod aliud aliquid subiectum

ex mutatione mutetur in aliam speciem, vt homo ex morbo in sanitatem. Sed neque hoc fieri potest, nisi ex accidenti, nam ipse motus ex specie alia in aliam est mutatio, & generatio & corruptio eodem modo (præterquam quod hæc ad hoc modo contraria, motus verò non similiter) simul igitur mutatur ex sanitate in morbū, & ex ipsa hæc mutatione in aliam. Constat autem quòd cum egrotauerit, mutatus erit in quolibet: contingit enim quiescere, & adhuc in non quacunquē semper, & illa ex quodam in quiddā aliud: quare & contraria erit sanatio, sed quia accidit. vt si ex recollectione in obliuionem mutetur, quia cui accidit, illud mutatur, interdum quidem in scientiam, interdum verò in sanitatem. Præterea, in infinitum ibitur, si erit mutationis mutatio, & generationis generatio: necesse autem & priorem esse, si posterior erit, velut si simplex generatio facta aliquādo fiebat, & ipsam est, siens fiebat, quare nondū erat siens simpliciter, sed aliquid siens, atq; iam siens. Et rursus hoc aliquādo fiebat, quare nondū erat tūc siens, quando quidem autem infinitorū non est aliquid primum, non erit quod primum: quare neque quod statim, neq; fieri, ergo neque moueri, neque mutari quicquam. Præterea eiusdem est motus contrarius & quies, & generatio & corruptio, quare siens cum sit siens, tunc corrumpitur, neque enim statim siens, neque posterius: esse enim oportet: quod corrumpitur. Præterea,

oportet materiam subesse ei quod sit, & ei quod mutatur: quæ ergo erit: quæ admodum quod alteratur corpus, aut anima, ita id quod sit motus, aut generatio, & rursus aliquid, in quod mouetur: oportet enim esse aliquid huius ex hoc in hoc motionem, & non motionem, aut generationem, simulque quo pacto erit: non enim ipsa disciplina erit disciplina generatio: quare neque generationis generatio, neq; quædam cuiusdam. Præterea, si tres motus species sunt, horum aliquem necesse est esse subiectam naturā, & in qua mouentur, vt necesse est lationem alterari, aut ferri: omnino autem quādoquidem mouetur omne quod mouetur tribus modis, aut quòd secundum accidens, aut quòd pars aliqua, aut quòd per se, per accidens solum possit mutari mutatio, vt si is qui sanatur currit, vel discit: eam autem, quæ secundum accidens, iam dudum omisitimus. Quando autem neque substantia, neque eius quod ad aliquid, neque agere & pati, sunt, erit secundum quale, & quantum, & quod alicubi motum esse scilum: in quocunq; enim est horum cōtrarietas. Is igitur motus, qui secundum quale est, alteratio sit, hoc enim commune nomen positum est. Voco autem quale, nō quod in substantia (etenim differentia est quale) id quod est passivum, secundum quod dicitur aliquid pati, aut sine passione esse. Qui verò secundum quantum quod commune est sine nomine, in vtrisque verò partibus accretio, & decretio: quæ in perfectam

fectam

fectam magnitudinem accretio, quae autem ex hac decreta. Qui verò secundum locum, & qui proprius, & qui communis sine nomine: sit autem latior vocata qui communis, etsi dicuntur ferri ea sola proprie, cum non sit stare, in ipsis quae mutantur secundum locum, & quaecunque non ipsa seipsa mouet secundum locum. Mutatio verò in eadem forma in id quod plus, aut minus, alteratio est: qui enim ex contrario in contrarium motus est, aut simpliciter, aut aliqua ex parte, quandoquidem quae in minus abeunt, in contrarium dicuntur mutari, quae verò in plus, ut ex contrario in ipsum. Differt enim nihil, aliqua ex parte mutari, aut simpliciter, verum oportebit contraria aliqua ex parte adesse: plus autem aut minus est, quod plus aut minus contrarij insit, aut non. quod ergo haec tantum tres motiones sunt, ex his constat. Immobile autem est, quod & omnino impossibile est moueri, ut sonus inuisibilis, & quod in multo tempore vix mouetur, aut quod tarde admodum incipit, hoc dicitur difficile mobile, & quod natum quidem est moueri, potestque, non moueri autem tunc, cum & ubi, & ut moueri natum est, quod solum immotorum quiescere dico, contraria enim quies motui: quare priuatio quidem sit eius, quod potest accipere. Quid ergo est motus, & quid quies, & quot mutationes, & quales, constat ex dictis.

¶ Probatum est proximo capite, solam eam mutationem esse motum per se, quae est à

subiecto in subiectum, modo ita procedit. Subiecta omnia accipiunt differentiam secundum categorias, sed facta enumeratione categoriarum constare potest ad nullam esse motum praeterquam ad tres, scilicet quae est quanti, qualis, & ubi: ergo tres tantum sunt motus. Enumerat ergo primum categorias, deinde excludit reliquias praeter has tres multis argumentis, atque ita colligit esse tantum tres motus. Si igitur (inquit) distinguunt categoriae substantia, qualitate, & ubi, & ad aliquid, & quatenus, & agere, & pati, necesse est tantum tres esse motus. Vbi subit imprimis dubitare, cur omiserit in hac enumeratione habere, & situm esse, & quando, cum haec sint ab aliis omnibus diuersae categoriae. Fortasse habere & situm esse in categoria ad aliquid conueniri voluit, & quando in categoria quantitatis, quia tempus est quantitas quaedam continuata, ut dictum est supra: proinde dicit septem has esse categorias: Deinde, probat ad substantiam non esse motum, quia substantia nihil est contrarium, motum verò omnem ex contrario ad contrarium fieri probatum est prius. Neque in eo quod est ad aliquid (inquit) potest motus esse per se, sed ex accidenti: quia quod mutatur per se non potest mutari, quin in seipso mutationem aliquam accipiat, sed appellationem categoriae ad aliquid potest res amittere in seipso nihil mutata, sed haec vnica causa, quod res alia, cui qua ad aliquid dicitur, mutata sit, ut si Petrus Paulus cando res est similis, Petrus nullatenus Paulus colorem, si Paulus niger sit, amittit similitudinem. vnde constat ad aliquid non esse motum per se. Deinde probat, idque multis argumentis, in categoria agentis, & patiens non esse motum: quia (inquit) generationis non est generatio alia, neque motionis motio, neque omnino mutationis alicuius alia mutatio, quod tamen fieret, si ad actionem, aut passionem esset motus per se. Sed non esse motionis aliam motionem ita probat. Duobus modis dici potest motionis esse motionem, aut ut subiecti, ut scilicet motio ipsa mutetur, ut homo mouetur, cum sit ex albo niger. atque ita necesse erit affirmare, motionem calescere, aut frigescere, aut denique alterari, aut moueri loco, aut augeri, aut minui: hoc verò est impossibile, quia mutatio nullum subiectorum est, nimirum subiectum omne motionum est substantia aliqua. Aut dici potest motionis esse motionem,

Dubitator

Respondetur.

nem; quod aliquod subiectum ab actione aliqua mouetur in aliam actionem, ut si velut mutatur homo ex morbo in sanitate, ita moueatur ex sanatione in agrotatione: aut denique ex actione aliqua in aliam: Sed neque hoc (inquit) fieri potest, nisi ex accideri quod ita probat. Motus est mutatio ex vna in aliam speciem, aut formam; atque generatio & corruptio etiam sunt mutationes, ex vna forma in aliam. Hoc vno differunt, quod generatio & corruptio sunt ad contraria hoc modo, hoc est, modo quodam improprio, & per negationem, ut ex non homine in hominem, aut ex homine in non hominem; motus vero non similiter, hoc est, non ad contraria ex negatione, sed ad contraria verè est. Si igitur à motione in motionem potest aliquid mutari, corpus quod mutatur à sanitate in morbum, simul mutari poterit ab hac mutatione in aliam. Constat tamè, quod cum iam agrotauerit, erit; factus erit eger, mutatus esse poterit in quamlibet actionem, & non in certam quandam: nam quacunq; motione potest moueri, cum iam factus est eger, ut potest albescere, aut nigrescere, aut durescere, & quid vis aliud, potestq; simul ab his omnibus quietescere, & adhuc non in quancunq; semper, id est, in nullam semper mutatur, & illa mutatio non est ex quodam in quiddam certum & statutum; quare & contraria erit sanatio, id est, ita ut sit contraria sanatio, in qua semper & per se moueatur, sed in quancunq; actionem mouetur, non quia contraria est, sed quia ita accidit, in eam mouetur. ut si quod mutatur ex recordatione in oblivionem, mutari dicatur, quia aliquando ex hac mutatione mutatur in scientiam, aliquando in sanitatem: nulla enim harum mutatio nunc est per se & perpetua, sed vt accidit. Igitur ex motione in motionem mutatio nulla est, nisi per accidens: quia nulla mutatio est, ex qua in certam quandam aliam, vt in contrariam, mutatio fiat. Probat deinde hoc idem alio argumento. Si (inquit) generationis est generatio alia, & mutationis alia mutatio, in infinitum ibitur: nam si eius generationis, qua fit homo, est alia generatio, & illius alia, & eadem ratione cuiuslibet alterius alia: aut si alicuius generationis non est generatio, nullus est: sed si posterior generatio est, necesse est esse priorem, vt si est generatio hominis, est illius generationis generatio, & illius alia, ac denique ante quamlibet alia prior: quare sequitur esse infinitas.

Velut (inquit) illud etiam sequitur, si generatio fiebat, & ipsum fiens fiebat: nimirum vt generatio fiebat homo, ita generatione generationis fiebat fiens homo: quare non erat fiens simpliciter sed fiens aliquid, nimirum erat fiens fiens, non fiens homo. Rursum hac etiam generatio tunc fiebat, neque fieri fiebat, sed fiebat fiens fiens, & ita in infinitum: sed in infinitis nihil est primum, si ergo harum generationum nulla erat prima, neque secunda, neque aliquid sequentium: quare neque vltima, & simplex generatio quæpiam esse potest. Vnde fit, vt, si generationis generatio, & motionis motio, & mutationis mutatio, neque fieri, neque moueri neque omnino mutari quicquam possit. Addit aliud argumentum dicens, cuius est motus aliquid, euidentem est motus contrarius, & quietis: & cuius est generatio, eius est corruptio, id est, interit quod genitum est, & id generat quod est interiturum: quare si fit fiens, potest etiam interire. Quod si est, tunc corrumpitur, cum fit: nam non corrumpitur antequam fiat, neque postquam erit factum: nam si factum est, non est fiens, si non est, non potest corrumpi, ergo corrumpitur cum fit, atque simul fit fiens, & definit esse fiens. Est aliud argumentum, semper ei quod fit oportet subesse materiam aliquam, vt si fit album, subest corpus, si fit homo, subest prima materia: sed quæ (inquit) erit subiecta materia motioni motionis? nam quemadmodum cum alteratur corpus, aut anima, subiectum est ipsum corpus, aut anima, ita cum fiet motus, aut generatio, oportet subiectum esse motum, aut generationem. Et rursum oportebit esse aliquid, in quod mutatio fiat: nam omnis mutatio est aliquid cuius ex aliquo in aliquid, vt calfactus, est hominis ex frigido in calidum mutatio, & illud in quod mutatio fit, est semper contrarium ei ex quo igitur si motus est in motum est ex non motu, & generationis generatio ex non generatione. Quo ergo pacto fuit motio, & non motio, & generatio, & non generatio? non enim ipsa mutatio potest esse sui ipsius mutatio: nam disciplina, hoc est, ipsum discere non est generatio discipline, quare neque generatio ipsa est generatio sui. Atque ita concludit ex dictis oribus, quare neque quædam generatio erit cum ista generationis, neque omnia generationis generatio: Ad dicit vltimum argumentum, si motus est aliquid motus, cum tres motus species sint, necesse erit aliquam illorum esse vt subiectum, & aliquam vt in quem

quem motio fiat, vt necesse erit latione alterari, aut ferri, aut crescere, hoc verò non potest fieri: quare, cõcludens dicit, cum tres sint modi, quib⁹ potest aliquid moueri, aut per se, aut secundum partem, aut per accidens, vt dicitur. Cui est supra, cõstat per accidens solum posse esse motum ad actionem, vt si quis simul sanatur, & currit, aut discit, fit de sanate currens. Hucusq; probauit Arist. motionis non esse aliud motum multis argumentis, atq; in omnibus motu iudicio cõcludit legitime, ac monstratorie processit. Atq; merito affirmavit motum nullum esse alteri motui idoneum, vt latione non possit ferri, alterari, aut augeri: nam et si videri possit motus alterari, cum fit ex tardo celer, sed non ita habet: non enim eadem motus pars, quæ tardior fuerit, fit celer, neq; idem motus sub vtroq; termino manere potest, cum fluat semper. Ceterum non possum tacere hoc loco pleraq; eorum, quæ ab Aristotele in hac disputatiõne parte dicuntur, esse præter re, & instituta. Nam institutum erat inuestigare motum qui per se fit: species: atque motus species accipitur, non à subiecto, aliòquin vnica sit motus species, cum vnica substantia sit per se, subiectum motui: atq; is motus fit substantiæ, cuius tunc non esse motum dixit prius, dicitur; paulò post trahit à forma, ad quam est. Illud ergo vnũ referat motum, ad actionem aut passionem non esse motum, haud quæ actionem neque esse apta moueri. Nam cõcedo proteruè posse latione alterari, quid tunc postea nunc hinc fit esse plures quam tres motus, aut ad actionem esse motum per se? non sane ergo extra chorũ saltat Arist. probans motum non moueri, sed illud bene, atque vt res ipsa exigebat, probauit ad motum non esse motum nisi ex accidenti: reliqua secunditas luxuriantis ingenii peperit. Sed redeo ad pensum. Colligit, si neq; quando, neque substantiæ, neq; ad aliquid, neq; agere, & pati est motus, superest res tantum esse, qualis, quærit, & eius quod alicubi: nam in quocunq; motu est alicuius horum cõtrarietas, nimirum aut semper à cõtrariis in cõtrariã qualitate, aut à loco in cõtrarium locum, aut à magno in paruum, vel cõtrã. Motum secundum quale dicitur esse alterationem: quale verò dicitur intelligi, non quod est in substantia, hoc est, quod vocatur quale quid, estq; differentia substantiæ, sed de quali passiuo, hoc est, de passione, aut passibili qualitate secundum quam aliquid dicitur pati, aut esse imparibile. Motui secundum quantum dicitur nullum nomen esse cõ-

mune, sed duas eius species, alterã accretionem, alterã decretionem. Species ea, quæ est ad magnitudinem perfectã ab imperfectã est accretio, quæ à perfectã ad imperfectã est decretio. Motui secundum locum neq; cõmune, neq; specierum nomina esse dicitur: sed totum hunc motum vocari *φασα*, latine latione, quãquam id nomen non est admodum proprium: nam *φασα* aut ferri dicuntur, non quæ viciũ que mouetur loco, sed quæ ab aliis feruntur violentia quadã, neq; stare possunt. Certè neq; Græcis, neq; Latinis est nomen cõmune, quod proprie possit significare omnem motum secundum locum, sed ob penuriam nominis vtuntur illi nomine *φασα*, hi nomenclatio: Latini tamẽ habent ad quãsdã species eius motus propria quædam nomina, nam motum à medio ascensum, ad medium descensum, circa medium circuituionem vocat. Sed roget aliquis, motus in eadem forma vt à calido primo gradu ad calidum secundum, qui motus sit: nam ne motus quidem videretur esse, cum non sit: à contrario in contrarium. Respondet Aristoteles, esse alterationem: nam motus est à contrario in contrarium, aut simpliciter, aut aliqua ex parte: atvero qui est in eadẽ forma, etsi non simpliciter, tamen aliqua ex parte ex contrario in contrarium est. Nam quando quidem quod calidum erat fit minus calidum, aut quod minus calidum calidius, cõstat contraria simul esse, atq; quod minus calidum fit admissionem contrarii accipere, & quod fit calidius, id quod habebat contrarii deponere. Hic optime quadrat cum his quæ de contrariis quantitatibus in eadem substantia scripta sunt à me lib. 1. Cont. vbi probatur tantum esse cuius qualitati contrarie admittum, quantum deest vique ad gradum summum: si huius sententiam confirmatio nem desideras ex illo loco pete. Ex dictis colligit Aristoteles, tres tantum esse motus species, lationem, alterationem, & accretionem. Sed Plato, cuius sententiam sequutus est Galenus, duas tantum motus per se species statuit, accretionem, aut non esse, aut per accidens solum esse motum. In Euthyphro, ita est scriptum, Quotum quod mouetur, vel ferretur, vel alteratur, hi quippe solus sunt motus. Rursum in Theætero, Motus verò species duæ. Atque in eodẽ dialogo rursum, Ex his necessarium est, geminas species motus esse, alterationem scilicet, & lationem, hæc Plato. Gale. 1. lib. Methodi, cap. 6. ita scripsit. At quoniam motum prius esse habetis muta-

tionem

Animad
uersio.Plato in
ad tantum
motus per
se, &c.

nonem diximus, ea verò mutatio dupliciter fit, nempe aut quantitate, aut loco. vtrique mutatio, quæ in loco agitur, latro dicitur: quæ in qualitate, alteratio. Hanc sententiã ego lib. 2. Cont. argumentis cõfirmavi, sed nec videtur ipsius Aristotelis argumentis agendum, si idem enim, quibus ille reliquis categorias à motu per se excludit: eam etiã, quæ in quanto est, excludere conuincetur. Dicit, substantiæ non esse motum, quia substantiæ nihil est contrarium, sed neque quantitati est quicquam contrarium. Quod si dicitur magnum & paruum esse contraria, constat hæc esse ad aliquid, atque posse aliquid de magno paruum, aut contrã, per se nihil mutatum fieri, sed quia mutatur aliud aliquid: quo argumento solo probat Aristot. in his quæ sunt ad aliquid, non esse motum: tamen si cui totum corp⁹ crescit, vestis fit de magna parua nihil mutata per se, ergo ad magnum & paruum motus est per accidens. In quanto autem nulla alia cõtrarietas est, secundum quã motus per se fiat. Dices, accretionem non esse mutationem quãcumque de magno in paruum, sed in maius, quæ erat prius, idem non ad alia, aut ad vsum aliquem sed ad seipsum. Quo modo nihil potest fieri maius, nisi mutetur, etiam mutantur alia vt liber. sed tunc quoque cõstate potest accretionem non esse motum per se, quia magnitudo non comparatur motu quodam proprio, sed aliis succedit, quod alibi in dicauimus, & procedere hoc ipso opere indicaturi rursus sum⁹. Ego igitur ita sentio: verum hoc loco non reprehenderet Aristoteli, nisi quod de accretione dicit modo lib. 7. exactius explicaret: nõdum enim hucusque satis exactè definiuit, ad quæ sit mot⁹ per se. Nã duobus modis videtur dici ad speciem aliquã esse motus per se, aut quia ea species est mutationis alicuius finis per se expetit⁹ à natura, aut quia cõparatur motu quodam proprio, quique ad eã formã per se est, & quatenus talè. Primo modo videtur mihi hucusque Arist. inuenisse categorias, ad quas est mot⁹ per se. Atque ita nõ nego ad quantitatè esse mutationem per se: natura enim per se gratia maioris molis facit accretionem, in hoc modo etiã ad sanitatè est mutatio per se: per se enim molitur natura sanitatè. Alio modo nõ est, quia vt sanatio nõ est mot⁹, sed sanitas alius motibus succedit, ita neque accretio, sed magnitudo succedit aliis motibus. Verum hæc nõdum satis distinguit Arist. dixit enim simpliciter ad qualitatè esse motum per se, etiam de-

inde explicatur⁹ est, ad quatuor specierum qualitaris, videlicet passionem scilicet, aut passibile qualitatè esse motum per se. Itaque quod hic dicit, nõ refutatè, si cum disputatio peruenisset ad exactius, distinctius diceret: quare hic satis fit hæc monuisse. Accretionem nõ esse motum in his, quæ sequuntur, cõfirmabitur. Sed oritur hoc loco alia obiectio ex his, quæ lib. 4. cap. 4. à me dicta sunt, corpora scilicet nõ ferri huc aut illuc naturaliter gratia locorum, sed gratia ordinis, vt scilicet ita collocata sint, vt tenuia sint super crassis, si hoc, ita habet, videtur corpora ferri, propter ordinem, qui est in corporum situ per se, propter loca ex accidenti, atque ita videtur mot⁹ per se esse ad categoriam situs, nõ ad categoriam loci, aut vbi. Verum et si latro est, propter situm, nõ est in situ proximo, sed in locum, qui est proximus latronis finis: quare nõ est is mot⁹ primò, & per se ad situm sed ad locum: primò, quia proximè & nulla alia re intercedente: per se, quia ex cõtrario, ad situm et si per se, quia ex intentione nature, in nõ primò, quia per mutationem loci. merito ergo dicitur mot⁹ ad locum: situs enim etiã re quiete potest mutari potest, quia alie mouentur: id quod nulli earum specierum, quæ exactè cõparatur motu per se, accedere potest, vt scilicet, re quæ subiectione exactè est, mutetur. Dixi quæ exactè cõparatur per motum, quia reuera eodem modo, quo ad magnitudinem est per se mot⁹, est etiã ad situm, videlicet natura, quæ mouet corpora, vtrūque horum expetit per se. Sed huc nõ esse satis exactum modum motus per se, ita diximus. Itaque exactè ad duas categorias solùm est mot⁹ per se, quia cõparantur motu proprio per se, & primò, qualitatè videlicet: & vbi: nõ exactè, etiã ad magnitudinem, vt Arist. docet, & ad situm, vt ego cenfeo addendum. sed vemo ad reliqua in fine capitis explicat quæ dicantur, propter quietem: nõ (inquit) omnia quæ motu carent, proprio quiete dico: sed cum sine motu, aut immotum (græce ἀκίνητος) dicatur tribus modis, & quod moueri omnino nõ potest, quo modo sonus est inuisibilis, & angelus immobilis loco, & quod difficile admodum mouetur, & quod moueri quidem potest natura sua, tamen nõ mouetur tunc, & vbi, & eo modo, quo natum est moueri. Quod hoc tertio modo sine motu est, dicitur quietem quæ est cõtraria motui: quare eidem accidit, cui motus potest accedere. igitur quies est priuatio motus, in eo quod potest motum accipere. Sed hoc caput satis enarratum est.

Obiectio.

Ad istam quo pacto sit motus per se respicitur.

CAPVT TERTIVM.

¶ Post hæc dicamus quid est quod simul, & seorsum, & quid est tangere, & quid quod inter, et quid quod deinceps, & quid quod proximū, & quid quod continuum, & qualibus quodcunque horum est naturæ accidere. Simul igitur ea loco dicuntur esse, quæ in vno loco primo sunt, seorsum verò quæ in altero. Tangere verò, quorum extrema sunt simul. Inter autem, ad quod prius natū est accedere id quod mutatur, quàm ad extremum in quod mutatur, subiens secundum naturam continuatam mutationem: in paucissimis autem est inter tribus. Extremum enim est, mutationis contrarium. Continue autem mouetur, quod nihil aut minimum intermitit rei, non temporis (nihil enim prohibet intermittere, & statim post hypaten sonuisse netē) sed rei, in qua motus fit: hoc autem in his, quæ secundum locum, & in alijs mutationibus constat. Contrarium autem loco, quod secundum rectum distat plurimum, minima enim finita est: mensura autem, quod finitum est. Deinceps est, in cuius medio post principium solum existentis, aut positione, aut natura, aut alio aliquo eius quod ita diuiditur, & cuius est deinceps, nihil est in eodem genere. Dico autem ut linea ad lineam vel lineam, aut ad unitatem unitas, vel unitates, aut ad domum domus. Aliud autem nihil prohibet in medio esse: nam quod deinceps post aliquid est deinceps, &

aliquid est posterius: non enim vnum deinceps post duo, neque noua luna post secundam deinceps, sed hæc post illam. Proximum verò, quod deinceps existens tangit. Sed quandoquidem omnis mutatio in oppositis, opposita verò contraria, & quæ secundum contradictionem, contradictionis autem medium nihil, constat in contrarijs fore quod inter. Continuum autem est, quod quidem proximū quiddam dico autem esse continuum, cum idem fiat, & vnum extremum verisquæ, quibus tangunt, & ut nomen significat, contineantur: hoc autem fieri non potest, si futura sine duo extrema. Hoc autem definito, constat in his esse continuum, ex quibus vnum est naturæ fieri secundum contactum, & ut demū sit quod cōtinuū vnum, ita & totum erit vnum, ut clauo, aut glutine, aut tactu, aut copulatione: constat autē primū esse qd deinceps, nā cōtinuū necesse esse deinceps: non verò omne quod deinceps etiam tangit: quare in prioribus ratione est quod deinceps, ut in numeris, tactus autem non est. Et si quidem continuum, necesse est tangere: si verò tangit, non statim continuum: non enim necesse est esse vnum illorum extrema, si simul sint: sed si vnum, necessariò etiam simul. Quare coalitus posterior secundum generationem: necesse enim est sese tangere si coaliscunt extrema. Coniugua verò non omnia vnita sunt, in quibus autem non est tactus, constat

stat neque coalitum esse in his: quare si est punctus, & vnitas, quæ dicunt separata, non possunt vnitas & punctus idem esse: his enim accidit tangere, vnitate vero quod deinceps: & illorum contingit esse aliquid mediū, omnis enim linea est in medio punctorum, harum verò non necessariò: nihil enim est in medio dualitatis, & vnitate. Quid ergo est quod simul, & seorsum, & quid tangere, & quid inter, & deinceps, & quid quod proximum, & cōtinuum, & qualibus quodcunque accidit, dictum est.

¶ Quandoquidem posthac singulas species motus percurrendum est, atque id non aliter fieri potest, quam interpositis sæpe his verbis, simul, seorsum, tangere, & inter, & deinceps, & proximum, & continuum, merito censetur Aristoteli operæpretium esse hoc loco, horum omnium significata, & quæ de re quodque illorum diceretur, explicare. Ergo simul (inquit) ea dici esse, quæ sunt in eodẽ loco primo: seorsimque in altero. merito dicit in eodẽ loco primo: ut si Petrus & Ioannes sint Compluti, quanquã in eodem sint oppido, non proinde sunt simul. Tangere dicuntur sese, aut tangi matud, aut quod alii dicunt, esse contigua, quorum extrema sunt simul: nam eorum quæ sese tangunt extremitates cum nulla intersit substantia, non disident locis. Inter dicitur esse illud, ad quod (inquit) prius naturæ est accedere id quod mutatur, quam ad extremum in quod mutatur, subiens secundum naturam continuatam mutationem. quod est dictum, inter aliqua est illud, in quod quocunque illorum, inter quæ est, moueatur in reliquum, incidet prius quam in illud: si modò continuato motu, ut fert natura, moueatur. ut Complutum est inter Madritum, & Guadalaxaram, quia qui à Guadalaxara in Madritum rectã tendit, in Complutum necessariò prius incidit. Quare (inquit) fit, ut in paucissimis sit inter tribus, hoc est, ut non possit esse inter, nisi sint saltem tria: nam est quod mouetur, & extremum mutationis contra-

rium, & quod inter. Continue autem mouetur, (inquit) quod nihil, aut minimum intermittit rei, non temporis. Quo loco errant plerique enarratores putantes Aristoteli dicere, quid sit continuato, & non intercisso motu moueri, eum ille nihil minus agat, sed explicat quam continuitatem motus intelligat in definitione eius quod est inter. Intellego, inquit, continue moueri, non quod temporis intermittit nihil quia moueatur, sed quod rei ipsius, secundum quam mouetur, intermittit nihil, aut quàm minimum. Nam tempus potest intermittere, manente etiam integra definitione eius quod inter, nisi etiam intermittat aliquid rei: nam qui mouetur à Guadalaxara in Complutum rectã, quantumuis in via re fideat sæpe, mouendi satis longas intermissiones faciens, non potest non incidere in Complutum, si in Madritum eundem est. nisi etiam intermittat aliquid via. Dicit aliquis, non potest fieri intermissio spatii, si quidem quicquid mouetur de extremo ad extremum, mouetur per medium: frustra ergo dicit Aristoteli. Continue mouetur, quod nihil intermittit rei. Huic tacite obiectioni respondens per antithesim dicit, & exemplo indicat, nihil prohibere motum aliquem fieri ab extremo ad extremum, nõ per id quod est inter. Itaque fieri intermissionem rei ipsius, hoc est spatii, per quod motus agitur, ut potest pulsare aliquis hypopaten, id est, acutissimi soni fidem, & post hanc neten, quæ est grauisissimi soni, his fidibus quæ inter sunt non pulsatis. Sed duo hic occurrunt satis difficilia. Primum videtur docere Aristoteli. posse aliquid moueri, quod dicunt vulgò per saltum, hoc est, non percurrendo medium spatium. Deinde, cur in definitione eius quod inter, dicit, nihil aut minimum intermittit rei: non enim videtur posse vel minimum intermittere rei id quod est in omnia quæ inter sunt incisurum. Sed intellige non omnia media esse necessaria sed posse id quod mouetur à multis, quæ reuera sunt media & inter extrema collocata delectere, ut qui Madritum tendit, potest à Compluto desistere: is tamen non abie ad extremum nisi per medium, fortasse per Talamancam, quanquam non per id, quod in via recta interpositum est. Illud ergo dicit intermittere rei aliquid, quod desectat à recta via: ergo potest esse acti diceret est inter in quod id quod mouet incidit prius, quam in extremum, in quod fertur, si nihil,

Duo de-
bia.

aut minimum deflectat à recta via dicit aut minimum, ne de minimis videatur curiosus disputare. non enim, vt is qui Madritum tendit in Compositum incidat, necesse est tam rectam viam teneat, vt nec per transferum pedem ab ea deflectat. Sed rogabis rursum, si ita facile est intermittere aliquid viæ, cur dicit in definitione eius quod est inter, subiectis secundum naturam continuatam mutatione: videbatur enim illis verbis, secundum naturam, indicare, abhorreere à natura motum non continuatum, & in quo aliquid rei intermitteratur. Certe id dicit, quia natura semper amat motum per breuissimam viam, & quod natura fertur, nisi impediatur, ita semper fertur: potest tamen intermissio rei fieri, vel cum impeditur, vel cum voluntario motu quequam mouetur, vt homo, & reliqua animantia. Ad dicit Arist. hoc autem in his quæ secundum locum, & in aliis motionibus constat. scilicet quod dictum est, de quavis specie motus intelligi debet, vocaturque res, id secundum quod motus sit, vt in latrone loco, in comitatuone qualitas. & si quid ab infimo: supremum locum fertur, in medium incidit prius: atque si quid, quod calidum est, frigidit, tepidum sit prius, quam frigidum: atque ita si quæ substantia candida, nigra est futura, colorem aliquem mediocre prius induat necesse est. Et quia extremi contrarii in his definitionibus esse facta mentio, explicat quid sit contrarium, id quod generatim aliis locis indicauit: modo verò contrarium loco explicat. Vt contraria in quouis genere sunt: quæ à seipsis distant maximè, ita in loco quæ distant loco maximè, id verò ita definitur: Quæ distant maximè secundum lineam rectam. Nam linea recta, quæ à quouis puncto in quouis punctu duci potest, certe cuiusdam magnitudinis est, neque certa illa potest esse longior, aut breuior. curua verò non est definita: nam nulla curua à puncto A ad punctum B describi potest, quia non possit esse minor, & maior alia describi. Meridè ergo distantia locorum linea recta est mensura: mensura enim esse debet definita, vt id quod metitur definitum. Explicat deinde Arist. quid dicatur esse deinceps. Deinceps est (inquit) in cuius medio post principium solum existentis, aut positione, aut natura, aut aliquo alio eius quod ita diuiditur, & cuius est deinceps, nihil est in eodem genere. hoc est, deinceps post rem aliam dicitur esse illam, inter quam & ea nihil eiusdem generis est: id verò

contingit esse, aut positione, aut natura, aut aliquo alio eius quod dicitur. vt domus est deinceps post domum, quia inter hanc & illam domum nihil est, atque natura sensitua est deinceps post alentem, quia inter hanc & illam nulla natura est, & color rufus deinceps post pallidum, quia inter hos non alius est color, & ternarius post binarium deinceps, quia nullus alius numerus interest. Hoc enim est, quod dicitur nihil eiusdem generis, vt linea post lineam, vnitas post vnitatem, domus post domum. aliud quod eiusdem generis non sit, nihil prohibet in medio esse. Nam et si inter domum & domum sit riuulus, domus erit deinceps post domum, non tamè si domus alia intersit: nam quod dicitur deinceps, post aliquid certum est deinceps, non post quiduis, sed post id quod est eiusdem generis. Continet etiam hoc verbum rationem posterioris: non enim vnitas est deinceps post binarium, neque luna prima est deinceps post secundam lunam: sed contra, binarius deinceps post vnitatem, & secunda luna post primam. Definit deinde, quid sit quod dicitur proximum (hoc est, quod vulgo dicitur immediate) est (inquit) quod deinceps existens tangit. definiti verò est, quid sit deinceps, & quid tangere: & quia in definitione proximi continetur deinceps, & in definitione deinceps continetur inter, reddit ad id quod dicitur inter, explicans in quibus sit. Inter declaratur per mutationem, mutatio verò omnis est in oppositis, & opposita sunt duplicia, quædam secundum contradictionem, vt bonum non bonum, album non album, quædam contraria solum, vt album & nigrum, dulce & amarum. Et in his, quæ secundum contradictionem opposita sunt, nihil est medium: constat ergo inter contraria solum esse inter, non etiam inter ea, quæ secundum contradictionem dicuntur. vt inter album & nigrum est fuscum, inter dulce & amarum salsum: inter dulce & non dulce, album & non album, nihil. Sed hoc est interpositum dicta occasione: redeo ad institutum. Proximum est, quod deinceps existens tangit etiam id, prope quod est. Continuum autem sive continuatum (inquit) est proximum quiddam. ita tamen differet ab eo, quod proximum solum dicitur, quod extrema tangentium non solum sunt simul, sed sit etiam vnum. Itaque fit continuum cum ex his, quæ sese tangunt sit vnum & totum

& totum duobus extremis, nō amplius manentibus, sed in vnum coeuntibus: atque ita continuum est: in his quæ nata sunt idē fieri per contractum: quæ scilicet nata sunt coëscere, sicutque tunc & vnum, & totum ex illis, vt solet fieri, aut clauo, aut glutine, aut tactu, aut copulatione. Quamquam ceræ, si quis rectè consideret, non sunt hi omnes modi verè continuationis: lignorum enim clauo facta affixio est, non continuatio, nisi etiam continuationem esse vis fasciculorum fune factam alligationem, aut in ætere esse aliquid puras, quod fune, aut clauo alligata sint. Neque quæcumque agglutinatio continuatio est, nisi durecente glutine, vnica ex eo & agglutinatis rebus substantia fiat, vt ossibus callo coërescentibus accideret solère scimus. Tactus etiam solet afferre vnitatem substantiæ & continuitatem, vt cera ceræ admota, & pix pici (ita verò fit in his omnibus, quæ sunt nata coëscere, ita dem vnitur. Copulatio (Græcè symphitis) fit, vt in his quæ interlunantur: nimirum admouentur primùm tactu, deinde communi alimento vniuntur ad continuatam substantiam. ita vniuntur vulnera diductæ partes: quæcumque demque occasio vniendi fit, tunc est continuum factum, cum in vnum totum, & vnā substantiam partes migrasuerunt. Ex his colligit Aristot. quod deinceps prius est ratione, quàm quod proximum, & proximū prius generatione, quàm continuum. Non enim omne quod est deinceps, est proximum, cum multa sint deinceps, quæ non tangunt, vt numeri: tamen omne quod proximum, est deinceps. Continuum etiam fit concretionem eorum, quæ proxima sunt, ergo generatione posterius est continuum: fit enim continuum concretionem eorum quæ se tangunt. In his verò, quibus non est tactus, id est, quæ non se tangunt, non est coalitus, neque continuum fiet ex his, neque omnia, quæ se tangunt, vniuntur: quare deinceps prius ratione est tactu, quia vniuersalium, & tactus coalitu & continuitate. Obiciet fortasse, si hoc ita haberet, oportere etiam numerum esse priorem magnitudinis: quia numerus est in omni eo in quo est deinceps, siue tangant, siue non; tactus verò & continuatio in magnitudine solum: tamen non ita esse, cum numerus fiat diuisione magnitudinis, vt superius est ab ipso Aristot. dictum: si enim numerus sit ex magnitudine, certè magnitudo ante nu-

Obijciunt.

merum est. Verum huic obiectioni ita est occurrendum, numerus quidem prior est magnitudine, nam magnitudo in corporibus solum est, numerus in his, & in rebus simplicissimis, & in ipsis corporum principis: siquidem primo lib. monstratum est ea esse tria: nihilominus fieri potest numerus ex magnitudinis diuisione, vt magnitudo constata est ex rerum multitudine: est tamen numeri ex magnitudine generatio, magnitudinis resolutio, quam constat in priora fieri, velut profectò elementa priora sunt concretis, tamen dissolutione concreti corporis, redeunt rursus elementa. Itaque & id quod deinceps est ratione prius, quàm proximum & continuum, & numerus, quàm magnitudo. Ex dictis colligit Aristot. fortasse aduersum aliquos antiquissimorum, etsi sint puncta vnitates separata: a rebus & per se, nō esse tamen idem punctum & vnitatem, quia habent passionem longè diuersas: quare etsi se parentur, aut separata intelligantur, erunt diuersa: nam puncta possunt tangere, corpus enim perfectè sphericum perfectè planum tangit puncto, vnitatum non conuenit tangere, sed esse deinceps has post illas. Deinde, inter quæuis puncta contingit esse, id est, est aliquid medium: nam omnis linea inter puncta est. fortasse melius diceret, nam inter omnia puncta linea est, sed tu ita intellige, ac si exemplo declarans diceret, inter quæuis puncta est aliquid medium, vt linea omnis inter puncta est: est verò inter quæuis puncta eiusdem continui aliquid medium, neque punctus potest esse proximus puncto in eodem corpore, quin fiat idem: tamen inter puncta cōtactus corporis perfectè sphericum, & perfectè plani, nihil interest. Itaque punctis hoc euenit, vt in eodem continuo non possint non habere aliquid medium, tamen vnitates non necesserit, etsi in eadem serie, aut eodem numero sint, habent aliquid medium. Quamquam enim prima & tertia habent mediā secundam, tamen secunda & prima habent nullam. Itaque punctus ab vnitates tot modis differt: quare etsi intelligant separata, tū vt res diuersè intelligenti debet. Non mirū si quis parū attendit, & parū caute legens hoc loco Arist. putet illū delirare. Nā contingere esse in illis aliquid medium, & non esse in his necessario aliquid medium, nō magis vident esse diuersa, quàm si quis dicat, hoc differt Petrus à Ioanne.

quod Petrus potest sedere, Ioanes verò nõ
necessariò sedet. Certè hac ratione non ma-
gis differet Ioannes à Petro, quàm Petrus à
seipso: nam & ipse Petrus potest sedere, &
non necessariò sedet. Sed non oportet Ari-
stor. calumniari, sed explicare, additis his
quæ deficiunt, si modò id fieri possit: scimus
enim huc autorem præ nimia breuitate, et-
si aliquando diuagatur plus fatis, reliquisse
multa obscura, & difficilia.

CAPVT QVARTVM.

Vnus autem motus dicitur multis
modis, nam vnum multis modis dici-
mus. Genere ergo vnus secundum figu-
ras prædicationis est: latio enim omnis
lationi genere vna, alteratio autem à
latione diuersa genere, specie autem
vna, cum genere vna existens, & in-
diuisibili specie sit, vt coloris quidem
sunt differentiæ: igitur alia specie deni-
gratio, dealbatio omnis ergo dealbati-
onis eadem secundum speciem erit, &
omnis denigratio denigratio: deal-
bationi autem non est. Quapropter
specie vna dealbatio dealbationi om-
ni. Si autem sunt quedam, quæ gene-
ra simul & species sunt: constat ergo
quod specie quodammodo vnus erit,
simpliciter autem vnus specie non. vt
disciplina si scientia species est existimati-
onis genus autè scientiarum. Du-
bitabit autem aliquis, an sit specie vni-
cus motus cum ex eodem idem in idem
mutetur, vt vnus punctus ex hoc loco
in hunc locum iterum atque iterum:
si autem hoc est, erit circulatio rectè la-
tioni eadem, & circutio ambulationi.
An determinatiũ est, cū aliud sit specie
id in quo, aliud esse motum: circulare
verò à recto specie est genere diuersum,
ergo & specie motus vnus hoc modo

est, simpliciter autem vnus motus, qui
substantia vnus, & numero. Quis au-
tem huiusmodi, constat diuidentibus:
tria enim numero sunt, circa quæ dici-
mus motum vnum quod, & in quo,
& quando. Dico autem quod, quia
neesse est esse aliquid id quod moue-
tur, vt homo, aut aurum: & in aliquo
hoc moueri, vt in loco, aut passione: &
aliquando, in tempore enim mouetur
quiduis. Inter hac verò ipsum esse gene-
re aut specie, vnus est in re, in qua sit
motus: quod huic est proximum, erat
in tempore: esse verò simpliciter vnum
in his omnibus, etenim in quo vnus
oportet esse, & indiuiduum, vt speciem,
& rursum ipsum quando. vt tempus
vnus & non intermittere, & quod
mouetur vnus esse, non secundum ac-
cidens. vt album nigrescere, & Cory-
scum ambulare. vnus autem, & Co-
ryscus & album, sed secundum acci-
dens, neque commune, fiet enim simul
duos homines eadem sanatione sana-
ri, vt ophthalmia, sed non vnus hic, sed
specie vnus. Socratem autem eadem
alteratione alterari specie, in alio au-
tem tempore, & rursum in alio: siqui-
dem contingit, quod corruptum est,
rursum fieri vnus numero. sit quidem
& his vnus, sin non, idè quidem, vnus
autem non. Habes autem dubitatio-
nem etiam huic similem, nunquid vna
est sanitas, & vniuersim habitus, &
passiones substantia sunt in corpori-
bus: moueri enim videntur habentia,
& finire: si verò eadem & vna est ma-
nè & nunc sanitas, cur non & cum

intermit-

intermittens acceperit rursus sanitatem, & eadem, & vna numero sit: eadem enim ratio. Verum hoc interest, quod si duo ita numero, & habitus necesse est, vnus enim numero actus vni numero. Si autem habitus vnus forte alicui non videatur esse aliquo modo vnus etiam actus: cum enim quiescerit qui ambulat, non est adhuc ambulatio, rursus autem eo ambulante, erit: si igitur vna & eadem, continget idē, & vnum corrumpi, & esse saepe. Haec igitur sunt dubitationes, praeter praesentem considerationem. Quoniam autem continuus est omnis motus, & eū qui simpliciter vnus sit, necesse est continuum esse, quandoquidem omnis est diuisibilis, etsi continuus, vnus: non enim omnis fiet continuus omni, sicut neque aliud quidpiam cuiq; quiduis, sed quorum extrema vnum: extrema autem quorundam non sunt, quorundam sunt, sed specie, & equiuoca: quo modo enim cohaerere possint, aut vni extremum fiat linea, & ambulationis: contigui ergo sint & qui non sunt eūdem specie, neq; genere: currens enim aliquis ardeat statim, & velut lampas ex deductione, latio contigua, continua autem non est, ponitur enim continuum, quorum extrema sunt vnum: quare contigua & deinceps posita sunt, eo quod tempus sit continuum, continui verò quod ipsae motiones: hoc autem cum vnum extremum factum fuerit ambobus. Quapropter necesse est eundem specie esse, & vnius, & vno tempore motum simpliciter continuū

& vnum; tempore autem vt non inter sit quies: nam in intermittente necesse est cessare. multi ergo, & nō vnus motus, inter quos est quies. Quare si quis motus statione intercipitur, neq; vnus neque continuus, intercipitur verò tēpus, eius verò qui specie non est vnus, haudquaquam, etsi non intermittitur tempus: tempus enim vnum, specie autem motus alius. vnum enim necesse est, & specie vnum esse, hunc autem simpliciter esse vnum non est necesse. Quis igitur motus simpliciter vnus, dictum est.

¶ Qui motus sit vnus, & qui multi, explicat hoc cap. dicit, in primis vnum motum tribus modis dici, vt & aliud quiduis, genere, specie, & simpliciter. Genere vnus (inquit) motus est secundum categorias, hoc est, illi omnes motus, qui ad formas eiusdem categoriae sunt, eiusdem generis sunt, qui ad formas diuersarum categoriarum sunt diuersi genere. vt lationes omnes sunt genere vnus motus, & alterationes omnes: tamen latio ab alteratione genere differt. Neque ex his quidem sit, vt enarratores plerique putant, motum esse eiusdem categoriae, cuius est forma, ad quam quid mouetur: sed etsi motus omnes ad categoriam passionis pertinent, vt ipsum moueri, tamen accipiunt differentias primas a terminis ad quos. Neque verò latio ab alteratione genere differt, ita vt nullum genus sit illis commune: nam alteratio & latio vtraque motus est, & motus est genus quoddam categoriae passionis: sed differre genere dicimus, quia sunt diuersa motus genera, quanquam omnia ea vnica ratione cōmuni motus sint. Specie vnus motus est, cum genere vnus existens, & indiuisibile specie sit, hoc est, cum non tantum genere, sed etiam vltima specie, & quae in alias species diuidi non possit, vnus est. Addit, vt coleris sunt species. quasi dicat, sunt enim indiuisibiles species motus, non aliter accoloris, ita verò & saporis, & aliorum generum qualitatū. nimirum vt candor candori est specie vnus, candor verò à nigritate

Motus ad
quam cate
goriam per
tinet.

specie diuersus, ita dealbatio dealbationi vnus specie motus, à denigratione specie diuersus. Quod fit (inquit) hinc quædam species, que non sunt vltimæ, sed sunt simul genera & species, constat esse motus quosdam, quædam ratione vnum, & genere & specie. vt si scientia est species quædam existimationis (vt scilicet existimatio esse potest, sciētia, opinio, aut fides) & est genus ad scientias singulas, vt ad Cosmographiā, & Arithmeticam: constat disciplinas (ita vocat eam mutationem, qua comparatur scientia) omnes esse vnum motum genere & specie, etsi non indivisibili & vltima. Hic etiā constat satis nondum omnino exactè differere Arist. de motu, scientia enim non comparatur motu, vt neque alius quispiam habitus: verū hoc ipsemet docebit. sed vt magis explicet, qui motus sint specie vnus, rogat, an quicunq; motus sunt eiuſdem ab eodē in idem, sint vnus numerus: vt si punctus A moueatur à puncto B in punctum C bis aut ter, an necesse sit duos illos, aut tres motus esse specie vnum: videtur enim ex dictis de bere esse. siquidem ex eo ad quod itur, semper hucusque cepimus differentias motus, si autem hoc sit, fiet vt circulatio, & motus rectus sit vnus specie motus, & circuitio & recta deambulatio. Nam potest A ferri à B in C, recta B — C, aut per lineam curuam B — C. Respondet, determinatum esse, cum differat specie id in quo motus fit, motus differre specie. motus ergo rectus, quia per lineam rectam fit, differat à circulatione, quæ fit per curuam: quia linea recta differat à curua. Genere igitur (inquit) & specie motus vnus hoc modo est. Verū oportet hic parum considerari, atque cōsiderare quo pacto differant specie illi duo motus, qui in hypothesi sunt positi, cum sint in eundem terminum, nam omnes motus dici ab eo in quod itur, dictum est supra, & rursus dicitur paulò post ab eodem Arist. Neque verò id aliis solum motibus, sed lationibus etiā accidit: ascensus enim à descensu non aliter videtur differre, quam quod alter in superum, alter in infernum locum lato fit. Respondet Arist. differre circulationem à recta latione, non eo in quod itur, sed specie eius in quo, aut per quod: exterius nō explicat, neque enarratorum quisquam, cur cum aliis generibus motus solum id, in quod motus fit, differentiam specie faciat, in latione verò id etiā per quod. Neque explicat an

in lationibus id solum, per quod faciat differentiam, an id etiā in quod præter ad hoc aliquid: proinde me oportet id explicare. In alteratione nihil est: per quod præter ipsam formam, quæ paulatim comparatur, & tēpus. Quid enim aliud est, per quod fiat calfactio: spatio enim non est oportet tempus non habet differentias, quæ possint facere differentias alterationum, nisi vis calfactionem, quæ fit manè, aliam specie esse ab ea quæ fit vesperi, aut meridie. Forma, quæ paulatim comparatur, est ipsa, ad quam motus fit: nihil ergo aliud est. Et qualitas omnis, ad quam alteratio fit, habet species, & diuersas, & contrarias, secundum quas alterationes similes, aut diuersi, aut etiam contrarii motus esse possint. Latio verò non tantum tempore, sed spatio etiā quodam fit, ita vt quiuis punctus mobilis per spatium, dum mouetur, lineam quandam ducat, quæ linea potest figuris specie diuersis esse, recta scilicet, aut curua: atque hoc ipsum per rectam, aut curuam lineam ferri forma quædam diuersa mouendi est. Quapropter latio nō tantum iam ex eo ad quod itur, sed ex ratione & forma qua fit, differentias accipere potest, id quod circulationem à motu recto facit differre: atque in ipsis circularibus, & in rectis seorsum inuenimus, deinde differentias ex terminis, quæ statim sequenti capite magis declarabimus, nunc reliqua huiusmodi diuisiōne eorum, quæ in quouis motu sunt, dicit constare. Nam tria sunt, circa quæ motus potest esse vnus, aut non vnus, quod, & in quo, & quando. Quod, est id quod mouetur, nam in quouis motu est aliquid quod moueatur, vt homo, aut album. At quod in aliquo mouetur, in loco enim, aut passione. Et mouetur etiā aliquando, nam motus omnis fit in tēpore: nater hæc tria id in quo est, quod facit esse vnum motum genere, aut specie. Nam vnus genere, aut specie motus est, qui ad eiuſdem generis, aut specie passionem est. Post id in quo, siue ad quod (idem enim est) sequitur tempus, quod potest esse idem, facietq; maiorem vnquam: tamen etsi ad eandem specie formam eodē tempore motus sint, non est satis vt simpliciter vnus, sed oportet vt motus, quo simpliciter sit vnus, in bis tribus vnus sit, in quo

& tem.

& tēpore, & quod ita accidit in quo fit vnū, & indiuisibile, vt species, ita scilicet vt vnica appellatio fit, scilicet cādor, aut nigrities, aut vna alia forma: & ipsum quando fit, vt vnum tempus, & sine intermissione, ita scilicet vt quod moueri cōeperit nulla temporis parte motū intermittat, & id quod mouetur, debet esse vnum, non quidem per accidens, vt Coryfcus & albū vnum est, quia Coryfcus est albus. Neque cōmune, vt duo homines cōmuni ratione sunt idem, sed debet esse vnum singulare, & per se vnum: nam aliter cū Coryfcus albus ambularet, & nigresceret, vtroq; motu ambulandi, & nigrescendi esset vnum quod moueretur, sed non est, nisi per accidens. Atqui si satis esset esse vnum cōmune id quod mouetur, fieret vt duo homines si ophthalmi laborantes curaretur, sanarentur eadem simpliciter sanatione: ratione non est ita, quia non sunt duo illi vnus simpliciter, sed specie vnus. Sed dubitare possis hoc loco cur, quo motus simpliciter vnus sit, requirit Aristor. ab eo quod mouetur, vt sit vnum numero, & singulare, & tempore vt sit cōtinuatum, ab eo in quo nihil aliud, quā vt sit indiuisibile, vt species, an quia si id quod mouetur est vnum singulare per se, & tempus vnum cōtinuatum, accidentia quę specie vna sint, non possunt non esse & numero vnū: iam verō idem numero neque esse, neque moueri in diuersis locis potest: quare satis fuit dicere id in quo debere esse indiuisibile, vt speciem. Quod vero op^o sit, quo motus sit vnus, ne tempus intercipiatur cessatione, aut quiete, probat deinde aliquanto fusius. Si (inquit) Socrates eadem specie alteratione alteretur diuersis temporibus, vt si hodie calefacat, deinde cesset, rursum calefacat cras, certē si idem quod semel corruptum est, potest iterum oriri, idem simpliciter motus sit, sed si non potest, erit idem motus specie, vnus autem simpliciter, & numero non erit. Igitur pendet decisio presentis disputationis, an quo sit vnus motus, tempus debeat esse vnum, ex ea dubitatione, an possit quod semel corruptum est redire. atque non aliter possumus negare debere esse tempus vnum, quā concedendo posse corruptū redire, quod apud Arist. adeo absurdum est, vt apud illum hac ratione effectum sit, tempus debere esse vnum. Rursum hic est quaedam alia similis dubitatio, vnde nascitur etiam obiectio, an sanita-

tas sit in nobis vna, & vniuersis quibus habitus sit idem, an semper fiat alius & alius: nam videtur mutari semper sanitas, siquidem corpora habentia sanitatem sunt semper in fluxu, aliis partibus effluentibus, aliis succedentibus: quare corpora ipsa mutantur, cū verō mutato subiecto necesse sit mutari habitus omnes, qui in eo sunt, videtur etiam sanitas mutari: si verō non ita est, sed eadem numero sanitas esse manē, & vesperi, cū non sit etiam eadem cū intermiserit: vt si qui sanari incipit manē, ad meridiū non habeat melius, & vesperi rursum sanus fiat: quare si eadem esse sanitas, quę manē, & quę vesperi sit, certē & sanatio, quę vesperi fit, sit eadem quę manē: quare actus, aut motus erunt vnus, si habitus est idem, ad quem itur. nam eadem videtur ratio esse actuum, & habituum. Respondet negando esse eādem rationem, quoniam (inquit) inter est, nā si actus est vnus, habitus est vnus, vt vna sanatio ad vnam sanitatem, vna ambulatio ad vnum locum: non tamen si vnus habitus (habituum passionis nomē hic de quouis motus termino dicitur) est etiam vnus actus: nam si quis ambulando etiam ab A in B, tamen in medio quiescat, & intermittat ambulationē, rursum verō ambulet, certē ex quo exiit ab A tendit in B, quare semper in eundē terminum, sed duas ambulationes fecit. Aliter si vnam fecit, sequitur semel corruptum redire, nam cū quieuit sublata erant mortio, quę rediit rursum: sed hoc non est verum, ergo motus erant duo, et si ad vnum terminū numero. Sed hærebis fortasse hic dubitans, cur non absurdū duos numero motus esse ad vnū numero terminum? certē causa est, quia ille terminus nō est vtrique motui proximus, sed vni proximus, alteri remotior. Nam si quis ambulat ab A in B, & quiescit in C: A — C — B primæ inambulationis terminus proximus est C, secundæ B, tamen si vtraque inambulatione tendit in B, ita si quis cepit calefcere, & cū comparasset gradū caloris, quieuit: rursum incaluit vsque ad duos gradus, certē duo calfactus fuerunt, quieuit enim in medio, sed vnicum habitū comparauit. nam prior calor & secundus, non duo calores, sed vnus calor est. fuit verō proximus primi motus terminus calor vnus gradus, secundi calor secūdi gradus. vt de ambulatione dictum est, ita de sanatione dictum intellige. Has dicit dubitationes

nes esse præter præsentē disputationē, quia etsi ad hanc disputationem pertinent, tamē earum decisio pendet ex disputatione alterius loci, an scilicet quod semel corruptum est redire possit: quod ad partem de ortu & interitu spectat. Nunc autem talem esse debere motum simpliciter: vnum ita probat. Quoniam motus omnīs est diuisibilis, omnis etiā motus est continuus: ergo omnis motus simpliciter vnus est continuus. Rursum si continuus est, est vnus specie: nā sicut non quæcunque res potest cuiuscunque alteri fieri continua, sed ea res solū, quarum extrema possunt esse vnum: extrema verò non quarumcunque rerum possunt vna esse, sed quarundam possunt, vt lineæ & lineæ, quarundam nō possunt esse vna, quia sunt specie diuersa & æquiuoca, vt lineæ & deambulationis: horum enim cū sint res ad eō diuersæ, quomodo extrema possint fieri vna? ita neque omnis motus potest omni motui fieri continuus, sed illi tantū qui sunt specie similes, diuisimiles verò possunt esse contigui, vt si aliquis currens antequam cesserit ad cursu ardere incipiat, certè cursus, & ardor sunt contigui, non tamen continui: nam continua sunt, quorum extrema sunt vnum, cursus verò & ardoris nullam extremum est idem: quare contigui & deinceps positi alius statim post alium sunt, cū tempus amborum est idem ita, vt nullum tempus intercedat, in quo nō aliquid eorum motum sit, velut si lampas ipsa circunductione inflammetur. Continui verò non sunt, quōd si solum tempus sit vnum, sed quōd ipse motus sit vna, eo quod vnum extremum sit amborum motuū: quare necesse est motum simpliciter vnum, & continuum esse, vnum specie secundum omnes partes, & vnus mobilis numero. Et vno tempore fieri, tempore autem vno fieri est, inquit, nō interitū quies: nam si motus est intermittens, necesse est in medio esse cessationem: quare multi erunt, & non vnus motus, inter quos est quies. Quare (inquit) si quis motus statione intercipitur, neque est vnus, neque continuus: at qui motus, qui specie est vnus, simpliciter neque continuus, cū intercipitur tempus cessationis inter partes motus. Is verò qui specie non est vnus, haudquaquam est vnus, aut continuus, etiam si tempus non intercipitur. Nam etiam si tempus sit vnum, specie est diuersus motus, sicut dicitur nuper ex em

plis. itaque motus, qui est simpliciter vnus, genere etiā, & specie est vnus necessitudo: non tamen qui genere, aut specie est vnus, est etiā necessitudo simpliciter vnus. Quis igitur motus sit simpliciter vnus, dictū (inquit) est, an omnis motus sit continuus procedente opere disputabilis: neque enim est omnium de hac re eadem sententia, sed quidam dicunt omnes esse continuos, quidam nonnullos, quōdam etiā nullos: modo illud vnum monere oportet, nulli sententiæ illarum repugnare Aristoteli. hoc loco etiam ponat omnem motum vnum esse continū. Nam qui dicit motū sensibilem intercipi multis cessationibus, dicit etiā nullū sensibilem motum esse vnum simpliciter, sed aggregatione multarum motuuncularum, singulas verò motuunculas concedit esse continuas. Itaque hic illud vnum dicitur quod est manifestum, motum omnem, qui ita vnus sit, vt nulla cessatione interciderat, continuum esse: nam est diuisibilis, & non diuiditur id quod est esse continuū: nam neque quod diuidi non est natum, neque quod diuisum actū est, est continuum, sed quod diuisibile, indiuisum tamē. Quōd si quis ponat motū sensibilem esse intercessum, & constare motuunculis, eas verò motuunculas esse indiuisibiles, motum omnem assertio. Nam cū sensibile motus sit diuisibilis, ponere diuisibile ex indiuisibilibus est statum. Bene ergo dicit Aristoteli, quia omnis motus est diuisibilis, omne motū vnum esse continuū. An verò sensibiles motus sint continui, an intercessi in sequentibus disputabitur.

¶ Dicitur etiā vnus qui perfectus, siue genere, siue specie sit, siue etiā substantia, vt in alijs etiā, quod perfectum est totum vnus est: est autē cum etsi perfectus est, vnus dicitur, si solum sit continuus. adhuc verò alio modo præter dicto, vocatur vnus motus, cui æqualis, ac similis: qui enim in æqualis est vt non videtur vnus, sed potius qui æqualis vt recta linea: inæqualis enim indiuisibilis. videtur autē differre, vt plus est minus. Est autē in omni motu quæ vniformiter, aut non, etenim

alterari aliquid possit vniformiter, et ferri possit per vniforme vt per circum-
 lum, aut lineam rectam, & circa ac-
 cretionem, aut decretionem, eodem mo-
 do. Vniformitatis autem est differen-
 tia, aliquando quidem ob id in quo mo-
 tus fit: non enim potest vniformis esse
 motus, non in vniformi magnitudine,
 vt motus per lineam fractam, aut reflex-
 zam, aut per aliam magnitudinem ea-
 rum, in quibus nulla pars ad aliam
 quampiam accommodata est. Est qui
 neque ob id in quo, neque ob tempus
 quo, neque ob id in quod, sed ob mo-
 dum quo, celeritate enim, & tardita-
 re aliquando distinguitur: cuius enim
 eadem celeritas vniformis, cuius non
 eadem multiformis: quare non species
 motus, neque differentia celeritas &
 tarditas, quod omnes differentias se-
 cundum speciem committetur: quare ne-
 que grauitas, neque leuitas, quæ in
 idem, vt terra ad seipsam, aut ignis ad
 ipsum. Vnus ergo etiam multiformis,
 quia continuus, sed minus, vt latiori
 accidit in reflexa linea: quod verò mi-
 nus, mixtio semper est contrarij. Si au-
 tem omnis vnus potest esse vniformis,
 & non, non sint certè qui specie nõ cõ-
 tinentur, ipsi vnus & continuus. Quo
 modo enim sit vniformis, qui ex alte-
 ratione compositus est, & latior: opus
 enim est vt conueniant.

¶ Refert nũc alios modos, quibus motus potest
 dici vnus, aut non vnus, seu maus alias ra-
 tiones vnitatis, aut multitudinis, nimirum
 omnibus in rebus idem est quod vnum, &
 quod perfectum & totum: nam perfectum

& totum est, cui nihil deest: contrà imperfe-
 ctum, & non totum, quod est vt pars, & vt
 res inchoata. Dicitur verò vnum aliquid,
 non solum ad multa, sed etiam ad id quod
 est vt pars: quasi pars non sit vnum, sed
 dimidium, aut tertia, aut quarta pars. ita di-
 cimus non vna hora concionatus est, non
 quod concionatus sit multis, sed quod non
 hora integra, & tota. ita (inquit) in motibus
 vnus dici potest, quia perfectus, non vnus
 quia imperfectus: siquæ, siue genere, siue spe-
 cie, siue substantia (quod substantia dicit v-
 num idem est quod simpliciter aut nume-
 ro) dicitur vnus. Nam motus vnus genere,
 aut specie, aut numero, potest esse perfectus
 aut imperfectus. Genere, vt motus antiaas-
 lium perfectorum est perfectus, motus affi-
 xorum non est vnus perfectus motus, sed
 veluti initium quoddam motus. Specie, vt
 circumductio orbium caelestium est vna
 perfecta circuitio, circumductio oculorum
 animantium non est vna circuitio, sed di-
 midiat, & imperfecta: non enim totus oculo
 potest omnino, ac perfectè in circumduc-
 ti, sed partim. Numero, vt si per hanc li-
 neam B — D — C fertur A corpus à B,
 pertingitque ad C, estque C locus natura-
 lis corporis ipsi A, perfectus vnusque nume-
 ro motus est motus tamen corporis A à B
 vsque ad D non est vnus, sed dimidiatus, &
 imperfectus. Alio modo dicitur motus vnus
 vnus, quia continuus, non vnus quia inter-
 cissus, tamè, vt dictum est, duo hi modi vni-
 tatis multum differunt: nam vnus motus con-
 tinuitate dicitur ad plures, estque qui non
 est continuitate vnus statim multi: vnus ve-
 rò perfectione non ad plures, sed ad non v-
 num. neque si quis non est vnus, statim est
 multi, sed vt quatuor dragmæ non est vna
 vncia, non quod sint multæ, sed quod neque
 vna, sed vnciæ pars. motus etiam intelligi
 potest continuitate vnus genere, specie, aut
 numero: nam cum disputatur an latior sit mo-
 tus continuus, generatim disputatur de la-
 tione. si queratur an motus rectus, dispu-
 tatur de specie: numero verò constat, vt qui
 vis singularis motus possit intercepti quic-
 tibus, constat non minus posse esse eundem
 motum, continuitate vnum perfectione nõ
 vnum, aut etiam contrà. Nam si A corpus
 feratur per lineam B — D — C, sique vt
 positum est eius locus C, & moretur nõn
 nihil in D, ita vt intercідatur motus, certè mo-
 tus à B in D est continuitate vnus, perfec-
 ctione

Atione non vnus. motus verò à B in C est perfectione vnus, & continuitate non est. Itaque perfectione & continuitate, aut contrariis, vnus & non vnus motus, his modis dicitur. Præter dictos est alius modus, quo vnus dicitur motus, videlicet qui sui similis est secundum omnes partes est hæc ratione vnus, qui dissimilis non vnus. vt certe non videtur esse vnus, sed is potius, qui est sui similis omnino videtur esse vnus. velut in lineis, recta est vna, refracta quocunque modo non est tam vna. Causa qua multiformis non videtur esse tam vnus, quam qui sui similis, quia multiformis est diuisibilis, id est, in diuersas conspicue partes diuisibilis (diuisibilis enim vt quocunque omnis motus est) videtur autem differre motus inæquales, vt plus aut minus, quia vt plus aut minus similis, ita plus aut minus vnus est. Potest autem quibus motus esse sui similis, aut multiformis: nam alterari potest aliquid vniformiter, aut non: crescere etiam potest, aut decrescere vniformiter, aut non: & latius fieri potest per vniformem viam, vt per circulum, aut rectam lineam. Vniformitatis autem, aut contrarii in latatione, duplex causa est: quando enim causa est in eo, in quo fit motus (vocat in quo ipsa via per quam nam latio, que non fit in vniformi magnitudine, non potest esse vniformis, vt motus per lineam fractam, aut reflexam, aut per aliam quamcunque, in qua partes cum partibus accommodatæ non sint. vt si sit linea partim curva, partim recta, hæc que partim ascendens, partim descendens, partim transuersa, cuius modi est hæc, certe non fit sui similis motus: nã secundum partes diuersas etiam ad species diuersas pertinebit: nam quod ita feretur, nunc circumageretur, nunc rectà sursum, nunc deorsum, nunc per transuersum feretur. Est etiam motus, qui neque ob id in quo, vt ob viam, neque ob tempus quo mouetur, neque ob id in quod mouetur, hoc est, ob affectum aut formam, aut denique terminum in quem feritur corpus, sed ob modum quo fit, est vniformis, aut multiformis: hæc autem modus est in celeritate, aut tarditate, motus enim cuius eadem est celeritas vniformis, cuius non eadem secundum omnes partes, multiformis. Ne intelligas ex dictis quocunque motu posse esse vniformem gratia eius in quo est, & eius in quod, & temporis: & præter hæc modi quo, qui sit in celeritate, aut tarditate.

Nam

Nam alteratio & accretio (nam nihil impedit hic accretionis meminisse) cum nõ agatur per viam vt latio, non possunt gratia eius in quo multiformes fieri, sed solum celeritate, aut tarditate: nam inæqualitatis, que secundum subiectum fit, vt si quis incalcescat plus cruribus, quam brachiis Arist. hoc capite non meminit. solum itaque celeritate potest fieri multiformis alteratio, & accretio. latio & hæc ratione, & eo in quo, quia id habet præter alios motus, vt fiat per quandam magnitudinem via. Quod dicitur gratia eius in quod, & gratia temporis, non vi deo cui motui conueniat, putoque non eo retulisse Arist. quod aliquis motus fit in multiformis gratia temporis, aut eius in quod, sed quod nullus. Possunt autem, vt mihi videtur, hæc in celeritate, aut tarditate contineri: nam celeritatem esse inæqualem, nihil aliud est, quam inæqualibus partibus temporis inæquales partes affectus, aut æquales partes affectus in inæqualibus temporis comparari. Sunt qui dicant Aristotelem hanc quãdam causam eius inæqualitatis, quæ gratia eius in quo contingit, omisisse: dicunt enim id in quo, non in causa figura, sed ob inæqualem resistantiam, quæ ex crassitie medi contingit, posse inæqualitatem facere. Sed hi falluntur, nam inæqualis resistantia medi non aliter potest inæqualitatem motus facere, quam inæqualitatem celeritatis faciendo. quorsum ergo Arist. refert inæqualis celeritatis causas, aut cur nõ accretionem, & claudis non meminerit, & aliorum omnium quæ inæqualitatis motuum possunt esse causas? Certè proximas solum causas oportuit referri: medium scilicet in latatione, & in omni motu celeritatem aut tarditatem: hæc enim omnibus motibus possunt accedere. vnde probat Arist. celeritatem, aut tarditatem non esse differentias, seu species motus, quia scilicet vtraque potest coniungi cum quouis motu: nam latio & alteratio & accretio potest esse celeris, aut tarda. Probat deinde celeritatem, aut tarditatem non esse grauitatem, aut leuitatem. Nã grauitas, aut leuitas tunc solum conferunt aliquid ad motum, cum aliquid feratur in suum ipsius locum, vt leuitas cum ignis in ignem (ponit ignem esse prope cælum) grauitas, cum terra in terram tendit. Celeritas verò & tarditas tunc etiam, cum contra naturam suam quidpiam mouetur, accidit: nam lapis potest sursum proici celerius, aut tardius.

Itaque

Gratia tẽo
potest eius
in qđ multiformis.

Vt ex
tarda non
sunt a species
ita motus.

Itaque dicit celeritatem & tarditatem, neque esse motum species quaedam, neque esse grauitatem, neque leuitatem, sed modum quendam motus. Probat rursum Arist. multiformem aliquo modo esse plures motus hoc modo. Multiformis potest esse continuate vnus, nam inaequalis celeritate, aut per lineam diuersam factus, potest esse continuus, tamen erit minus vnus, quam qui est continuus simul, & vniformis sed omne minus fit admittione contrarii, vt minus albus habet admittionem nigri, minus iustus admittionem iniusti, ergo qui minus est vnus rationem quandam habet plurimum. Rursum probat diuersos specie motus non posse continuum & vnus esse hoc argumento. Omnis motus vnus & continuus potest esse vniformis, aut non, sed nullus motus, cuius partes differant, potest esse vniformis, ergo nullus talis potest esse vnus & continuus. atque ita concludit hoc caput. In illa assertionem, omne minus habet admittionem contrarii, fortasse habebis, quia medium, quod per negationem dicitur, videtur esse vtroque extremo minus tale sine contrarii admittione. Et praeterea, nihil videretur interesse minus albi, aut magis nigri dicere: tamen interest multum. His obiectionibus ita occurritur. Omnis qualitas, quae in se habet remissionem, aut remissionem accipere potest, & secundum magis & minus dici, admittione contrariae remissionis fit: quare ipsum quale minus tale dicitur semper ob contrarii admittionem, non tamen statim quod minus tale est, est contrarium magis: non enim quibus qualitas potest appellacionem tribuere, sed quae modicitatem superat, vt non quoduis frigus facit rem esse frigidam, sed quod est supra gradum medium, siue quod est maius calore. Itaque minus calidum cum habeat plus caloris, quam frigoris, non est frigidum, quare neque magis minus est frigidum, nisi quis velit abuti comparatione, atque multo magis abuteretur, si quis illud quod est per negationem medium, nomine alicuius extremum appellat. vt si aërem, quia candore & nigritie caret, dicat nigriorem niue, & candidiorem atramento: quare neque atramento minus nigrum, neque niue minus album dici, nisi omnino improprie potest. Verè igitur Arist. dicit quod proprie minus tale est admittionem contrarii habere. Si quae de admittione contrariorum qualitatuum in eadem substantia dicimus, cupis fusiùs pertracta-

ri, lege. 4. cap. primi libri meorum Controuersiarum: nam locus hic non exigit plura.

CAPVT QVINTVM.

¶ *Definiendum praeterea est, qualis motus morui contrarius, & de quiete eodem modo. Distingendum verò primum, nunquid contrarius motus, qui ex eodem, & qui in idem, vt qui ex sanitate, ei qui in sanitate, vt & generatio & corruptio videtur, aut qui ex contrariis, vt qui ex sanitate ei, qui ex morbo, aut qui in contraria, vt qui in sanitate ei, qui in morbum, aut qui ex contrario ei, qui in contrarium, vt qui ex sanitate ei, qui in morbum, aut qui ex contrario in contrarium ei, qui ex contrario in contrarium, vt qui ex sanitate in morbum ei, qui ex morbo in sanitatem: necesse enim, aut vno alio quo horum modorum esse, aut pluribus: non enim est aliter contrarius esse. Est autem is qui ex contrario ei, qui in contrarium, non contrarius, vt qui ex sanitate ei, qui in morbum: idem enim & vnus, esse autem non idem est illis: quemadmodum neque idem est ex sanitate mutati & in morbum, neque qui ex contrario ei, qui ex contrario: simul enim accidit ex contrario & in contrarium, aut id quod in medio est. Sed de hoc postea dicemus. Sed potius in contrarium mutari videri potest causa esse contrarietatis, quam ex contrario: haec enim mutatio videtur ex contrario, illa verò receptio. Et dicitur quicumque ab eo, in quod mutatio fit,*

magis

Obiectio
nis dua.

Respondetur.

magis quàm ex quo, vt sanatio, qua in sanitarum, agrotatio, qua in agrotationem: superest ergo, qui in contraria & qui in contraria ex contrarijs, ei qua in contraria ex contrarijs, forte autem accidit eos, qui in contraria, & ex contrarijs esse, sed esse forte nõ idẽ. Voco autem quod in sanitate ei, quod ex morbo, & quod ex sanitate ei, quod in morbum: quandoquidem autem differt mutatio à motu (nam mutatio ex subiecto in subiectũ aliquod motus est) qui ex contrario in contrarium ei, qui ex contrario in contrariũ motus contrarius, vt qui ex sanitate in morbum ei, qui ex morbo in sanitarum. Constat autem & ex inductione, qualia videntur contraria esse: nã agrotare ipsi sanari, & discere ipsi de capi nõ per se, in contraria enim. vt enim est scientiam, ita & deceptionem per se accipere, & per aliud, & sursum latio ei, qua deorsum, contraria enim hæc longitudine: & qua in dextram ei, qua in sinistram, contraria enim hæc amplitudine: & qua in anteriora ei, qua in posteriora, contraria enim hæc altitudine. Qui autem in contrarium solum, non motus, sed mutatio, vt fieri album, nõ ex aliquo, & quibuscunque nihil est contrariũ, qua ex illo ei, qua in illud mutatio contraria. Quapropter generatio corruptio in contraria, & receptio receptioni: ille autem mutationes quidem, motus autem minime. Motus autem in id quod in medio est, quibus contrarijs a liquid est in medio, vt in contraria mo

do quodã ponẽdũ est: vt cõtrario enim videtur medio motus, in virãnis paritẽ mutatio fiat. vt ex fusco quidẽ in albũ, vt ex nigro & ex albo in fuscum, vt in nigrum: ex nigro autem in fuscum, vt in album ex fusco. nam medium ad verunquẽ dicitur contrariõrum quodammodo, quemadmodũ dictũ prius est. Motus ergo motui hoc modo est cõtrarius, qui ex contrario in contrariũ ei, qui ex contrario in contrarium.

¶ Satis apertè explicat Arist. qui motus sint contrarii. Id verò hac ratione iuueſtigat. Motus cõtrarii esse possunt, aut ob terminos à quib⁹ sũt, aut ob terminos in quos: in his verò videntur non posse plures modi esse quã quinque. Aut dicuntur contrarii, cum alter est in idem, ex quo alter, vt is qui ex sanitate ei, qui in sanitarum, vt etiam generatio & corruptio videntur esse contrarii: nã mirum generatio est in subiectum, corruptio ex subiecto. Aut dicuntur contrarii, qui sunt ex contrarijs, vt qui ex sanitate, & qui ex morbo. Aut dicuntur contrarii qui sunt in contraria, vt qui in sanitarum, ei qui in morbum. Aut dicuntur contrarii, cum alter ex contrario, alter in contrarium, vt qui ex sanitate ei, qui in morbum. Aut qui ex contrario in contraria, vt qui ex sanitate in morbum, ei qui ex morbo in sanitarum. Itaque necesse (inquit) est aut vno modo, aut multis horum contrarios motus dici. Sed eo modo, quem diximus (huc enim rescindit primum, vt facillimum) cum alter ex contrario, alter in contrarium, minime facit cõtrarios motus: nam potius est idem, idẽ enim motus est à sanitate in morbum, et si ratione diuersa sint, moueri à sanitate, & moueri ad morbum. Neq; inquit, secundus modus, cum videlicet ex cõtrarijs sunt, facit motus contrarios: nã si quid mouetur ex contrario, accidit etiam ei moueri in contrarium, aut in medium, quod rationem vtriusque contrarii habet, vt postea dicetur. nunquam ergo contrarii sint motus solum, quia ex contrarijs, sed alia etiam ratione accedente, quod scilicet in contraria sunt: sed ratio contrarii magis esse videtur

in contrariis ad quæ quàm à quibus itur. Nam ab eo à quo est recessus quidam, eius tamen in quod est receptio quædam, & motus quibus appellatur ab eo quod res quæ mouetur recipit, ut si magnitudinem recipit accretio, si qualitatem alteratio, ut etiam si sanitatem sanatio, si morbum ex grotatio: ab iisdem ergo recipiet rationem contrarii, à quibus speciem: quare ab iis ad quæ itur magis, quàm à quibus itur. Superfunt ergo duo modi, quibus motus contrarii fiant, primus qui in contraria, ut qui in sanitatem & morbum: secundus qui ex contrariis in contraria. Videtur non opus esse hunc vltimum modum addere, quia videtur accidere necessario, si quæ mouetur in contraria, ut ex contrariis statim moueantur, etsi fortè sint res ratione diuersæ moueri in contraria, & ex contrariis. ut moueri in sanitatem, & moueri ex morbo, & moueri ex sanitate, & in morbum ratione diuersa sunt, etsi necessario videantur, quæ in morbum ex sanitate, & quæ in sanitatem ex morbo moueri. Hoc non affirmat Aristoteles, sed argumentandi gratia, id quæ dubitanter dicit. non enim verum est, si quæ mouetur in contraria, moueri ex contrariis: nam ex eodem possunt diuæ res in contraria moueri, velut si in hac linea A—C—B moueantur duo à C, alterum in A, alterum in B. Colligit ergo Arist. ad decisionem questionis properans, quandoquidem differt mutatio à motu (mutatio ut in initio huius libri dixit, est ex non subiecto in subiectum, aut ex subiecto in non subiectum, motus verò ex subiecto in subiectum aliquod) motus contrarius erit, qui ex contrario in contrarium ei qui ex contrario in contrarium, hoc est, contrarii motus erunt, qui ex contrariis in contraria, ut qui ex sanitate in morbum, & qui ex morbo in sanitatem. Probat verò deinde inductione & exemplis tales esse motus contrarios. egrotare & sanari talia sunt, ex contrariis videlicet in contraria, & discere & decipi, siue vtrunque quis per se faciat, siue per alium (potest enim quis discere & dediscere per se, aut ab alio doctus, persuasus: verum ut contraria sint eodem modo dicantur ambo) & lationes sursum & deorsum contrariae sunt, quia supra & infra sunt contraria in longitudine: & lationes in dextram &

sinistram partem, quia dextrum & sinistrum contraria sunt in amplitudine: & lationes antroorsum & retrorsum, quia antè & retrò contraria sunt in altitudine. Medici ponunt aliam loci contrarietatem intrò & extrà, qua ad eam artem vtuntur mukum, sed in Physica non opus est illius meminisse, quia semper est aliqua harum trium pars: nam nihil potest moueri extrorsum, quin simul dextrorsum, aut sinistrorsum, antroorsum aut retrorsum, sursum aut deorsum moueatur. Probat deinde hanc consequentiam, quia motus differt à mutatione, contrarii motus sunt, qui ex contrariis in contraria: nam supererant duo modi, qui in contraria solùm, & qui ex contrariis in contraria, sed in contraria solùm esse est mutationem: nam fieri album ex nulla substantia subiecta, & fieri nigrum mutationes sunt, non motus. motus ergo contrarii sunt qui ex contrariis in contraria. Videbitur Aristoteles per obliuionem omississe modum quendam illorum quinque, ut scilicet contrarii sint, cum alter est in illud, ex quo alter: modò hunc quocumque modum excludit dicens, hoc accidere his etiam rebus, quæ contraria non habent, ut linea potest deficere à rotunditate, & alia potest in ea figura fieri, quæ quidem mutationes sunt, ut generatio & corruptio, non motus. Hæc ratio Aristotelis non est, ut verum fatear, satis firma: nam qui velle ita definire contrarios motus diceret, sunt motus duo, quorum alter est in id à quo alter, aut sunt motus in contraria. Neque possent hæc definitiones mutationibus cõgruere, cum non sint motus, & nomen motus locum generis in his definitionibus teneat. proinde alius firmitioribus rationibus videtur esse opus, atque fortasse erit satis illa, quam Aristoteles ipse insinuat, cum duo corpora feruntur à contrariis extremis ad idem medium, feruntur contrarii motibus, tamen non feruntur in contraria, ergo non est ratio contrariorum motuum ut sint in contraria, ita si in hac linea A—B—C duo ferantur, aliud à B in C, aliud ab A in B, alter motus est in idem à quo alter, tamen contrarii non sunt, nulli ergo illarum rationum est contrariorum motuum. Sed prima illa obiectio, non tantum hanc,

*Introrsum
Ex extrorsum
sum distinetur
vtriusque.*

sed Aristotelis etiam definitionem refutat: nam si possunt esse motus contrarii, qui non sunt in contraria, ceret & qui non sint ex contrariis in contraria. Verum huic obiectioni Arist. ita respondet, cum duo feruntur ab extremis in medium, etsi in idem ferantur, ferri tamen vt in contraria, quia medium habet rationem vtriusque contrarii, vt fuscum cum albo nigru, cum nigro coarsu album est. ergo ferri à duobus contrariis ad idem medium, est velut ferri in duo contraria: nã quod ex albo fuscum fit, velut in nigru fertur, quod ex nigro, velut in albũ. hoc est quod Arist. responderi, quod vt perspicue dicitur, nihil aliud est, quam medium, cum ex contrariis ad illud itur, contrarias rationes inducere, esseq; velut duo contraria, vt fuscum cum ex albo fit, habet ratione nigri, cum ex nigro albi: huius verò nulla alia ratio est, q̄ quòd id quod ex albo in fuscum mouetur mouetur versus nigrum, quod ex nigro in fuscum versus album. proinde ego distinctioris doctrinae gratia ita statuo, motus contrarios esse, qui sunt versus contrarios terminos. ita in linea A—B—C motus à C in B, & ab A in B contrarii sunt, quia etsi in idem, tamen a sunt versus contraria. At qui ego non addiderim, à contrariis versus contraria, sed satis esse puto dicere, contrarios motus esse eos qui sunt versus contrarios terminos: nam si in illa linea duo corpora ferantur à B C, alterum à B in A, motus erunt contrarii, etsi ab eodem termino fiat, sed quia versus contraria: contrarios verò esse non est dubiu. Nã si motus ab A in C, & à C in A contrarii sunt, cum sint motus simplices, & illorum partes sint contraria: motus verò à B in C est pars motus ab A in C, & motus à B in A motus à C in A. nulla ergo alia ratio est satis vera, & factus contrarioru motu, quam q̄ sint versus contraria. Dicitur autē versus aliud moueri (nam hoc aduerbium non explicuit Arist. inter localia cap. 7. huius libri) quod illi motu semper propius sit, etsi non attingat. dicitur proprie de latione, transfertur verò etiã ad alterationem: nam quod ex albo fuscum fit, versus nigru, quod ex nigro versus albũ mouetur, ita sunt motus contrarii, sed quia ab eodem debere motus recipere rationem contrarioru, à quibus species recte paulo ante de sententia Aristotelis dictu est, constat etiã appellationes specieru debere motus accipere ex terminis versus quos fiunt. atq; ita

cõtingit, nã eũ qui sursum versus ascensum, qui deorsum, descensum vocamus, etsi neq; ille ad suprema, hic ad ima vsq; sed em ducatur. Dicuntur quidẽ motus, cum nõ attingunt eos terminos à quibus accipiunt appellationes, imperfecti suo quisq; genere, velut si quis ex manifesta egitudine ad eã dispositione, quã medici neutra vocant, veniat, sanatus imperfecte dicitur: si à bona valetudine veniat ad illam dispositione, dicitur cepisse egrotare, aut egrotasse non satis manifeste. At qui quod modò dico ab Arist. sententia non discrepat re ipsa, tamẽ videtur ita distinctius dici, & intelligi posse.

¶ CAPVT SEXTVM.

¶ Sed quandoquidem non solum videtur motus motui contrarius esse, sed etiam quies, distinguendum est hoc. simpliciter enim contrarium motus motui, opponitur autem et quies: priuatio enim est, est autem modus, quo et priuatio contraria dicitur, quali autẽ qualis, vt ei qui secundum locum, quæ secundum locum. Sed hoc quidem nunc dicitur simpliciter. nunquid enim ei soli, quæ hic is qui ex hoc, aut in hoc motus opponitur: constat quidem quandoquidem motus in duobus subiectis, quòd ei qui ex hoc in contrariu, ea quæ in hoc sola, ei autẽ qui ex contrario in hoc, ea quæ in contrario. simul autẽ et inuicẽ contraria ipse: absurdũ enim si motus quidẽ contrarij sint. quies verò opposita nõ sint, sint autẽ quæ in contrarijs, vt quæ in sanitate ei, quæ ex morbo quies: motui autẽ ei qui ex sanitate in morbu. ei enim qui ex morbo in sanitate præter rationem est: motus enim idem, in quo fiat, quies actio magis est, quatenus accidit simul fieri

Contrarij
motus qui
versus con
traria.

Quil fit
versus a
liud motus
11.

feri cum motu. Necessè autem aut hanc, aut illam esse: non enim quies quæ in candore contraria ei quæ in sanitate.

¶ Definitum est, qui motus cui motui contrarias sit: nunc de quiete motui contraria differit. Quandoquidem inquit, non solum motus motui est contrarius, sed etiã quies motui. simpliciter quidè ac propriè motui motus est cõtrarius, nã sunt eiusdè generis differentiæ affirmatione dictæ: tamen quies etiã quodammodo motui contraria est. Nam quies est priuatio motus, est autem, modus quidam, quo priuatio contraria dicitur esse formæ, velut & in categoriis dictum est ab eodem Aristotele. atqui nõn quæcunque quies cuiusque motui est contraria, sed qualis quali, hoc est, cuiusdam quædam, quæ vide licet est in eodem genere, vt quiescere loco, & loco moueri, & alterari, & secundũ qualitatem quiescere, contraria sunt. Sed animaduertendum est quietem motui duobus modis posse cõtrariam dici, vno modo simpliciter, vt quies est, alio modo vt est quies in hac, aut illa re, vt in ima aut suprema regione, vel in sanitate aut morbo. Primo modo omnis quies omni motui eiusdem generis est contraria, vt quiescere loco & moueri loco quoquo versus contraria sunt: atque hoc modo cõsiderauit Arist. contrarietatem quietis & motus in categoriis. Secundo modo non est contraria quæuis quies cuius motui, sed etiam in eodem genere quædam cuiusdam, vt quies in supremo loco aut imo ascensui aut descensui, & sanitas sanationi aut ægroratiõni. Hoc secundo modo vult Arist. modò inuestigare quæ quies cui motui sit contraria: atque hoc est quod dicit, sed hoc quidem nunc dicitur simpliciter, id est, sed hoc simpliciter dicitur quietem esse motui contrariam, tamen oportet magis distinguere: nõquid ei quietis, sit solum qui ex hoc, an is qui in hoc motus opponitur? vt quieti in suprema parte is motus qui à suprema, an qui in supremam? Respondet Arist. quãdoquidem motus omnis est in duobus subiectis, id est, in eo à quo & in quod, ei solum motui qui est ex hoc in contrarium, eam solum quietem, quæ est in hoc esse cõtrariam, vt quies in loco imo ascensui, & ei motui qui ex contrario

in hoc eam quietem, quæ in contrario esse cõtraria, velut descensui quietem in suprema regione. simul autem dicit, & ipsas quietes esse inuicem contrarias, nimirum eas quæ sunt in terminis contrariis. Nam absurdum est ponere motus esse inuicem cõtrarios, vt ascensum & descensum, quietes autem non esse contrarias: nam dictum est proximo capite motus contrarios esse, quia in cõtrariis terminis sunt, termini autem motu sunt ipsæ formæ, in quibus quiescitur: si igitur quia in contraria tenditur, contrarii sunt motus, quietes potius contrariae sunt, cum in contrariis quiescitur. Sunt ergo contrariae quietes quæ in contrariis, vt quæ in sanitate ei quæ in morbo quieti contraria est, atque ea ipsa quies contraria est motui, qui est à sanitate in morbum. Nam præter rationem sit (inquit) dicere quietem in sanitate contrariam esse motui ab ægritudine: nam motus versus id, in quo est statio, quietatio est, hoc est, causa contrarietatis in rebus est in distantia naturarum: & inter motus qui sunt versus contraria, contrarii sunt: ergo in motu & quiete, motus qui est in contrarium quieti, est ei contrarius, vt qui in egritudinem quieti in sanitate. sed qui est versus eandem rem, in qua quiescitur, ad quietem facit rem accedere, estque quietatio quædam vt motus à morbo in sanitatem sanatio, sanatio verò & sanitas longè absunt à contrariis. Dicit, quatenus accidit fieri simul cum motu, hoc nihil est aliud, quàm explicite quam vocet quietationem, est scilicet ipsa quies quatenus potest fieri cum motu, id est, ipsa forma in qua quiescitur, cum motu coniuncta, velut sanatio est sanitas in motu, ita quies quæcunque est dicta ratione contraria motui, qui sit in contrariam quietem. Neque mirum quoddam quies duobus, quieti inquam & motui contraria sit, cum non sit eodem modo, neque contrarietate pari, sed alteri simpliciter, alteri vt priuationi: sed quoniam dictum est quietem quæcunque contrariam esse motui qui sit in quietem contrariam, constat cuiusque motui debere esse contrariam hanc aut illam, eam videlicet quæ est in termino à quo, aut eam quæ in termino ad quem: nam hæc sunt contrariae, aliæ verò quietes non sunt illis contrariae: nã quies in albedine non est contraria quieti in sanitate, quia à sanitate ad albedinẽ, aut contrarium nõ est motus, cum albedo & sanitas cõtraria

Quietatio quid.

non sunt. Itaque docet Arist. quietes in contrariis terminis contrarias esse, & quamcūque earū motui in contrariam quietem, et si non eodem modo, sed vt explicuimus.

¶ Quibuscunque autem non sunt contraria, horum mutatio quidem est opposita ea qua ex ipso, ei que in ipsum. motus autem non est, vt que ex ente, ei que in ens: & quies quidem harū non est immutabilitas autem, atque si aliquid sit subiectum, quod non ens, ea immutabilitas qua in ente, ei qua in non ente contraria. si autem non est aliquid non ens, dubitare possit aliquis cui sit contraria qua in ente est immutabilitas, et si quies est. Si autem hoc, aut non omnis quies motui contraria, aut ortus & interitus motus: manifestum igitur, quod quies non est dicenda, si non & ipsi motus. Simile autem quiddam & immobilitas. Contraria autem, aut nulli, aut ei que in non ente, aut corruptioni: hac enim ex hac generatio autem in illam.

¶ In mutationibus etiam, que secundū substantiam contingunt, considerat Arist. modum, quo dici possunt contrariæ, non possunt tamen eodem modo dici, quo motus: motus enim contrarii sunt qui sūt in contraria, sed eūdem substantiæ nihil sit contrarium, mutationes in substantiā nō possunt contrariæ dici, sed dicuntur alio modo, ea videlicet que in ens, aut in re ipsam, et que ex ente, siue ex re ipsa contraria est, velut generationi corruptio, quia generatio est mutatio in hominē exempli gratia, corruptio est mutatio ex homine: ergo mutatio in ens contraria est mutationi ex ente, tamen nō est motus. & harū mutationum nō est quies, sed est immobilitas quædam, velut hoc ipsum manere in hominis aut equi formā nō est propriè quies, sed immobilitas quædam. Addit Arist. non affirmas sed disputas, si nō ens, hoc est materia,

aliqua res est que possit per se subsistere, ea immobilitas que est in ente, vt verbi gratia in homine, contraria erit ei in mobilitate que erit in materia: si autē materia nō est res aliqua talis, vt perfectō nō est, dubitare possit aliquis, cui sit contraria ea immobilitas que in ente, vt que in homine: & possit etiā dubitare, an ea immobilitas sit quies. si autem hoc quis affirmet, hoc est, eā esse quietem, fiet, aut nō omnem quietē esse contrariā motui, aut ortū & interitū esse motus: quando quidem ergo probatū est prius omnē quietem esse contrariā motui, & ortum & interitū motus nō esse, cōstat eam nō esse quietē, siquidē illi nō sunt motus, sed est immobilitas quædam similis quodammodo quieti, & illi respōdens proportionē, quia videlicet est ea immobilitas in mutationibus, vt quies in motibus: ea autem est contraria aut nulli, aut ei que in nō ente, aut corruptioni. Nulli quidē est propriè contraria, nā vt foras in quā est māsio nō est contraria, ita neq; māsio in ea forma, ei verō māsio, que in nō ente contrariā esse dicere omnī est absurdissimū: nā in non ente, hoc est materia, nō est māsio, corruptioni verō quodammodo contraria est māsio in ente, cur? causam reddat Arist. dicens, corruptio enim est ex hac, id est, facit re recedere ab hac immobilitate, generatio verō corruptioni est contraria in hac ergo manere in hac forma quodammodo contrarium est corruptioni, quia generatione comparatur.

¶ Dubitet autem aliquis cur in mutatione secundum locum sint & secundum naturam & præter naturam & quietes & motus, in alijs autē non. vt alteratio hæc quidem secundū naturā, hac aut præter naturā: nō enim magis sanatio, q̄ eprotatio secundū naturā, q̄ præter naturā: neq; dealbatio aut deigratio, eodē aut modo & in accretione & decretione, neq; enim ipsa inuicē contraria, vt natura aut præter naturā, neq; accretio accretioni, & de generatione, et corruptione eadē ratio. neq; enim generatio secundū naturā,

neque

neque generationem videmus hanc quidem secundum naturam, hanc autem præter naturam: an est istud quod violentia præter naturam, & corruptio corruptioni sit contraria, qua violentia, vt qua præter naturam essei, qua secundum naturam. Igitur & generationes quaedam sunt violenta, & non fatales, quibus contraria qua secundum naturam, & accretiones violentæ, & decrectiones, vt accretiones, eorum quicidò pubescunt ob alimentum, & frumenta qua celeriter crescunt, & non sunt adstricta in alteratione autè quomodo: sint enim quaedam violenta, quaedam autem naturales. vt quidam liberantur non decretorijs diebus, quidam in decretorijs: illi ergo præter naturam alterantur. hi autem secundum naturam: erunt ergo contraria corruptiones inuicem non generationi. & quid prohibet? est enim quomodo, etenim si hæc quidem suavis, hæc autem molesta sit: quare non simpliciter corruptio ni corruptio contraria, sed quatenus earum hæc quidem talis, hæc verò talis est.

¶ Non possum probare omnia, quæ Aristoteli hoc loco docet. Nam quod dicit non esse in reliquis motibus, vt in eo qui secundum locum, motum alterum naturale, alterum præter naturam, & quiete eodè modo, vtrūque intelligat, videtur mihi falsum: quare mihi hæc quam mouet dubitatio nullum videtur habere locum, nã quis probet, quod dicit non esse sanatio nem magis naturale, quam egrotationem, neque egrotationem magis præter naturam, quàm sanationem: quæ enim mutatio naturalis est: an non ea quam amat, & facit, aut iuuat ipsa rei natura? at uero sanationem facit ipsa natura hominis, natura siquidè est morborum medicatrix: causis verò facientibus

morbos natura hominis resistit: quo pacto ergo sanatio non est naturalis mutatio, & egrotatio præter naturam? iam verò in alijs alterationibus quis dubitet refrigerare aquam naturale esse, calefcere præter naturam: nã absurdum est quod quidam enarratores respondent, calefcere non esse aquæ præter naturam, quia ipsa aqua cõfert vim secundum materiam, quid enim est cõferre vim secundum materiam in non est materiam habere, secundum quam res sit eius alterationis capax? nullus ergo motus esse potest præter naturam, ne is quidè, qui secundum locum est: nã terra secundum materiam ascensus capax est, & ignis descensus, sed reuera hoc non est factus, vt naturalis motus fiat, sed opus est vt res ipsa vim quãdam internam habeat ad faciendum, aut iuuandum motum, eamque vim non passiuam (passiuam enim etiam id quod violenter patitur habet) sed effectricem, quid ergo sibi vult Aristoteli, negans alterationem alterationi contraria esse, quod altera naturalis, altera præter naturam sit, aut accretionem decrectioni, aut decrectionem accretioni, aut accretionem generationi, aut generationem corruptioni? ego enim contra omnino opinor, alterationem eam, qua res alterascit versus id quod ei est naturale, naturale esse, vt refrigerationem aquæ eam qua alterascit versus contrarium esse præter naturam, vt aquæ calfactionem: atque proinde quietem aquæ in frigore naturale esse, in calore præter naturam. Neque certè ratio est obscura, nã non minus amat res quæ suis naturale temperie, immouero fortasse multo magis, quàm locum, atque multo magis abhorret ab inreperie præter naturam, quàm ab alieno loco. In accretione aut decrectione eodè modo accidit: puerulis enim naturale est crescere, qui tabescunt præter naturam decrescunt, quibus tumor aliquis eorum, quos vocat medicis præter naturam, curatur, decrescunt naturaliter: velut contra cum inuenerat, creuerat præter naturam: quæque hæc non est accretio, aut decrectio proprie vocata, sed mea nihil refert, qui puto nullam accretionem proprie esse motum, mutatio verò quædam vtrūque facta accretio est. Itaque ego non video quid intersit hæc in re inter lationem & alios motus, nã si Aristoteli dicit non esse alterationem aliquam semper & rebus omnibus naturalem, & aliam semper omnibus præter naturam, certè neque latio, nã neque ascensus, neque descensus omnibus aut naturalis, aut præter naturam, si verò dicit non esse quãdam alterationes quibusdam rebus naturalibus, & quãdam præter naturam.

ram, vt lationes, certè fallitur, vt monstratū iam est: nam refrigeratio aquæ temper est naturalis, calfactio semper præter naturam, igni contrā: quare & alteratio, quæ vni est naturalis, alteri est præter naturam, vt latio. De generatione & corruptione non leuis quæstio est, an sint, & quo modo sint naturales, aut violentæ. Verùm de hac re est dictum à me satis in commentario capituli primi quarti libri Meteor. quem libellū ante hoc, vt meis medicis prodessem, dedi, ille locus est huic quæstioni accommodatissimus: hic obiter dicam, quæ illic demonstrati. Quadam ratione omnis ortus est naturalis, quia fert in id quod amat res quæ oritur, amat enim res quæ eius seipsam, & suam formam, tamen alia ratione, quidam sunt naturales, quidā nō. Eorum quæ vi feminis oriuntur, ortus naturalis est, quia suo calore elaborante materiam gentia sunt, quare à principio internot reliquorum verò nō, quia nihil conferunt ad suam generationem. Interitus etiam de sententia Arist. quidam sunt naturales, hi scilicet, qui rebus tempore cōfectis conueniunt, quidā violenti, vt qui violentia inferuntur, vt cū homo suspenditur, aut trucidatur, aut vitæque necatur. Ego verò omnia interitus præter naturā esse illic probauit, & externam causam habere natura re vitæque inuante, imouero resistentem tempore quantum potest: sed habet nunc vtrunque, non enim hoc loco necesse est hoc examinare, Arist. 6. ca. 2. de celo dicit senectutem esse præter naturam animalibus, quia vt diximus quadam ratione omnia interitus, & omnia ad interitum via, & debilitatio, est præter rei naturā, quæ sese tueri tempore, vult, at quia omnis ortus est naturalis, hic verò non huius spectans, sed naturalem purā eam mutationem quæ fit, aut iuuatur ab interno principio, iuxta suā sententiam bene dicit (sentit enim naturalem rerū calorem deducere in interitum) non omnem generationem esse secundum naturam, neque omnem interitum præter naturam, senectutem enim naturalem esse. Dicit etiam non videri generationem alteram naturalem, alteram præter naturam esse, quod non dicit negans cum ino aliquas esse generationes naturales, aliquas non ad eum docuit 4. Meteor. & statim hoc ipso loco dicit addens, aut si est quod violentia præter naturam: sed non vt motus quidam naturalis rei alicui: quidam præter naturā,

ita generatio alicui rei sit præter naturā & aduersa sed dicit eam generationem, quæ fit violentia, vt ignis ab igne ex ligno, esse præter naturam quodammodo, hoc est, violentam, & non fatalem: eam quæ fit mutatione quadam naturali ex femine naturalem, & hac ratione illi contrariam. ita interitus eos, qui suo tempore citra violentiam veniunt homini ætate cōfecto, naturales esse, eos qui casu aliquo contrarios, & præter naturam. Hanc ipsam appellationem naturalis & præter naturam dicit posse esse in accretione & alteratione, nam quæ suo tempore crescunt, naturaliter dicuntur crescere, quæ verò ante tempus naturale crescendi, vt frumenta, quæ ante quæ radicibus terre hæreant, crescunt, præter naturam. ita & alterationes. Eos enim qui diebus decretorum rursus (vocaluntur dies decretori) quidam habent res naturalem quandam vim finiedi morbos, qui sunt quasi fatales morborum terminum) liberantur à febre, naturaliter tunc liberari dicimus, eos qui præter medici expectationem ante id tempus, præter naturam. Itaque (inquit) contrarias esse corruptiones, non generationes, sed corruptiones. Neque id (inquit) mirum est, cum alia corruptio sit naturalis, alia nō, faciendū id in moriendi genere tantam mutationem, vt altera sit molesta, altera sua uis, nimirum vt dicit Plato, mors, quam morbi & vulnera intulerunt, violenta est atque molesta, quæ verò senio paulatim ad finem deducere naturam: interitum repit, inter omnia mortis genera leuissima est, & cum voluptate potius quàm dolore fit. Ego quidem cum voluptate nullam interitum heri mihi persuasit, tamen cum minima molestia accidere eum, qui cōfectis ætate suo tempore accidit, certo scionam esse naturalem esse, id est, à principio interno non puto, sed quia cū ad eum statum venit corpus minima alteratio præter interitum mortem, ea est minime molesta, atque inquam ita sentio, non recito cum interitum naturalem dicere, quia accidit eo tempore, quo causis omnibus naturaliter operantibus necessitate quadam naturali solet accidere. Itaque vtrūque hæc in parte sentiat, verè dicit Arist. interitum quandam esse naturalem, quendam præter naturam: & proinde concedit corruptionem violentam esse cum naturam, non simpliciter, id est, nō quatenus corruptiones sunt, sed quatenus eorum hæc quidem ratio, id est,

Ortus & interitus vt sit naturalis.

Vnde a-
tar à cor-
dine A-
ristoteli.

Naturam
cum volu-
ptate.

est, præter naturam, hæc autem talis, id est, naturalis.

¶ Vniuersim igitur contrariae motiones, & quietes dicto modo sunt, ut quæ sursum ei, quæ deorsum: loci enim contrarietates hæc, fertur autem latione sursum natura ignis, deorsum verò terra, & contrariae sunt eorum lationes. Ignis enim sursum natura, deorsum verò præter naturam: & contrarius quidem, qui secundum naturam illius ei, qui præter naturam. & quietes eodem modo: nam quies supra, motui superne deorsum contraria. Fit autem terræ hæc quies præter naturam, motus autem hic secundum naturam: quare motioni quies contraria, quæ præter naturam naturali eiusdem: etenim motus eiusdem ita est contrarius. Alia enim secundum naturam eorum erit aut supra aut infra, alia autem præter naturam.

¶ Nunc in lationibus explicat qui motus & quæ quietes sint secundum naturam, & qui præter naturam. Vniuersim, inquit, contrariæ motiones, & quietes sunt dicto modo, id est, quæ versus contrarios terminos, & quietes quæ in contrariis terminis, velut latio sursum lationi deorsum, & quies supra quieti infra, quia hæc sunt loci contrarietates. & res quæuis naturaliter fertur in suam naturalem locum: quare si quid locum habet supra res alias, naturalis motus est ei is quo sursum itur, velut igni, qui cum sit rerum omnium tenuissima, sursum naturaliter fertur, si infra is quo itur deorsum, velut terræ, quæ quia est crassissima, fertur naturaliter deorsum. Et ea etiam ratione, qua secundum naturam, & præter naturam dicuntur, sunt earum rerum motus contrarii: nam ignis secundum naturam fertur sursum, præter naturam fertur deorsum. Et motus illius, qui est secundum naturam,

puta motus sursum, contrarius est ei qui illi est præter eam, puta motui deorsum. & quietes eodem modo. quies scilicet, quæ est præter naturam, contraria est motui naturali, & quies naturalis motui præter naturam, velut quies supra contraria est motui superne deorsum: terræ enim ea quies est præter naturam, & hic motus naturalis. Itaque quies præter naturam contraria est motui naturali eiusdem rei, & quies naturalis motioni præter naturam: etenim motus quoque eodem modo sunt contrarii, naturalis videlicet non naturali eiusdem rei, & cuique rei alius motuum est secundum naturam, is scilicet qui sursum aut qui deorsum, & alius præter naturam. Hoc est, quod Aristot. docet de naturali motu, & præter naturam, quod tamen animaduersione indiget: non enim verum est omnibus rebus alterum eorum motuum esse naturalem simpliciter, alterum præter naturam, sed de his solum id verè dici potest, quæ extrema semper loca amant, ut terra imum, & ignis summum: aëri aut aquæ neuter motuum est simpliciter naturalis, sed ut accidit præter naturam locatum esse, nimirum aqua sub terra posita ascendit non minus naturaliter, quam cum est supra aërem descendit. Itaque si quis me roget utrum sit aëri naturale ascendere, an descendere, neutrum simpliciter respondebo, sed ferri in locum suum (eum locum ordinis esse declaratum est supra) per breuissimam viam. nam si dicis aëri naturale esse ascendere, concedes ergo præter naturam esse ei descendere: quare & ex regione, quam igni tribuunt, præter naturam descendere in locum proprium & naturalem, id verò est absurdum: quare res venit intelligenda, ut ego explicui. alterationis eadem ratio est, nimirum his rebus, quarum natura amat extremos qualitarum gradus, semper alter motus est naturalis, & contrarius præter naturam, velut aquæ frigescere est simpliciter naturale, calefcere præter naturam: quia aqua amat summum frigus: sed rebus, quarum natura amat qualitarum aliquam mediocritatem, nulla alteratio est simpliciter naturalis, aut præter naturam, sed nunc hæc, nunc illa, ut res fert, velut qui morbo frigido laborat, naturaliter calefcit cum sanatur. hic idè si laborat rursum morbo calido, frigescit naturaliter, nimirum unicuique rei est naturalis is motus, quo transit ad naturam, est is, quo recedit à sua natura, est præter naturam.

Motus ergo naturalis & præter naturam hoc modo est.

¶ *Habet autem dubitationem, an sit omnis quietis, qua non semper est generatio & ipsa ipsum stare. Eius igitur quod præter naturam quiescit, ut terra supra, sit quidem generatio: cum igitur ferebatur sursum violentia, quiescebat, sed quod quiescebat semper videtur ferri celerius, quod autem violenter contra. non igitur factum quiescens erit quiescens. Adhuc videtur ipsum quiescere præcipue dici, aut omnino esse in latiore naturali in suo locum, aut accidere simul.*

¶ Certè hoc loco Aristot. non tantum obscurè, sed enigmaticè scribere videtur: nã quid non habet enigmati simile illud, quod quiescebat semper videbatur ferri celerius: nam si quiescebat non ferebatur, quare neque celerius, neque tardius. Sed considerandum est hoc loco hoc verè quiescere Græcis γαθαι duobus modis dicit: nam & quæ persistunt alicubi non mutata locum dicuntur quiescere, & quæ laborem remittunt, etsi mouentur dicuntur quiescere. atque hoc modo dicta quies non tam est contraria motui, quam labori. laborare verò possumus non tantum mouendo, sed manendo etiam: quare quiescere hoc modo possumus, non tantum manendo, sed mouendo etiam. velut cum quieti stecimus multum tempus, insubuliamus quiescendi gratia. hoc modo videtur hic Aristote. verbo quiescere. Atque mouet dubitationem, an eius quietis, qua non semper est, sit generatio aliqua, & ipsa quietis generatio sit ipsum stare, hoc est, laborem remittere: videtur enim hoc ita esse. Nam quies, quæ non semper est, sed nunc est, nunc non est, sic aliquando: ipsum autem fieri quietem, quid aliud esse potest, quam quiescendi gratia moueri, & laborem remittere. Velut si is qui stabat, sed ut quiescendi gratia, ipsum federe est lesionem fieri. sed si hoc ita est, igitur (inquit) quietis etiam violenta, qualis est terra supra, sit generatio quæpiam:

nam talis quies non semper est. ergo cum terra ferebatur sursum violenter, quiescebat, id est, remittebat violentiam aut laborem, quem patiebatur. hoc tamen est falsum, quia quod mouetur violenter, non quiescit mouendo: quod enim quiescit mouendo, quanto plus motus durat, tanto mouetur celerius. ut lapis superne deorsum proiectus semper comparat eundo celeritatem maiorem, quod violenter mouetur contra semper remittit eam celeritatem, qua cepit moueri, ut lapis proiectus inferne sursum: ergo quies violenta non est facta mouendo. Igitur erit (inquit) quiescens quod non est factum quiescens, etsi non semper quiescat. Præterea, videtur (inquit) ipsum quiescere, hoc est, ipsum laborem remittere dici præcipue, & omnino de naturali motu. Nam moueri violenter est magis laborare: magis enim laborat, hoc est, maiorem violentiam patitur lapis proiectus in superiore regione, quam manibus sustentatur. Hoc loco illud insinuat Aristot. naturalem motum esse ob naturalem quietem, & ipsum naturalis quietis generationem esse naturalem motum, facta per hunc remissione eius violentiæ, quam res extra locum suum detenta patiebatur, atque ita naturaliter moueri quiescere esse quodammodo: tamen violentum motum non fieri ad quiescendum, neque hanc esse quietis violentæ generationem, sed utrunque & motum, & quietem etiam violentam fieri videtur, & externa vi. Illud etiã quod obiter docet, naturalem motum semper fieri celeriorè, cum qui violenter tardiorè, causa est, quod naturalis sit in: perit interno, qui ipso motu augetur, violentus sit impetu externo, qui semper extinguitur. nam limitatione quadã indiget. Nò enim res violenter proiecta in ipso egressu mouetur celerissime, sed in initio & sine motu tardissime, aliquãto post in initio celerissime, id a pertissimè sentitur ipsis in rebus. Plaga enim quantum eadem vi infligantur non tantum dolore inferunt, si prope verberantis manum accipiantur, quantum si aliquanto remotius. nimirum paulatim concipiunt res imperum exterarum, & paulatim celeritatem comparant, quam ubi comparauerunt, sensim amittunt. Res etiam quæ mouentur naturaliter, cum incipiunt moueri, habent celeritatem quadã aliquanto maiorem,

*Naturalis
est. I. aut
metuere
pauca &
instans
ca
lentiam.*

rem, quam paulo post, quam vt remiserunt, nouam aliam cōparant, quam semper deinceps augent. itaque naturalis motus cōtra omnino fit, ac violentus. Hic enim in initio, & sine est tardissimus, ille in medio tardissimus, in initio, & sine celerrimus. Prima celeritas tantō maior est, quanto maior vis erat eius, quod violentius prius detinebat: ita enim videmus res quæ vi externa detinebantur, tātō celerius erumpere, quātō vis erat maior, nimirum repugnātia maior continentis maiorem vim apponere faciebat. Hæc vis, quæ ob repugnāntiam detinentis apponitur, languescit sensim, & ita tardior fit motus, rursus res mouendo nouum apponit impetum in fine. Itaque quod Aristot. dicit ita venit intelligendum, violentum motum tardiozem fieri semper, postquam res iam concepit externum impetum: naturalem semper fieri celeriozem, postquam is impetus, qui apponebatur ob resistentiam detinentis elanguit.

¶ Habet autem dubitationem, an cōtraria sit quies quæ hic aliquo modo motui, qui inde est. Cū enim mouetur ex aliquo, sicut etiam dimittit, ad huc videtur habere id quod dimittitur: quare si hæc quies cōtraria est motui, inde in cōtrarium, simul aderrunt cōtraria, aut quodā modo quiescit, si manet adhuc. Vniuersim autem eius quod mouetur, aliud quidem ibi, aliud autem in quod mutatur. Quapropter magis motus motui cōtrarius, quàm quies. Et de motione quidem, & quiete, & quo pacto vtraque vna, & quedam cōtraria quibusdam, dictum est.

¶ Dicitur est prius quieti quæ est alicubi cōtrarium esse motum, qui est inde, obicit nunc Aristot. contra hanc assertionem hoc modo. Cū res mouetur ex aliquo, aut dimittit aliquid, adhuc habet id quod dimittitur. velut quod mouetur à frigido in calidum, adhuc habet frigus, nam si nullum

frigus haberet, non moueretur iam, esset enim in summo calore: ergo quod mouetur, quodammodo quiescit: si manet adhuc id, à quo mouetur: quare si quies, quæ in hoc, est cōtraria motui qui ex hoc, duo cōtraria simul erunt. Hæc quæ per objectionem dicta sunt, non negat Aristot. sed concedit quodammodo id, quod ex aliquo moueretur, manere in eo, vnde mouetur: quare nunc scilicet partem eius retinet. Vniuersim enim (inquit) eius quod mouetur, hoc quidem est ibi vnde, hoc in eo in quod mouetur, hoc est omne quod mouetur, partim est, in termino à quo, partim in termino ad quem, vt quod calefit, partim habet frigus, partim calorem: nam quocunq; illorum omnino careat, cessabit motus. Neque mirum est cōtraria simul esse his gradibus, vt ex vtriusque nihil supra summum alterius gradum fiat, quin potius ira esse cōtrarias qualitates omnes, quæ intensiorem, aut remissionem habent admittas. i. libr. mearum Cōtrouersiarum cap. 4. monstratum est. Hinc inquit Aristot. fieri motum motui magis cōtrarium esse, quàm quietem motui: quia videlicet quies quadam ratione admiscetur cum motu, quatenus scilicet habere hanc formam, aut esse in hac forma, simul accidit, & moueri in cōtrariam: tamen motus cōtrarii nullam admisionem recipiunt, est enim duo cōtraria eadem res quibusdam gradibus habere possit, vt calorem & frigus, tamen moueri in duo cōtraria simul nullatenus res quæpiam potest: repugnat enim, quandoquidē quod fertur ab A recedit, quod fertur ad A accedit, quod accedit non recedit, & quod recedit, non accedit: quare accedit & nō accedit, recedit & non recedit. tamen si Galen. hoc minus fortasse considerans. 3. de simpl. med. facultate docere videtur posse rem eādem simul cōtrariis motibus moueri. sed nihil curo, fortasse ille non carebit commoda interpretatione. In multis codicibus est hic libri finis, sed in aliis etiā habentur hæc.

¶ Dubitet autem aliquis & de ipso stare, si & quæcunq; motiones sunt præter naturam, ipsa est quies cōtraria. Si igitur non erit absurdum, manet enim violentia autem: quare quies aliquid erit non semper sine generatione,

tione, sed constat fore. Nam quemadmodum mouetur præter naturam, & quiescit etiam aliquid præter naturam.

¶ Hæc verba interiecta hic esse puro erroris librorum, nam partim sunt repetita, partim male concinnata, neque quicquam continent vtile.

¶ Quando autem est quibusdam motus secundum naturam, & præter naturam, vt igni secundum naturam quidem sursum, qui verò deorsum præter naturam, nunquid hic contrarius, an qui terræ: hæc enim fertur deorsum secundum naturam. an constat ambos esse, sed non eodem modo, sed hic quidem vs secundum naturam, eius qui est secundum naturam, huius autem ipsius, ei qui sursum ignis, ei qui deorsum, vt qui naturalis est ei, qui

præter naturam. Similiter autem & quiescibus.

¶ Rogat Arist. cum res quæuis mobilis habeat duos motus, alterum naturalem, alterum præter naturam, & qui vni est naturalis, alteri præter naturam sit, & contrā, an motui contrarius sit motus præter naturam eiusdem rei, an naturalis rei alterius, velut igni latio sursum, est naturalis, deorsum præter naturam: terre contrā deorsum naturalis, sursum præter naturam. an ergo lationi sursum ignis contraria sit latio deorsum ipsius ignis, solum quia hæc est præter naturam: an etiam latio deorsum terre, quam sit naturalis: responderet ambas esse lationi illi contrarias, sed non eodem modo, nam motui sursum ignis motus deorsum terre vnica ratione est contrarius, puta quatenus motus, quia est versus contrarium locum, nam secundum naturam sunt ambo: sed motus deorsum huius ipsius ignis motui sursum eiusdem duabus rationibus est contrarius, & quatenus motus, & quatenus alter naturalis, alter præter naturam est. In multis codicibus post hæc est verborum quorundam, quæ scripta prius & explicata sunt, repetitio: ea tamen omnino inutilis: quare huius quinti libri hic esto finis.

Libertus sextus de Natura.

CAP. PRIMVM.



Sicut autem est continuum, & tangens, & deinceps, vt definitum est prius. Continua quidem, quorum extrema vnum, tangencia autem quorum simul, deinceps autem, in quorum medio nihil congener est, fieri non potest vt ex indiuisibilibus sit continuum, vt linea ex punctis: quandoquidem linea quidem est continua, pun-

ctus autem indiuisibilis. Neque enim vnum sunt extrema punctorum, non enim est hæc extrema, illa alia aliqua pars indiuisibilis. Neque simul extrema, nullum enim est extremum eius quod nullas habet partes, aliud enim extremum, & non extremum. Præterea necesse esset, aut continuata esse puncta, aut tangencia sese inuicem, ex quibus est continuum (eadem autem ratio est & in omnibus indiuisibilibus) continuata quidem non erunt

ob dictam

ob dictam rationem: tangit verò res quacunque, aut tota totam, aut pars partem. Quando autem partibus caret quod indiuisibile est, necesse est totum tangere totum, quod verò totum tangit totum, non erit continuum: continuum enim habet aliam & aliã partem, & diuiditur in ita diuersas, & loco separatas. Verùm neq; deinceps erit punctus post punctum, aut instans post instans, vt ex his sit longitudo, aut tempus. Deinceps enim sunt, in quorum medio nihil est congener: punctorum autem semper est quod in medio lineæ, & ipsorum nunc tempus. Præterea, diuidi posset in indiuisibilia, quia in ea diuiditur virunque ex quibus constat, sed nullum cõtinuum diuidi potest in impartibilia: aliud autem genus nullum potest esse medium inter puncta & inter instantia, si enim erit, constat aut diuisibile, aut indiuisibile futurum: atque si diuisibile, in indiuisibilia, aut in diuisibilia, hoc autem continuum: manifestum & omne continuum diuisibile in semper diuisibilia, si enim in indiuisibilia erit indiuisibile, tangens indiuisibile: vnum enim extremum & tangens continuorum. Eadem autem ratio est, & magnitudinem, & tempus, & motum ex indiuisibilibus cõponi, & diuidi in indiuisibilia, aut nullum, constat autem ex his Si enim magnitudo ex indiuisibilibus componitur, & motus, qui huius erit ex æqualibus motibus indiuisibilibus. vt si hæc *ABG* indiuisibilibus cõstat,

motus in quo *DEZ* quomouetur *O*, in spatio *ABG*, quancunque partem habet indiuisibilem. Si autem præsentem motu necesse est moueri aliquid, atque si mouetur aliquid, necesse est adesse motum, & moueri erit ex indiuisibilibus: ergo per *A* motum est *O* motu quo *D* motum est *Bautem* eum quo *E* & *G*. eodẽ modo quo *Z*. Si igitur necesse est quod mouetur vnde, & quod, non simul moueri, & motum fuisse, vbi mouebatur, cum mouebatur, vt si quis in Thebas vadit, nõ potest ire in Thebas, & in Thebas iuisse. motum ergo per *A* impartibilem motu est *O*, quatenus aderat motus *D*. quare si posterius peruenit, quam perueniebat, diuisibilis sanè sit. Cum enim perueniebat, neque quiescebat, neque peruasserat, sed in medio erat. Si autem simul transit, & transit quod vadit, cum vadit, motum ibi erit iam motum, vbi mouetur. Si autem per totum *ABG* mouetur aliquid, & motus quo mouetur, *DEZ* est, hunc autem impartibilem, quem in *A* non mouetur, sed motum est: sit quidem motus non ex motibus, sed ex motis, & moueri aliquid in motu. Quem enim in *A* tras: iuerit non transiens: quare erit peruenisse nunquam perueniens: hunc enim peruenit, nunquam perueniens hunc. Si igitur necesse est quiescere aut moueri quodcunque, quiescit autem secundum quodcunque horam *ABG*. quare erit aliquid continue quiescens simul & motum: eum enim qui in *A*

*B*G totum mouebatur, & quiescebat secundum quancunque partem, quare & totum. Atq; si indiuisibilia eius qui *D E Z* motiones, motu praesente contingere possit non moueri, sed quiescere. Si autem motiones non sunt, motum non ex motionibus esse: perinde autem opus ac longitudinem, & motum, & compari ex instantibus, quae sint indiuisibilia. Si enim omnis diuisibilis in minori aures, quod aequè velox transibit minus, & tempus erit diuisibile. Si autem tempus diuisibile erit, quod fertur aliquid per *A*, & is qui in *A*, erit diuisibilis.

¶ Cùm superiori libro explicuerit Aristor. motuū species, & qui sint idem, & qui multi, & qui contrarii motus, nunc quaedam passionis motus explicare, & quaedam antiquorum de motu sententias refutare vult: imprimisq; de motus continuitate agere incipit. atque differit de continuo hoc capite, monitans nihil quod continuatum sit, posse ex indiuisibilibus esse cōpositum, siue sit magnitudo, siue motus, siue tempus. Definitionē cōtinui scripsit. c. 3. libri superioris simulq; definitiones eius quod agit, & quod est deinceps eas definitiones hunc reperit, & accipit, hisque acceptis vtitur, confirmās id quod diximus. Argumentatur ergo primum à definitione. Si (inquit) continuum, tangens, & deinceps est, ut prius est dictū, continua quorum extrema sunt vnum, tangentia quorum extrema sunt simul, deinceps autem posita ea in quorum medio nihil eiusdem generis est, fieri non potest ut continuum constet ex indiuisibilibus, velut illicet linea, quae quidem continua est, ex punctis quae sunt indiuisibilia. Nam non possunt extrema punctorum esse vnum, nam extrema pars dicitur ad aliam partem, quae non est extrema, indiuisibilis ergo, cū non sint partes, non erit alia extrema, alia non extrema: quare omnino indiuisibilium non erunt extrema, quae possint fieri

vnum, quare non possint continua constare. Atque hac ipsa ratione constat puncta non posse tangere sese mutuo, nam non habent extrema quae possint esse simul: nam eius quod nullas habet partes, nullum est extremum. in eo enim in quo extremū est aliquid, aliud est extremum, aliud non extremum, ut dicebamus. Sed quorsum nūc diuertit Aristor. ad probandum: non posse puncta se tangere: videtur enim diuertisse ab instituto, cū probare cepisset, vnum illud non posse indiuisibilia continuum constare: certè ut ita colligas, si puncta neque continuata, neque simul esse possunt, certè nullo modo potest ex eis linea fieri, quod declarant mox sequentia. Repetit enim idē argumentum addens in secundam partem confirmationem nouam, ita dicens, aut puncta illa, ex quibus constata esset linea, essent continuata, aut tangenter sese (eadem autem ratio erit siue de instantibus temporis, siue motus argumentemur) continuata non possunt esse ob dictam nuper rationē, superest ergo ut tangendo lineam ea puncta facerent: res autem quaecunque alia tangit, tangit autem tota totam, aut pars partem, aut tota partem. Indiuisibile verò, cūm careat partibus, non potest tangere secundam partem, tanget ergo totum totum: sed quod totum tangit, totum non est continuum, continuum enim habet diuersas partes, & separatas loco: separat autem loco non erunt quae tangent se: totas secundum se rotas: igitur ex punctis neque continuatis, neque tangentibus potest continuum fieri. Supererat solidum, ut quispiam diceret lineam fieri ex punctis non continuatis, neque tangentibus, sed positis deinceps, & ordine quodam locatis, hoc quoque refutat Arist. dicens, Verum neque deinceps erit punctus post punctum, aut instans post instans, ita ut ex his constet longitudo, aut tempus. Nā deinceps posita dicimus ea, in quorum medio nihil eiusdem generis est, sed in medio punctorum semper est linea, & in medio ipsorum nunc, aut instantium ut dicunt, est tempus, atque in linea, aut tempore erunt alia puncta, aut instantia. Addit aliud argumentum Arist. si linea, aut tempus constaret ex punctis, aut instantibus, diuidi posset in indiuisibilia, nam utrumq; illorum, velut & res alia quaecunque, diuidi potest in ea, ex quibus constat, sed nullū continuum diuidi potest in indiuisibilia, ergo

ergo neque componi, sed videri possit Arist. his duobus argumentis accepisse id quod erat probandum: videlicet primum, inter quatuor puncta esse lineam; & inter quatuor instantia esse tempus, deinde nullum continuum diuidi posse in impartibilia, & in ea, quorum nulla partes sint; proinde in vtriusque confirmationem addit, aliud autem genus nullum esse potest medium inter puncta & inter instantia. quasi ita dicitur, puncta non possunt esse posita deinceps, quia non possunt esse continuata, neque se tangere, vt probatum est: quare aliquid est inter puncta, aut instantia: id verò non potest esse aliud genus rei, quam inter puncta linea, & inter instantia tempus. quod probat confirmans interim etiam illud aliud, puta continuum semper diuidi in diuisibilia. Nam (inquit) aut illud aliud genus rei esset diuisibile, aut indiuisibile. si indiuisibile, redibunt eadem argumenta, videlicet illud & puncta aut instantia neque continuata, neque sese tangere esse possunt. si diuisibilia, aut in diuisibilia, aut in diuisibilia: si in indiuisibilia, redeunt statim argumenta eadem: si in diuisibilia, rogabor rursum an in diuisibilia, an in indiuisibilia, atque ita procedendo respondendum erit semper diuisionem continui fieri per diuisibilia, aut redibunt eadem argumenta. Igitur est omne continuum diuisibile in diuisibilia, si enim diuidi aliquando possit in indiuisibilia, fiet vt indiuisibilia se tangant: nam eorum ex quibus continuum constat extrema vnum sunt, & se tangunt, vt superiori libro probatum est: non posse autem sese tangere in diuisibilia antea est probatum. Sed contingit hoc loco dubitare cur Arist. tam absurdum esse putet concedere duo puncta posse sese tangere, cum mostrent Cosmographi perfecte sphericum perfecte planum tangere in puncto, videtur fieri, si hoc ita est, puncta illa duo, alterum sphericum, alterum plani corporis sese tangere. tamen non est quoddam hoc quenquam conturbet: corpora enim sese tangunt secundum punctum, tamen puncta non sese tangunt, sed velut alia corpora se tangunt secundum superficies. superficies tamen ipsas, aut extremitates sese tangere non dicimus: tangere enim & tangi corporum est secundum extrema, non ipsorum extremorum. Adde deinde Arist. aliud argumentum, vt confirmet non posse rem continuum ex indiuisibilibus componi, aut in ea diuidi. Eadem

(inquit) ratio est magnitudinis, & motus, & temporis, aut ergo omnia hæc possunt ex indiuisibilibus constare, & in eadem diuidi, aut nullum: sed motus non potest componi ex illis, aut in illa diuidi, ergo nullum continuorum eandem esse rationem ita probatur. Nam motus fit per magnitudinem: atqui si magnitudo aliqua ex indiuisibilibus componitur, motus etiam, qui per eam magnitudinem fiet, constabit ex motibus æqualibus, & indiuisibilibus, vt si linea A—B—G habeat partes A & B & G indiuisibiles, & corpus O moueatur motu, cuius partes sint D E Z, certè & partes motus erunt indiuisibiles. Nam si præsertim motu necesse est rem moueri, & cum mouetur res, necesse est præsertim esse motum, cum illud moueatur ex indiuisibilibus, ex A scilicet in B, & hinc in G, ergo necesse erit esse motum in singulis partibus indiuisibilibus, velut in parte magnitudinis A erit pars motus D, & in parte B erit pars E, & in parte G erit pars Z, atque in indiuisibilibus motus erunt indiuisibiles, igitur si magnitudo potest constare ex indiuisibilibus, motus quoque constare possit. Probat deinde motum non posse ex indiuisibilibus constare hæc ratione. Si (inquit) necesse est quod mouetur vnde & quò (hoc est dictum per pleonasmum, nam omnis motus est à termino à quo ad terminum ad quem) non simul moueri, & fuisse motum, vbi & quando mouebatur, vt qui in Thebas, non simul abibit & abiit in Thebas, sed prius est moueri, quam motum esse, certè non possunt partes motus esse impartibiles. Nam si corpus O mouebatur per partem A, motum impartibilem, quatenus mouebatur partem motus D, fiet vt non prius moueatur, quam sic motus. Nam si posterioris peruenit, quam perueniebat, diuisibilis sanè sit is motus: nam cum perueniebat, antequam peruenisset, neque quiescebat, vt antequam perueniret, neque peruulserat, vt cum iam peruenit, sed erat in medio: in quo autem est prius & posterius, & medium diuisibile est. Quòd si quis dicat rem simul peruenire, & peruenisse, fiet rem cum mouetur, motum iam esse perfectè. Quòd si dicas cum mouetur corpus O per A—B—G, motus D E Z moueri per totam lineam, tamen in singulis partibus, vt in A non moueri, sed mutatum esse, sic hinc motum non constare ex motibus, sed ex mutatis esse, vt rursus fiet moueri

moueri aliquid non motum: nam cum transierit, quem corpus fecerit in A, transferit, non transferit, & contingit aliquid venisse, nunquam veniens. Nam illud O, uenit ab A in G nunquam perueniens. Nam neque in A, neque in B, neque in G, quare huc totum motum peruenit nunquam perueniens hunc. Atque si necesse est quodcumque quiescere, aut moueri, fiet ut illud O per totam illam magnitudinem moueatur simul, & quiescat: nam per totam mouetur, atque cum in nulla illius parte moueatur, fit ut in quacunque illarum quiescat. Si autem in omni parte quiescit, & in tota magnitudine: quare quiescet simul, & mouebitur. Præterea, si partes illæ indiuisibiles D E Z sunt motus, contingit præsentem motum non moueri, sed quiescere. Nam cum erit præfens pars D, aut E, aut Z, erit motus præfens & tamen non mouebitur corpus. Si autem illæ partes non sunt motus, fit motus non componi ex motibus, sed motum esse rem multiformem, & quam uocant eterogeneam: hæc autem omnia sunt absurda, non potest ergo motus componi ex indiuisibilibus, ut neque magnitudo. neque quidpiam aliud continuorum. Tandem alio argumento probat eandem rationem esse magnitudinis, temporis, atque motus, atque si quod horum est semper diuisibile in diuisibilia, hæc omnia esse, atque si quod illorum fit indiuisibile, aut ex indiuisibilibus constat, omnia hæc esse talia, ut cum monstratum iam sit, neque magnitudinem, neque motum talem esse, constat neque tempus posse tale esse, atque neque aliquid continuum omnino. argumentum uero est huiusmodi. Si omnis magnitudo diuisibilis est, quod æquali uelocitate mouebitur, pertransibit spatium minus illa magnitudine in minori tempore, ergo illud tempus, quo pertransibatur magnitudo, erat diuisibile, alioqui non esse: aliud minus illo: si autem tempus, quo O mouebatur per A, partem spatii erat diuisibile, certe & is motus, qui erat in solo A, erat diuisibilis secundum tempus: igitur si magnitudo est diuisibilis, tempus quoque est, atque si tempus, motus quoque: quare si motus est indiuisibilis, & tempus, & magnitudo: sed multis argumentis ducentibus ad absurdum demonstratum est motum non esse, ergo constat nullum continuum esse indiuisibile, aut ex indiuisibilibus constare: quod sanè Arist. facit superius; monstrauit.

CAP. SECVNDVM.

Quando autem omnis magnitudo diuisibilis (monstratum enim est non posse continuum constare ex indiuisibilibus, magnitudo autem omnis continua) necesse est quod celerius in tempore æquali plus, & in minori æquale, & in minori plus moueri, ut definiunt quidam quod celerius. Sit enim quod in O A celerius B. quod in O. quando uidem ergo celerius est quod prius mutatur, quo tempore A mutabatur à G in D, ut in Z H in hoc B, nondum erit in D, sed deficiet: quare in tempore æquali plus pertransiet quod celerius. uerū tamen & in minori plus illo: in quo enim A factum est iuxta D B, quod tardius est, erit iuxta E, igitur quoniam A iuxta D factus est in toto tempore Z H, iuxta T erit in minori hoc, & erit in Z H. igitur G T quod percurrit A, maius est quam G E. tempus autem Z H minus quam totum Z H. quare in minori percurreret plus. Manifestum autem ex his, quod & celerius in minori tempore percurreret æquale: nam quando quidem maiorem in minori percurrerit, quàm quod est tardius, idem autem secundum seipsum acceptum, in maiori tempore maiorem, quàm in minori, ut hanc L M hac L Ss. maius quidē sit tempus P R, in quo L M percurrerit, quàm P S, in quo L Ss. quare si tempus P R minus erit, quàm P X, in quo quod tardius est percurrerit L Ss & P S minus est, quàm in quo P

X, minus enim quam *P.R.* quod autem minori est minus, & ipso minus, quare in minori mouebitur aequale. Adhuc autem si necesse est quodcūq; aut in aequali tempore, aut in minori, aut in maiori moueri, & quod in maiori tardius, quod in aequali aequè velox, quod autem celerius, neque aequè velox, neque tardius, neque in aequali quidem, neque in maiori moueatur quod celerius, superest ergo in minori: quare necesse est & aequalem magnitudinem in minori tempore percurrere quod celerius. Quoniam autem omnis motus in tempore, & in omni tempore potest aliquid moueri, omne autem quod mouetur potest celerius & tardius moueri in omni tempore, erit celerius moueri & tardius. His autem ita habentibus, necesse est & tempus continuum esse. Dico autem continuum, quod diuisibile est in semper diuisibilia: hoc enim continuo posito, necesse est continuum esse tempus. Quoniam enim monstratum est, quod celerius in minori tempore percurrere aequale, sit in quo *X* celerius, in quo autem *B* tardius, & moueatur quod tardius eam magnitudinem, in qua *G D*, tempore in quo *Z H*. Constat igitur id quod celerius in minori quam hoc motum iri eandem magnitudinē. atqui moueatur in *Z T* rursum, quoniam quod celerius in *Z T* percurrat totam *G D*, quod tardius in eodem tempore minorem percurret. Sit ergo in qua *G C*, quandoquidem *B* quod tardius in *Z T* tempore hanc *G C* per-

currit celerius, in minori percurret: quare rursum diuidetur tempus *Z T*. hoc autē diuiso, & magnitudo *G C* diuidetur eadem ratione. Si autē magnitudo, & tempus, & semper hoc erit accipientibus post celerius quod tardius, aut post tardius quod celerius, & vrentibus eo, quod monstratum est: diuidit enim quod celerius tempus, & quod tardius longitudinem. Si ergo semper conuerſi verum est, conuerſo autem semper sit diuisio, constat omne tempus esse continuum. Simul autem constat, & magnitudinem omnem esse continuam: easdem enim & aequales diuisiones tempus, & magnitudo diuiditur. Adhuc autem & ex consuetis rationibus constat, quandoquidem tempus est continuum, & magnitudinem: quandoquidem in dimidio tempore dimidium percurretur, & simpliciter in minori minus. Eadem enim diuisiones erunt temporis & magnitudinis.

¶ Persistens in eadem materia de diuisione infinita continui, probat hoc capite primū quia diuisibilis semper est magnitudo, & tempus quoque esse tale, deinde quia tempus diuisibile est, & magnitudinem talem esse. Itaque duo hæc eodem modo habere, & easdem esse illorum diuisiones. Atque probat hoc acutissimè argumentis à celeritate & tarditate motus, atq; deinceps eisdem argumentis probat, duo hæc magnitudinē & tempus, eodem modo esse infinita, & finita: hæc q; eò tendunt, vt quaedam argumenta Zenonis diluantur. Primum ergo ita argumentatur, Omnis magnitudo diuisibilis est (monstratum enim est prius omne continuum esse semper diuisibile, magnitudo verò continuum quoddam est) & motus omnis potest fieri celerior aut tardior, ergo quod celerius mouetur in tempore eodē, percur-

percurrit maiorem magnitudinem spatii, & in minori æqualem, & in minori maiorem, nam ita (inquit) definiuntur multi ipsum Velox: igitur si motus per quancunque magnitudinem potest fieri celerior, tempus quodcunque potest diuidi in aliud quod sit minus: quoniam omnis motus fit in alio quo tempore, & in quocunque tempore potest fieri motus, & quicunque motus potest fieri celerior, argumentum primū ita ducitur. Probat seorsum ea, quæ primo colligebantur, minori plus percurrere. vti utique linearibus demonstrationibus. Prima est, sit corp^o A celerius, & B tardius, & incipiant ferri simul à G in D, in tempore Z H, constat nondum in eo tempore S peruenisse in D, igitur in eodem tempore quod tardius est percurrit minus: quare quod celerius in eodē tempore percurrat plus. Est secunda demonstratio huiusmodi, sit linea, per quam ferantur A, quod est celerius, & B quod est tardius. G—E—T—D. atque quo tempore A venit à G in D, veniat S solum à G in E, sit huiusmodi tempus, Z H, atque quoniam A in tempore Z H venit vsque ad D, in minori tempore veniat vsque ad T. sit illud tempus Z H, constat verò lineam G T longiorem esse, quàm G E. quandoquidem ergo A venit vsque ad T, in tempore Z H, & B venit vsque ad E in tempore Z H, constat quod celerius est in minori tempore percurrere plus. Ex his dicit fieri manifestum posse quod celerius est in minori tempore percurrere æquale. idque ita monstrat. Quod celerius est potest, vt est monstratum, percurrere plus in minori tempore, & idē in minori tempore minus percurrit, quàm ipsūmet, ergo celerius quod percurrit plus in tempore minori, quàm quod est tardius percurrat æquale in minori adhuc. velut si sit linea minor L Ss, quam percurrit quod est tardius in maiori tempore, & L M sit maior, quam percurrit quod est celerius in tempore minori, constat id quod est celerius in maiori tempore percurrere L M, quàm ipsūmet percurrit L—Ss, ergo tempus, in quo percurrit L M, sit P R, & tempus, in quo percurrit L Ss, sit P S, tempusque quo corpus, quod tardius est percurrit L Ss, sit P X. Tempus P R minus est quàm P G, & P S est minus quàm P R, ergo P S est minus quàm P G. atque P S est tempus, quo quod celerius est percurrit lineam L—Ss, & P G est tempus, quo quod

tardius est percurrit eandem lineam, igitur quod celerius in minori tempore percurrit spatium æquale. Præterea in hanc eandem partem est aliud argumentum, quod percurrit idē spatium, quod aliud, aut percurrit illud æquali, aut maiori, aut minori tempore, quàm illud sed quod maiori percurrit est tardius, quod æquali non est celerius: ergo quod percurrit idem spatium, & est celerius, minori tempore percurrit. His monstratis constat, vt dicebamus, tempus esse continuum, id est, semper diuisibile, quia quouis tempore potest fieri motus, & quouis motus potest fieri celerior, quare potest quouis motus minori tempore fieri, potestque quouis tempore esse tempus minus. Probat deinde hac ipsa ratione, quia tempus est continuum, & magnitudinem continuum esse, & contrā. Nam sit A celerius, & sit B tardius, & tardius corpus per magnitudinem G D feratur, tempore Z H, constat ergo corpus celerius in minori tempore, quàm hoc sit motum iri per eandem magnitudinem. Sit ergo illud tempus Z T, cum ergo hoc corpus celerius illam magnitudinem percurrat tempore hoc, corpus tardius eodem tempore minorem magnitudinem percurrat. Sit ergo illa G C. quandoquidem ergo B, quod est tardius percurrit magnitudinem G C, tempore Z T, quod celerius eandem magnitudinem minori tempore percurrat. quare iam etiam tempus Z T diuidetur, & eo diuiso, rursum diuidetur magnitudo ponendo tardius, & rursum diuidetur tempus ponendo celerius, atque ita in infinitum, accipientibus nobis post tardius celerius, & post celerius tardius, & vterque tibus his, quæ demonstrata sunt. Nam vt consistit in hoc argumento addita celeritate diuiditur tempus, & addita tarditate diuiditur magnitudo spatii: si ergo semper conuertitur verum est, hoc est, si verè possumus semper ponere eandem magnitudinem à celeriori, aut tardiori percurri: facta autem hac conuersione semper fit diuisio, nunc tempus, nunc magnitudinis, constat omnem tempus esse continuum, simul autem constat & magnitudinem omnem esse continuam. nam eisdem, & æqualibus diuisionibus diuidantur, vt probatum est. Addit Arist. ex rationibus, siue proportionibus, quibus vti solemus, constare posse, si tempus est continuum, & magnitudinem esse continuum, quia idem corpus eadem celeritate in dimi-

dio temporis dimidium spatii percurrit, & in tertia parte tertiam, & in quarta quartam. ut quoties tempus diuisi potest, toties potest spatium magnitudo. Hic est consideratio ne dignum Aristotele, ut disputare, ac si continuum sit, quod est semper diuisibile, quod tamen videtur esse falsum. Nam ratio continui per se, ac in perpetuitate, siue continuitate esse videtur. Quare cum vnâquaque rem ex sua ratione & forma sit consentaneum definitionem accipere, videtur continuo dici debere quod non est intercisum, sed quantum, & continuatum, non quod diuisibile in infinitum sit. Nam tamen superior capite Aristotele recte monstrat omnem continuum esse semper diuisibile, non tamen hinc sit omne semper diuisibile esse continuum, nam quâquam omnis homo est bipes, non tamen statim, omne, quod bipes est, est homo. Ponatur enim verum esse quod


Gale. sentit
vna de motu.

Gale. de motu putauit, verum omnem sensibilem esse multoties intercisum, constanterq; ex multis insensibilibus transgressionibus separatis, constabit; totam circuitionem, quæ vna hora agitur, et si continua non sit, diuisibilem esse semper; nam quâquam transgressionem numero finitæ erunt, singule tamen erunt in infinitum diuisibiles. Ceterum hinc obiectioni ita responder Aristotele, hic de motu continuo, & vno loqui, at qui dictum est libro 5. cap. 4. motum intercisum non esse vnum, sed multos; quare si ponatur vera esse sententia illa, dicendum statim erit, motum horum non esse reuera vnum, sed vnum aggregatione: sed quæcumq; res quanta est vna non diuisa actu, si est diuisibilis in infinitum, est etiam continuata, atq; si continuata est in infinitum diuisibilis: quæ bene fecit Aristotele. qui cap. 3. quinti lib. vbi ex professo definiendum suscepit, id quod continuatum est, per rationem, & formam definiuit, per continuationem in quâ ipsam dicens, esse cuius extrema sunt vnum: hic verò non tam definiens, quàm argumentans à passione propria accipiens, dicit quod est semper diuisibile continuum esse. nimirum est passio propria continui diuisibilitas. at qui à hanc quoq; definitionem esse vis, fuerit descriptio quædam, nihil interest. Verum lubet hoc loco de ratione celeritatis & tarditatis motus disputare: quandoquidem Deceleritas habet haud leuem debitationem, & Aristotele nullum commodiorem locum toto opere præstabit, quæ scilicet causa sit, qua A per

Deceleritas
se & tarditas.

G—D, minori tempore percurrit plus quàm B. nam Aristotele monstrat quidem ita fieri, tamen cur fiat non dicit, neq; verò sit ita tus dicere, quia maiori impetu fertur, ac quia per rarius spatium, ut in disputatione de vacuo dicebatur, nam hoc quidem est dicere quæ sit causa celeritatis, non tamen quid sit ipsam celeritatem ferri. Gale. quidem ita respondet, percurrere A plus minori tempore, quia celerius fertur, ferri verò celerius esse minus morari in partibus spatii. Nam (inquit) quod citius percurrit, minus in partibus moratur, vnde colligit quod mouetur moras quasdam in partibus spatii facere, atque proinde censet, ut cepti disce, motum constare ex quibusdam transgressionibus, & quibusdam morulis, atque celeritatem esse breuitatem morularum, tarditatem earum longitudinem: quare cesset motus, si omnibus morulis careret, sed perpetuus esset & continuatus totus, haud quaquam celeritatem aut tarditatem fieri potuisse, neque mansiuiculas illas aut morulas esse posse celeriores, aut tardiores: sed has certe cuiuslibet celeritatis incommutabilis, mansiuiculas verò nunc longiores, nunc breuiiores fieri, atque hinc celeritatem, aut tarditatem nasci. Itaque siue impetus sit magnus, siue parvus, siue spatium densum, siue rarum, transgressionem sui similes semper fieri, morulas non semper æquales. Hanc sententiam Cointrouet suis explicui falsius, censuique non omnino improbabilem: tamen se melius considerata, video non accedere hinc motibus celeritatem. nam si infigatur in totâ extremitate ea quæ est in peripheria clauus, qui sit C, & propo centrum alius, qui sit D, velut in hac figura.

Galenus



Q

& cir

& circumducatur rotâ, constat totidem futuras transgressiones C, quot D. nam aliter aliquando sit C in transgressione, & D in mora, aut contrâ. atque fiet ut continui partes ad moueantur simul: tamen necesse est continui partes moueri simul, ergo numero æquales sunt ut. utque clavi transgressiones, & tempore æquales. cuiusque ergo transgressio tempus est æquale: siquidē non potest vnus quiescere alio moto, sed cum C multo maiorem lineam percurrat quam D, sequitur quacunque transgressio ne transgredi C maiore lineæ partē, quam D. quia ex equalibus numero, & magnitudine non potest esse linea maior: si C qualibet transgressio est celerior transgressione D, quia quavis transgressione percurrit C æquali tempore maiorem lineæ partem, quam D. sed transgressio continua est nullis mansio nibus intert: ita: non ergo omnis celeritas nascitur ex breuitate motularum. Quare satis puto ita respondere. A minori tempore plus percurrere, quia fertur celerius, hoc verò celerius fieri esse, quod Arist. hic dicit prius mutari, hoc est, citius elabi per partes spatii, non quidem quietendo in his minis, sed commigrando citius. Quod si hoc non explicari puras quantum velles, at intel lige explicari quantum res ipsa ferit. Contēdit Galid quod mouetur, manere aliquatenus in spatii: atque proinde quietes illas, aut morulas interiectas esse. cered nisi alia quapiam causa monstratur quietes illas esse necessarias, celeritatis causa non esse monstratum est. sed tamen id quod fertur, quiescere aliquo modo concedere possumus, ut scilicet Arist. concessit ea. vltimo lib. 5. quatenus scilicet non summē recedat à termino à quo, atque cum tanto ferius recedat ab eo, quanto fertur tardius, tanto magis quiescere, quanto fertur tardius cōcedimus. At que dicere possumus nec quocq; cum Arist. rem ferri celerius, quia minus quiescit inter mouendum, non tamen ut motus quiete interruptur, sed quiete quodammodo toti per totum motui permixta. quod dicitur cap. Arist. explicatum est. sed venio ad reliqua huius capitis.

¶ Atque si alterutrum infinitum, & alterum, & ut alterum, & alterum. ut si tempus infinitum est extremis, &

longitudo extremis: si verò diuisione, diuisione etiam & longitudo: si autem ambobus tempus, ambobus & magnitudo. Quapropter Zenonis ratio falsum accipit, non contingere pertransire infinita, aut tangere quodcūq; in fit. totum & in tempore finito. Nam duobus modis dicitur & longitudo, & tempus infinitum, & vniuersum omne continuum, aut secundum diuisionem, aut extremis: earum ergo quæ quantitate sunt infinita, non contingit tangere in tempore finito: earū autem, quæ secundum diuisionem, cōtingit, etenim idem tempus ita est infinitum: quare in infinito, & non in finito contingit percurrere infinitum, & ita gi infinita infinitis non finitis. Neque igitur infinitum possibile est tempore finito percurrere, neq; in infinito finitum: sed cum tempus infinitum fit, & magnitudo infinita, cum neq; magnitudo, & tempus. Sit enim finita magnitudo, in qua AB, tempus autem infinitum, in quo C, accipiatur autē aliquid tēporis finitum, in quo GD, in hoc ergo percurrerit aliquid magnitudinis. sit id quod acceptum est, in quo BE, hoc autem, si cōmensuetur cum AB, aut deficiet, aut redundabit, nihil enim differt. si enim semper æqualē magnitudinem in ea qua BE, æquali tempore percurrerit, hac autem mensurat totum, finitum etiam erit tempus totum, in quo percurrerit: in æquali enim diuidetur, ut & magnitudo. Adhuc autem si non totam magnitudinem in infinito tempore percurrerit,

ret, sed contingit aliquan- & in infini-
to percurrere, vt B E. hoc autem men-
surabit totum, & aequale in aqua-
li percurrer, quare finitum erit, & tē-
pus. Quod autem non percurrer in in-
finito B E constat, si accipiatur alia
ex parte finitum tempus: si enim in mi-
nori partem percurrer, hoc necesse est
finitum esse reliquum, cum sit finis. ea-
dem autem demonstratio, et si longi-
tudo infinita, tempus autem finitum.
Constat igitur ex dictis, neq; lineam,
neque planum, neq; omnino continuo-
rum aliquod fore indiuisibile, non so-
lum ob id, quod modo dictum est, sed
quia continget diuidi indiuisibile: quā-
do quidem in omni tempore est celerius
& tardius, celerius autem plus percur-
rit in tempore aequali, cōtinget & du-
plam & sesquialteram peruadere lon-
gitudinem. Sit hac ratio velocis. fera-
tur ergo quod celerius, sexquialterum
in eodem tempore, & diuidantur ma-
gnitudines, que velocius sunt, in quo
A B, B G, G D, in tres indiuisibiles,
ea autem qua tardioris in duas, in qui-
bus E Z, Z H, igitur & tempus di-
uidetur in duo, ergo diuidetur quod
indiuisibile: & quod partibus caret,
non in indiuisibili transibit, sed in plu-
ri. constat ergo nullum continuorum
esse sine partibus. Necesse autem &
ipsum nunc, quod non secundū aliud,
sed per se dicitur indiuisibile esse, & in
omni tempore esse tale. Est enim extre-
mum quoddam prateriti, cuius versus
hac nihil est futuri, & rursus futu-
ri, cuius versus hac nihil est prateriti:

quod quidem diximus ambobus es-
se finem. Hoc autem si monstre-
tur, tale nempe esse per se, & idem
simul manifestum erit, & indiuisibi-
le esse.

¶ Cū monstrauerit magnitudinis & tem-
poris esse easdem diuisiones, addit modō, si
alterum est infinitum, reliquum etiam esse,
atque si finitum, finitum reliquum quoq;
hoc est, si tempus, quo quidpiam mouetur,
finitum sit, magnitudinem etiam spatii,
quod percurritur, finitam esse: si infinitum,
infinitam. atque hoc, sine finitum aut infi-
nitum dicatur extremis, siue diuisione: quo-
bus enim his modis dici potest finitum, aut
infinitum. Infinitum extremis est, quod
nullum habet finem & extremum: fini-
tū, quod habet. Infinitū diuisione, quod in
infinitum diuisibile est: finitum, cuius di-
uisio aliquando finitur. Si ergo aliquo mo-
do horum tempus infinitum est, eodem
est & magnitudo, si utroque modo, utro-
que etiam. Vnde colligit, facild dilui ar-
gumentum quoddam Zenonis de motu. Sententia
Zenonis. Quæ fuerit sententia Zenonis de mo-
tu, non omnino intelligi, tamen quana-
tum possum colligere ex presenti libro, &
ex inbello de lineis infsecabilibus, ille po-
nebat continuum non posse in infinitum
diuidi, sed constare ex quibusdam infsecabi-
libus partibus, quæ vt essent infsecabi-
les, ita & insensibiles essent, vt lineam ex
infsecabilibus lineis, & tempus ex pun-
ctis, & motum ex quibusdam mutationi-
bus. Itaque motum non esse continuum,
sed esse motiones quasdam indiuisibiles,
& insensibiles, & eas separatas quibus,
vt hinc fieret, omnino non esse motum,
nam mutationes illæ essent indiuisibiles,
& sine succellione. fieret etiam rem cūm
ferrur quiescere: quanquam quodammo-
do mutaretur. Quæ sententia in reliquis
similis est sententiæ Galeni, tamen differt. Sententia
Zenonis
differt à
sententiā
Galeni. quod Galenus neque tollebat motum, nec
que ponebat indiuisibiles mutationes,
sed motiunculas breues. hac in re cons-
ueniebant, quod uterque ponebat mo-
tū non sentiri: quanquam Zeno rati-
onem motus etiam tollebat omni-
no. in quam sententiam inter cetera

ica disputabat. Si lineæ non consistant ex lineis insecabilibus, consistantque ex certis numero partibus, sed essent in infinitum diuisibiles, contineret profecto linea quæuis in finita puncta quæ cum omnia præterlabatur id corpus quod percurrit lineam illam, una hora accederet corpus illud percurrere, ratergetur infinita tempore finito, quo nihil videtur absurdus. Hoc argumentum facile diluit Arist. dicens, longitudinem & tempus & quodcumque continuam dici posse infinitum, aut extremis, aut diuisione (quid sit utrunque dictum est.) Igitur infinita extremis non posse percurri tempore finito; tamen infinita diuisione, cuiusmodi lineæ est, posse. Neque verò hoc habet absurdum quicquam. Nam dictum est supra infinitum diuisione, non actum, sed potentia solum esse infinitum: quare reuera & actu finitum est. Deinde aliter responderi. Si hoc est satis, ut lineæ infinitas partes habere dicatur, coram & tempus etiã est diuisione infinitum: quæ in finita illa partes non iam finitæ, sed eodem modo infinitæ, quo ipsa longitudo, percurruntur. Distinguedo itaque de finitis & in finitis, reuera & extremis, neque infinitum finito tempore percurrere, neque finitum infinito contingit. sed si tempus infinitum est, & magnitudo erit infinita: atque si magnitudo, & tempus. Probat utrunque linearibus demonstrationibus, primumque non posse magnitudinem finitam percurri tempore infinito. Nam sit A B magnitudo finita, & tempus infinitum G, & accipiat eius temporis pars aliqua finita, quæ sit G D, in hoc tempore, corpus quod mouetur, percurreret partem aliquam magnitudinis, sitque ea B E, constat ergo B E commensurari posse A B, id est, inter D E, & A B esse proportionem aliquam, atque cum semper pars magnitudinis quæ equalis erit B E, percurreret tempore equali G D. & inter G D tempus, & tempus G erit commensuratio aliqua, aut proportio. id verò si G D est finitum, & G est infinitum impossibile est: ergo finitum erit tempus, in quo tota ea magnitudo percurratur: atqui non potest dicere G D, in quo percurritur B E, esse infinitum: nam accipiam tunc partem aliquam illius, quæ sit finis, in qua percurratur pars aliqua magnitudinis B E, atque ita constabit tempus totum, quo percurritur totum B E, esse finitum, cum reliquum, quo scilicet finitæ magnitudinis pars

percurritur, finitum sit. Eadem autem (inquit) demonstratio est, si longitudo ponatur infinita, & tempus in quo percurritur, finitum, videlicet accepta parte finita longitudinis infinitæ, & parte temporis, quo ea pars percurratur, atque facta comparatione temporis ad tempus, & partis longitudinis ad longitudinem, constabit eam longitudinem quæ toto eo tempore percurratur, non esse infinitam. Rediit rursum ad institutum, colligitque ex dictis in confirmationem suæ sententiæ, & contra Zenonem, neque lineæ, neque planum, neque continuorum aliquid esse indiuisibile, neque ex indiuisibilibus consistere, sed esse semper diuisibile. Nam præter dicta, ex contraria assertione sequitur diuidi quod est indiuisibile, quod tamē consistat esse repugnans: quod verò fiat ita, probat ex ratione celeris & tardi. Constat celerius plus percurrere equali tempore, atqui potest fieri motus quouis quouis motu duplo, aut sexquialtero celerior, aut tardior. atqui quouis tempore potest fieri celerius, aut tardius. ergo ponatur duo corpora moueri, alterum celerius, alterum tardius, & quod celerius, sit sexquialtero celerius, ut eodem tempore percurrat sexquialteram longitudinis partem, & sit longitudo A B B G G D, quæ diuidatur, si fieri potest, in tres partes indiuisibiles, quas certo quodam tempore percurrat id corpus quod est celerius. sitque prima pars A B, secunda B G, tertia G D. constat quoque fore, ut tempus illud constet ex tribus indiuisibilibus. sint illa X L & L M, & M N, Rursum corpus tardius, quoniam sexquialtero erat tardius, toto eo tempore percurreret duas tantum illius longitudinis partes, ergo & tempus illud in duas partes diuidetur, quibus duæ longitudinis partes percurruntur: continebitque quæuis earum partium temporis partem unam & dimidiatam, earum quas ponebamus esse indiuisibiles: igitur diuidetur iam pars indiuisibilis, & quod caret partibus; pura secunda pars temporis non transibit in indiuisibili, sed in pluri diuisibili: quod cum tam sperdetur repugnans, constat nullum continuum esse sine partibus. Quæ assertio profecto verissima & confirmatissima iam est, quanquam vltima hæc ratio nõ videtur mihi eam demonstrare: quæ quod quid accipit quod pro contraria assertione negaretur, pura in omni tempore esse posse celerius & tardius. Nam Zeno omnino tollebat motum

ratio
sibile
riore
nem
ter m
bar: q
pi po
tii. S

quo
dici
tem
quo
nihil
ius
qui
Ho
esse
erit
tem
mu
alu
pos
con
ten
sen
inf
ter
me
pu
re
pr
ter
dei
rui
per
eni

rationem, Galenus transgressiones insensibiles non posse per se tardiores, aut celeriores esse affirmabat: utique ergo rationem celeritatis in breuitate morularum inter mutationes, aut transgressiones ponebat: quare iuxta utriusque sententiam accipi potest tempus, quo nihil percurratur spatii. Sed venio ad reliqua.

CAP. TERTIVM.

¶ Necessè autem est ipsum nunc, quod non secundum aliud, sed per se dicitur indiuisibile esse, et in omni tempore esse tale: est enim extremum quoddam præteriti, cuius versus hæc nihil est futuri: et rursum futuri, cuius versus hæc nihil est præteriti. quod quidem diximus ambobus esse finem. Hoc autem si monstretur tale nempe esse per se, et idem, simul manifestum erit et indiuisibile esse. Necessè autem idem esse ipsum nunc, quod extremum virorumque temporum. Si enim alterum non erit deinceps, alterum post alterum, quandoquidem non sit continuatum ex imparitilibus: si autem seorsum, in medio amborum erit tempus, omne enim continuum est huiusmodi, ut sit aliquid synonymum inter fines. Verum si tempus est quod in medio, diuisibile erit, omne enim tempus monstratum est diuisibile esse: quare diuisibile ipsum nunc, erit aliquid præteriti in futuro, et futuri in præterito: nam id, secundum quod diuidetur, hoc diuidet præsens et futurum tempus. Simul autem neque per se sit ipsum nunc, sed per aliud. si enim diuisio, non eius per se præter

hæc et ipsius nunc, hoc quidem ex-actum erit, hoc autem futurum. Et non quidem præteritum semper, aut futurum, neque quidem ipsum nunc idem: multipliciter enim diuisibile tempus est: quare si hæc impossibile est inesse ipsi nunc, necesse est idem esse nunc quod in utroque: veruntamen si idem, constat quod et indiuisibile. Si enim diuisibile, rursum eadem accident, quæ prius. Aliquid igitur esse in tempore, indiuisibile, quod nunc dicimus, constat ex dictis. Nihil autem in ipso nunc moueri, ex his fiet manifestum. Si enim est, contingeret et celerius moueri in illo, et tardius sit autem nunc, in quo N, mouetur autem in ipso celerius motu AB, igitur quod tardus in eodẽ minorem, quam AB mouebitur, quare diuidetur ipsum nunc: sed erat indiuisibile, non igitur est in ipso nunc: sed neque quiescere, quiescere enim dicebamus, quod natum est moueri non motu cum natura potest et cum, et quomodo: quare quandoquidem in nunc nihil potest moueri, constat quod neque quiescere. Præterea, si idem est nunc in ambobus temporibus, contingit autem hoc quidem moueri, hoc autem quiescere eorum, tempus autem, quod totum mouetur, in quocunque erit motus eorum, quæ huius, secundum quod potest moueri. Et quod quiescit, eodem modo quiescet. Continget idem simul quiescere et moueri: idem enim extremum temporum amborum ipsam nunc. Adhuc autem quie-

scere dicimus, quod similiter habet
 & idem, & partem nunc, & prius:
 in ipso autem nunc nō est quod prius,
 quare neque quiescere. Necessē est ergo
 & moveri quod mouetur in tempo-
 re, & quiescere quod quiescit.

Hoc capite docet ipsum nunc in tempo-
 re esse indiuisibile, atque proinde in eo ne-
 que moueri, neque quiescere quicquam posse.
 Ergo (inquit) necessē est id quod nunc
 est per se totum, & non secundum aliud, ve-
 lut dies, qui nunc est, non secundum se to-
 tum, sed secundum partem hanc præsentē,
 in diuisibile esse, & in omni tempore esse ta-
 le. Nam quod nunc est, & heri erat, quod di-
 cebatur nūc, & cras erit quod dicitur nūc,
 indiuisibile. n. m. ipsum nūc est extremum
 temporis præteriti, cuius versus posteriora
 nihil est futuri, & hoc idem est extremū fu-
 turi, cuius versus priora nihil est præteriti.
 quandoquidem diximus antea (libro sci-
 licet quarto) ipsum nunc extremum esse
 vtriusque temporis, præteriti scilicet & futuri.
 Si verò (inquit) monstraret tale esse,
 hoc est, esse extremum vtriusque, esseque
 non duo nunc, sed vnum idemque, simul
 fiet manifestum esse indiuisibile. Tentat er-
 go monstrare idem nunc esse vtriusque ex-
 tremum: nam si non sit idem, sed alterum
 extremum præteriti, & alterum futuri, cum
 probatum sit cap. primo huius sexti libri,
 non posse vnum indiuisibile esse positum
 deinceps, statimque post aliud, quia aliò qui
 fiet continuatum ex indiuisibilibus, sequi-
 tur illa duo nunc esse seorsum, & separata,
 si autem ita sunt, aliquid eiusdem appella-
 tionis intererit: nam diximus cap. 3. libr. 5.
 deinceps posita esse, inter quæ nihil eius-
 dem rationis intercedit: igitur intercedit
 tempus inter illa nunc, sed si tempus est,
 quod in medio, erit diuisibile, cum mon-
 stratum sit omne tempus diuisibile esse:
 quare ipsum nunc consistans ex illis nunc, &
 tempore erit diuisibile. Atque cum nūc sit finis
 præteriti, & initium futuri, aliqua pars tem-
 poris præteriti erit in tempore futuro, &
 aliqua futuri in præterito: nam id, secun-
 dum quod diuidetur, hoc est, totum illud
 nunc diuisibile, diuidet præteritum & fu-
 turum: quare erit pars temporis præteri-

ti in futuro, & futuri in præterito, quo ni-
 hil potest excogitari magis repugnans.
 Præterea fiet ipsum nunc nō esse præsens p-
 se totum, sed per aliud, vt de tota hora, &
 de die dicebamus. Nam si diuisio eius est,
 est non eius per se, sed per partes: quare
 erit aliud nunc, quod diuidat eius partes,
 atque secundum illud erit præsens nunc:
 præter hæc ipse nunc erit pars alia præ-
 terita, alia futura, & non quidem erit
 idem nunc, aut præsens, aut præteritum,
 aut futurum, quare neque ipsum nunc erit
 idem, quod tamen esse libro quarto mon-
 stratum erat, sed erit multipliciter variabi-
 le, velut tempus est: igitur si impossibile est
 hæc inesse ipsi nunc, sequebatur autem,
 nisi idem ponatur esse, fit vt sit idemmet
 nunc finis præteriti, & principium futuri
 temporis. Quidd verò si vnum est, sequi-
 tur esse etiam indiuisibile, probat. Nam si
 idem & diuisibile, rursus sequuntur om-
 nia incommoda, quæ prius deducebantur,
 vt cuius consideranti patebit. Colligit ergo
 ex dictis constare aliquid esse in
 tempore indiuisibile, quod vocamus nunc,
 vnde rursus sequitur nihil in ipso nunc
 moueri posse: nam si potest, poterit moueri
 celerius aut tardius (posuerat enim
 prius omnem motum posse fieri celerios-
 rem aut tardiozem) hinc verò sequitur
 rursum non esse indiuisibile. Nam si nunc
 N, & corpus quod celerius fertur mouea-
 tur in ipso motum A B, corpus igitur tar-
 dius mouebitur in eodem nunc, motum
 minorem, quàm A B, quare diuidetur (col-
 ligit) ipsum nunc. Cæterum Aristot. citius
 collegit, quàm oportuit, debent addi hæc.
 Si corpus tardius mouetur illo nunc, mo-
 tum minorem quàm A B, sit ille G D,
 non poterit corpus celerius moueri mo-
 tum A B, quin moueatur prius motum G
 D, siquidem est minor illo: at qui hoc cum
 sit celerius minori tempore mouebitur G D,
 quàm aliud quod est tardius, at tardius moue-
 tur vnico nunc, ergo ipso nunc est aliud
 tempus minus: quare ipsum nunc erit diui-
 sibile, hoc verò est probatum antea esse fa-
 sum: igitur in ipso nunc nihil potest moueri.
 Aristot. certè satis acutè probat in
 nunc non esse motum, verùm accipit om-
 nem motum posse fieri tardiozem, aut ce-
 leriorem, quod fortasse aliqui negarent.
 Certè Galenus negatè transgressorē vni-
 cam celeriozem, aut tardiozem fieri posse, &
 multi

multi Sophistarum, qui in rebus omnibus (argumento, quod vocant fortiter, arbitror coacti) ponunt summum & minimū, dicerent esse celeritatem summam, & minimam. Dicentes ergo solum summē celerem motum in ipso nunc esse posse, neque celeritorem, neque tardiorē fieri concederēt. Probauerat hoc ipse Arist. multo melius paulo antea cap. x. huius ferri, illo argumento, si magnitudo est diuisibilis, & motus: si motus, & tempus: illa enim ratione efficiebatur non posse quicquam moueri nisi tempore diuisibili. Addit Arist. si nihil in ipso nunc moueri potest, neque quiescere posse: nam quiescere dicebatur superiori libro quod cum, & quomodo moueri potest, non mouetur: cum ergo moueri non potest, neque quiescere potest. Præterea, si motus, aut quies esse possent in ipso nunc, cum probarum sit idem esse extremum præteriti & futuri temporis, & possit aliquis toto tempore præterito motus esse, & toto futuro quiescere, aut contrā. atqui si toto præterito mouebatur, fuit motus in omni eo, quod eius tempore erat, atque si toto futuro quiesceret, erit quies in omni eo, quod eius temporis erit: igitur sit in eodem nunc motus & quies. Præterea, quiescere dicimus, quod similiter eodem habet nunc & prius, & posterius, secundum quod perseveretur: ergo necesse est, & quod mouetur, moueri; & quod quiescit quiescere in tempore: in nunc vero nihil tale agi.

CAP. QVARTVM.

¶ *Omne autem quod mutatur, necesse est diuisibile esse: nam quandoquidē ex quodam in quiddam omnis mutatio, & cum iam fuerit in eo, in quo mutabatur, non amplius mutatur: cum autem in eo, ex quo mutatur, & ipsum, & partes, non mutatur: necesse est ergo aliquid in hoc esse, aliquid in altero, et quod mutatur. Neque enim in vtriusque, neque in neutro totum esse potest. Dico autē in quod mutatur primum in ipsa mutatione, ut ex albo fuscum, non nigrum: non enim necesse est quod mutatur*

in quolibet extremum esse. Manifestum ergo est quod mutatur fore diuisibile.

¶ Hoc capite Arist. docere parat omne quod mouetur esse diuisibile, atque motum esse diuisibilem: duobus modis, & secundum tempus, & secundum id quod mouetur atque eius quod mouetur, & temporis, & motus, & loci per quod mouetur eadem aut profum analogas similesque esse diuisiones, ut hinc fiat, in puncto nullum motum contingere posse. Ergo (inquirit) omne quod mutatur, hoc est, mouet, necesse est esse diuisibile. Quam assertionem ita confirmar. Omnis mutatio est ex quodā in quiddam, & nihil mutatur cum est iam totum in eo ad quod mutatio fit, neque cum totum est in eo a quo mutatur, erit enim nondum incipit, illud iam desit mutari: ergo nunc mutatur, quod mutatur, cum aliquid illi est in hoc, hoc est, in termino a quo, aliquid in altero, hoc est, in termino ad quem, nam neque in vtriusque terminis, neque in neutro termino posse esse, quod mutatur. Dicit autem non posse esse, intelligens nomine eius in quod mutatur, non solum illud in quod vltimum mutatur, sed illud etiam in quod mutatur primum. Velut si quid sit ex albo nigrum per fuscum, fuscum est in quod primum, nigrum in quod vltimum mutatur: proinde neque cum est in fusco, est in neutro, nam est iam in eo in quod mutatur primum. Neque necesse est quod mutatur, in quolibet extremum esse, sed satis est si sit in eo in quod primum mutatur. Cum ergo hæc ita sint, constat, omne quod mouetur habere partes, & esse diuisibile. Hæc ita docet Aristor. cæterum si quis attentius consideret, atque omnino hæret: non sit, intelligit in quamquam assertio vera sit, argumentationem tamen esse sophisticam. Verissimum enim est nihil moueri posse, quod non sit corporea, diuisibilisque substantia: tamen sophisticè colligit Aristor. quia id quod mouetur neque in termino a quo, neque in termino ad quem, omnino esse potest, habere partem in hoc termino, partem in illo: nam potest quod mouetur atque celeriter motu secundum omnes partes moueri, velut si quis lapis ab alto decedit, partes omnes mouentur eadem celeritate: non enim possumus corporis duri & continuati per rectam lineam latas partes non atque celeriter ferri. Neque ergo repugnat motui, corpus quod æquè frigidum secundum partes omnes fieri, æqua

li celeritate incalcere, quo casu constat omnes partes in eodē termino futuras: quare et si quā incalciscit ponatur carere paribus, nihil hac ratione repugnabit: indicatū est enim non necessariō alias partes ante alias moueri, sed totū recedere ā termino ā quo, & accedere ad terminū ad quem. At qui et si neq; cūm totum est in hoc, neq; cūm in illo motus est, nō proinde pars est in hoc, pars in illo, sed totam est partim in hoc, partim in illo, quia est inter hunc & illum, quia est in actu imperfecto. Certē si neq; quod est in hoc, neq; quod in illo, mouetur, & eius quod mouetur pars est in hoc, pars in illo, fit, vt eius quod mouetur, partes non moueantur. Itaque hac argumentatio sophistica concluditur. Afferit autē Aristot. ita probari possit. Omne quod mouetur, aut secundum locum, aut qualitatem, nisi quid etiam secundum magnitudinem mouetur, atque aded non secundum quāuis qualitatem moueri potest aliquid, non enim secundum figuram aut dispositionem, aut potentiam naturalem, sed solum secundū qualitates sensibiles: at uero constat quod caret partibus quantis, neq; locum, neq; magnitudinem habere, neq; omnino sentiri posse, non est ergo, secundum quid possit moueri: nam quod mouetur aliquatenus habet id ad quod mouetur, ergo quod nullatenus habere potest locum, magnitudinem, aut sensibilem qualitatem, nullatenus moueri possit. Accipit (fateor) in hoc argumento, quod nondū probatū est, uenitq; in sequentibus probandū, putā solum ad passibiles qualitates motum esse, sed quā quidem probandū mox est, satis est hic periri, quā vt i argumento, quod non legitime concludatur. Nam prater dicta, argumentum illud non est motui propriū, sed commune omnibus mutationibus. Nā nullo modo mutatur quidpiam, quod sit tantum in termino ā quo est mutatio, neque quod in termino ad quem: nam qui est in vita, nō moritur, uiuit enim, neq; quod mortuum, iam moritur: quare videtur illo argumento fieri quā impartibilia sunt nō solum non posse moueri, sed neque mutari ratione quāpiam, quod tamen constat esse falsum, fit enim animus beatus de non beato, iustus de non iusto. aperte ergo illa argumentandi ratio est fallax. Verūm licet hoc loco distinguere quid de mutationibus dicendum sit: nam si mutari possunt indiui-

sibilia, hinc videtur rursus sequi nullam vnquam fieri mutationem, non enim fit dū per partes serpit, cūm non sit necesse esse diuisibile quod mutatur: sed neque cūm est in termino ā quo, neque cūm in termino ad quem, extra duos hos terminos nunquā est quod mutatur: nunquam ergo videtur mutatio fieri, quare rectē videtur Socrates apud Platonem concludere, mortem a unquam esse, quia neque ad uiuentes, neq; ad mortuos pertinet: nam qui uiuit, cūm uiuat, non moritur, neque uerō qui mortuus iam est, at nullus est, qui non sit uiuus aut mortuus, mors ergo nunquam fit. Certē dicendum est mutationem, quā non est motus, nullo tempore fieri per se, fieri tamen in tempore per aliud, uelut mortuus est hora nona, quia intra horam nonam, mutatio uerō quia omni diuisione secundum tempus caret, in nullo tempore fit per se, quia cum nullo mensurari potest, uelut motus.

¶ *Motus uerō bifariam est diuisibilis, vno quidem modo tempore, alio uerō secundum moriones partium eius quod mouetur, vt si hoc AG mouetur totum, & hoc AB mouebitur, & hoc BG, fit ergo ipseus AB, hic DE, & ipseus BG, hic EZ motus partium: necesse est ergo, totum quo DZ eius in quo AG esse motum: mouebitur enim secundum alterius motum, quare totus motus totius magnitudinis est motus. Præterea, si omnis motus alicuius totus autem motus, is in quo DZ, neque partium est alicuius (partis enim uterque neque alterius alicuius, cuius enim totus totius, & partes partium, partes autē DZ horū AB, G & non aliorum: plurius enim nō sit motus vnus) & totus quidem motus sit magnitudinis ABG, adhuc autē si est totius motus alius, vt in quo, TI diuidetur ab ipso utrarūq; partium mo-*

rus ipsi autē aequales erunt his D E E
 Z, vnus enim vnus motus: quare si
 tus T I diuidetur in partium motus,
 aequalis erit T I huic D Z. si autem
 deficit aliquid, vt C I, ipse nullius erit
 motus, neque enim totus, neque par-
 tium, eo quod vnus sit vnus, neque al-
 terius alicuius: continuus enim motus
 est continuorum quorundam. Eodem
 autem modo, si etiam redundat secun-
 dum diuisionem: quare si hoc est impos-
 sibile, necesse est eundem esse, & aqua-
 lem. Nec igitur diuisio secundum par-
 tium motus est, et necesse est ipsam esse
 omnem diuisibilis.

¶ Colligit ex dictis motum duobus modis
 diuidi posse, & secundum partes eius quod
 mouetur, & secundum tempus: nam cum
 corpus, quod mouetur totum, moueatur
 etiam partes omnes, certè motus, qui in erit
 toti, consistat ex motibus partium, velut to-
 rum corpus ex suis partibus constat, velut
 motus totius hominis diuidi potest in mo-
 tus crurum, manuum, capitis, & reliqui cor-
 poris. nam præter motus omnium harum
 partium nullus motus totius est. Quæ res pro-
 fectò est aperitissima, neque indigebat maio-
 ri confirmatione, h'uit tamen Arist. ita ob-
 scurare cõfirmationibus. si (inquit) hoc cor-
 pus A—B—G mouetur totum, certè &
 A—B mouebitur, & B—G, sunt enim
 illius partes. si ergo motus, quo A—B
 mouetur, D—E, & motus, quo mouetur
 B—G, sit E—Z, necesse erit totum hunc
 motum D—E—Z esse motum, quo mo-
 ueatur totum A—B—G, cum ambè il-
 lius corporis partes moueatur secundum
 ambas partes eius motus. Sed nihil moue-
 tur motu aliter, sed est cuius suus motus,
 ergo totus ille motus erit totius corporis,
 & neutrius suarum partium, sed totus mo-
 tus erit totius corporis, & partes motus par-
 tium corporis, neque aliqua pars illius mo-
 tus erit totius: nam vtraque motus pars est
 partis motus, nullus autem motus potest
 esse plurium, neque alicui possunt esse duo

motus, sed suus cuique. Quòd si velis dice-
 re esse illarum partium motiones, tamè motu to-
 tius nõ esse, qui ex illis motionibus partium
 cõponatur. Pone esse illi motu totu T—I—E,
 aut erit T—I aequalis D—E—Z, at-
 que ita erit idem ille, diuideturque in mo-
 tus partium, aut non erit aequalis, sed deficiet
 aliquid T—I. vt equalis sit D—E—Z,
 aut redudabit, quòd sit C—I, illud erit mo-
 tus, nam quælibet pars motus est motus, &
 nullius erit motus: nam neq; totius (totius
 enim erat totus D—E—Z) neque par-
 tis alicuius, nam præter hunc erat motus om-
 niu partium: si igitur hoc est impossibile,
 sit motu totius nõ esse præter D—E—Z
 sed similem omnino, & eundem, qui diui-
 detur secundum partes eius quod mouetur.

¶ Alia autem secundum tempus, nõ
 quoniam omnis motus in tempore, re-
 pus autem omne diuisibile, in minori
 autem minor motus, necesse est omnem
 motum diuidi secundum tempus: quã-
 doquidem enim, omne quod mouetur,
 in aliquo mouetur, & quodam tem-
 pore, & cuiusque est motus, necesse est
 easdem esse diuisiones & temporis, &
 motus, & ipsius moueri, & eius quod
 mouetur, & eius in quo est motus, præ-
 terquam non omnium eodem modo in
 quibus est motus, sed quanti secundum
 seipsum, qualis autem secundum acci-
 dens. Accipiatu enim tempus in quo
 moueatur, in quo A & motus in quo
 B. si igitur totum in toto tempore mo-
 tum est, in dimidiato minorem, & rur-
 sum hoc diuisio minorem hoc, & sem-
 per hoc modo. Similiter autem si &
 motus diuisibilis, & tempus diuisibi-
 le: si enim totum in toto, dimidiatum
 in dimidiato, & rursum minorem in
 minori. Eodem autè modo & ipsum
 moueri diuidetur. Sit enim in quo G

moueri, in dimidiato motu minus erit quam totum, & rursum in dimidiū dimidio, atque ita semper. est autem & ponentem secundum vtrumque motuū moueri, ut secundum D G, & G E dicere, quod quidem totum erit secundum totum: si enim aliud, plura cōtinget moueri secundum eandem motum, ut monstrauimus motum diuisibilem esse in partiuū motus: accepto enim moueri secundum vtrumque continuatū erit totum. Eodem autem modo monstrabitur & longitudo diuisibilis, & omnino omne in quo est mutatio: praeter quaedam quae per accidens, quod id quod mutatur est diuisibile (vno autem diuiso omnia diuidentur) & in ipso finita esse, aut infinita, similiter habet in omnibus. Sequitur autem praecipue est diuidi omnia, & infinita esse ab ipso quod mutatur, statim enim inest mutando diuisibile, & infinitū. Diuisibile igitur monstratum est prius, infinitum autem in his, quae dicentur, erit manifestum.

¶ Alio modo diuidi potest motus secundū tempus, nam omnis motus agit in aliquo tempore, & quoduis tempus est diuisibile, in minori autem tempore minor motus fit, quā in maiori, velut si homo tota hora mouetur, motus dimidia horae minor est, quā motus totius: ergo motus diuiditur secundum tempus. Sed neq; his duobus modis solum diuidi potest motus, sed etiam secundum diuisionem eius, in quo fit motus, velut curfus sex stadiorum diuiditur in motus, quibus percurrunt ut singula stadia, proinde dicitur, quoniam omne, quod mouetur, mouetur in aliquo, ut in loco, qualitate, aut magnitudine, & in aliquo tempore, & cuiusvisque est aliquis motus, ut quocūque tempore, & per quocūque spatium potest esse

aliquis motus, necesse est easdem esse diuisiones temporis, & motus, & ipsius mouentis, & eius quod mouetur, & eius in quo motus fit: quantum eius, in quo motus fit, non sunt semper eodem modo diuisiones, sed quod est quantum velut longitudo, & magnitudo, in quibus sunt latitudo & accretio, diuiditur per se quale, in quo fit alteratio, diuiditur per accidens. Probat deinde esse horum omnium easdem diuisiones. Nam si (inquit) sit tempus mouendi A, & motus sit B, si totus B in toto A actus est, in dimidiato minus agetur, & rursum illo diuisio agetur minus, atque ita quoties detrahetur tempori, detrahetur motui. Ita etiam tempus diuidetur per motum, quia si totus motus agetur in toto tempore, in dimidiato agetur dimidiatus. Eodem modo ipsum moueri diuidetur ut motus, & longitudo: & omnino omne, in quo est mutatio. Hic videtur quaedam esse, quae indigent animaduersione. Primum vix video, quorūm Aristoteles parat motum ab ipso moueri. quid enim aliud est? si enim motum vocat ipsam formam, quae motu comparatur, quatenus comparatur, ut quidam interpretantur, moueri verò esse ipsum comparare, certè errat qui locum, aut calorem, aut magnitudinem, ratione quāpiam facit motum. Si ipsum moueri est illa duratio in motu, ut dicunt alii, erit etiam: nam in ratione durationis non est moueri, hoc enim magis est in tempore. Quod si imaginatur motū comparatū ipso mouenti, erit motus alius motus, & mutatio alia mutatio, quo nihil esse absurdius ipse Aristoteles antea demonstrauit. Quentū autem quod possum quidquid Aristoteles intellexerit, rō poterit abesse à subtilitate sophistica, quod alios etiam enarratores video ita censuisse, quāquā non audent mutare ob nescio quā rationem, quae se Aristoteles etiam erranti adstrinxerunt. Itaque apud nos motus & moueri omnino idem est. Illud verisimè dicit Aristoteles. motum diuidi posse secundum corpus mobile, & secundum tempus, & secundum id in quo fit motus. Nam si totus motus fit tota hora, parte horae fit pars motus, atque si toto motu totum stadium percurratur, parte motus percurritur pars stadium, tamen quia non sunt motus omnes aequalis celeritatis, non incidunt in idem diuisiones secundum tempus, aut secundum id in quo fit motus. Si enim quispiam tribus horis feratur per duo stadia celeritate

Alto modo moueri idem

in æquali, vt primum stadiū vna hora percurrat, in alterum duas horas infumat, certè dimidium illius motus secundum spatium, non est dimidium secundum tempus, sed duplum: neque dimidium secundum tempus, est dimidium secundum spatium, sed super bipartiens tertias. proinde sciri refert vnde accidat motui propriissima ratio magnitudinis, an ex tempore, an ex eo, in quo fit motus. Certè cum motus accipiat essentia ex forma ad quam est, & forma ad quam est, fit id, in quo fit motus, ex eius magnitudine procedet motus propria magnitudo: atque ita ratio sic maior motus, quanto plus spatii percurritur, & tanto maior calfactio, quanto plus caloris comparatur, & ille motus fit duplo maior, quo dupla via percurritur, ita etiā tripla, & quadrupla. Quare aut erit verum maiori tempore semper agi maiorem motum, quam minori, nisi ita dicatur maiori tempore fit maior motus secundum tempus, eritq; illa ratio maioris secundum quid, nam motus celerior minori tempore est maior: est tamen verum quemcumque motum qui certo quodam tempore agatur esse maiorem ea parte, eiusdem motus, quæ quadam parte illius temporis acta fit, vt hinc cõstet motum omnem diuidi posse secundum tempus, quamquam magnitudo, & propria diuisio motus propriissimè fit secundum id in quo fit motus. quare quod dicit Aristot. omnium horum esse eadem diuisiones, non quidem ita intelligendum est, quòd analoge, aut proportionem respondentes sint omnium horum diuisiones, vt quata pars est motus secundum tempus, tanta fit secundum spatium, aut magnitudinè, vel contrà: sed quia vno diuiso diuiduntur omnia. velut si motus A, in spatio B, actus est tempore C, perfectò in parte B pars illius motus est acta, & pars illius temporis infumpta, & contrà: sed si hæc ita habent, si (inquã) propriissima motus magnitudo non tam est in tempore quam in eo in quo motus fit, cur id Arist. non distinxit? Quantum ego intelli go, quia hoc loco de diuisionibus physicis solum volebat disputare iuxta libri institutum, est verò diuisio physica, quæ est secundum quantum, & secundum partes propriæ magnitudinis: quæ verò est secundum qualem, aut secundum qualitatè intensiõem, quia non est secundum corpus, nõ est ad eòd phisica. Dicit verò Arist. quedam eorũ, in quibus motus fit diuidi posse per se, vt spatium, per

*Propria
motus diuisio
sua quæ.*

quod fit latitio, & magnitudinè, in qua fit accretio: tamen quædam non posse nisi per accidens, velut quale, vt calidum, aut frigidum non diuiditur nisi secundum corpus, cui in est. Et si enim calidum diuidi possit secundum gradus intensiõis, ea tamè non est diuisio quanti; & physica. Huc respiciens Arist. refugit de hac diuisione disputare; quanquã perfectò ea fit, quæ motum maiorem à minori propriissimè separaret. Neque verò dicere possis hoc eadem ratione, quæ ab Aristot. dimissum est, debuisse à me dimitti: nã hoc opus nõ est solum de corpore, sed corporis gratia etiã de illius passionibus passionibus verò habet proprias partitiones præter eas, quæ accipiunt à corpore, velut motus, qui corpus nõ est, sed corporis passio, diuisio per aliud est, quæ secundum corpus mobile; & quæ secundum tempus, propriissima, quæ secundum id in quo fit motus, quia hoc nihil aliud est, quam cõsiderare quousque in motu progressum sit, quod intimum est essentiæ motus, cum ipsum moueri sit ex aliquo in aliquid progredi. Post hanc, secundum locum habet diuisio secundum tempus, quia motus & temporis naturæ admodum coniunctæ sunt: tamen diuisio secundum corpus mobile est omnium alienissima à motus diuisione, vt quæ ad eòd, vt neque illud, quod dicit, vno horum diuiso, reliqua omnia diuidi, de diuisione corporis intelligi possit, sed de alius temporis inquam, & eius in quo fit motus. Nam si A corpus fertur tanto tempore, tantum spatium non necesse est partem corporis A. ferri parte illius temporis, & partem spatii, sed eodem tempore, & eandem spatii longitudinem fertur totum, & pars. Igitur et si motus diuidi possit secundum corporis partes, & temporis, & eius in quo fit motus: tamen alienissima motus diuisio est secundum corpus, propriissima secundum id in quo fit motus, atque temporis & eius in quo fit motus, & (vt ipse dicit) ipsius moueri diuisiones eadem sunt, & vno diuiso omnia diuiduntur, quamquam non omnia secundum eandem proportionem, vt explicatum est. Quæ cum nulli enarratores explicet, cur enarratores Aristotelis se esse putent? Addit Arist. velut diuidi similiter habet in omnibus, quæ diuisa sunt, ita & finita, aut infinita esse eodè modo in omnibus habere, scilicet si corpus est infinitum, motus quoque, & tempus, & id in quo fit motus, erunt infinita: si infinitum, finita, & vnum finitum.

toto etiam mutabatur: at uero erat mutatum. Eadem autem etiam ratio, si in hoc mutatur, in hoc autem mutatum est, erit enim aliquid primo prius, quare non sit quidem diuisibile, in quo mutatum est. Constat igitur & id quod corruptum, & id quod genitum est, in in diuisibili, illud quidem corruptum, hoc autem genitum esse: dicitur autem id in quo primum mutatum est duobus modis, aliud in quo primo profecta est mutatio (tunc enim uerè dicitur mutatum esse) aliud autem in quo primum incipit mutari. Quod igitur secundum finem mutationis primum dicitur, existit quidem, & est: contingit enim perfici mutationem, & est mutatoris finis, qui iam monstratus est esse indiuisibilis, quia extremum est. Quod autem secundum principium, omnino non est: non enim est principium mutationis, neque in quo primo temporis mutabatur. Sit enim principium, in quo AD, hoc igitur indiuisibile non est: continget enim contigua esse temporis puncta. Adhuc autem si in toto GA tempore quiescit (ponatur enim quiescens) & in A quiescet: quare si imparibile est AD, simul quiescet, & mutatum erit. Nam in A quiescit, in D autem mutatum est. Quonia autè non est imparibile, necesse est diuisibile esse, et in quolibet eorum, quæ huius mutatum esse: diuiso enim AD, si in neutro mutatum est, neque in toto, si autè in ambobus mutatur, & in omni, si autem in viroque mutatum est, non in toto primo: quare necesse est in quolibet mutatum esse: constat ergo

non esse primum, in quo mutatum est, infinitæ enim diuisiones. Neque certè eius quod mutatum est aliquid primum, quod mutatum est. Sit enim DZ primum mutatum, huius DE (monstratum est enim, omne quod mutatur diuisibile esse) tempus autè in quo DZ mutatum est, sit in quo TI. Si igitur in omni hoc DZ mutatum est, in dimidio minus erit, quod mutatum est, & prius huius DZ, & rursus huius aliud, atque ita semper: quare nihil erit primum eius, quod mutatur, quod mutatum est. quod quidem igitur neque eius, quod mutatur, neque temporis in quo mutatur primum quidpiam est, constat ex dictis. Ipsum autem quod mutatur, aut secundum quod mutatur, non adhuc eodem modo habet. Tria enim sunt, quæ dicuntur secundum mutationem, & quod mutatur, & in quo, & secundum quod mutatur. ut homo, & tempus, & album. homo igitur & tempus diuisibilia, albi autem alia est ratio: præterquam quod secundum accidens omnia sunt diuisibilia, cui enim accidit quale, aut album, illud diuisibile est: quandoquidem quæcumque per se dicuntur diuisibilia, & non secundum accidens, neque in his erit primum, ut in magnitudinibus. Sit enim magnitudo, in qua AB, et moueatur ex B in G primum. Igitur si indiuisibile erit BG, indiuisibile indiuisibili erit contiguum: si uerò indiuisibile erit aliquid ipsius G primum, in quod mutatum est, & illius rursus aliud, & ita semper, eo quod nullibi deficiat diuisio: quare

non

*a erit primum, in quod mutatur. Ita autem in mutatione quanti, er-
enim est ipsa in continuo est. Con-
stat ergo in solo motu secundum qua
le contingere indivisibile per se esse.*

¶ De modo quo motus omnis incipit, ser-
monem exorditur Arist. exorditur verò ex
hac assertionione. Necessè est omne quod mu-
tatur cum primum mutatum est, esse in
eo ad quod mutatum est. quam assertio-
nem ita confirmat, quod mutatur statim
cum mutatur, discedit ab eo à quo mu-
tatur, quare relinquat illud, vsque ad eò
ut idem esse videatur relinquere illud, &
ab aliquo mutari, velut relinquere A, &
ab A mutari; aut si differunt ratione, cer-
tè relinquere ita succedit ipsi mutari, ut
simul temper fiant, neque alterum sine al-
tero fieri possit. atque ita reliquisse est
idem, quod mutatum esse, aut succedit:
nam similiter habet vtrunque ad vtrun-
que, hoc est, ut habet relinquere ad mu-
tari, ita reliquisse ad mutatum esse: ergo
in ea mutatione, quæ est secundum con-
tradictionem (hæc est generatio, aut cor-
ruptio) quod mutatur ex non ente in ens:
cum mutatur, iam reliquit non ens, ergo
iam est in ente: nam quidvis est aut ens,
aut non ens, ergo in mutatione secun-
dum contradictionem constat id quod mu-
tatum esse fore, in eo in quod mutatum est. At
que ad eò in hac mutatione hoc multo aper-
tius constat, quam in veris motibus, quia
in hac, cum cæteat successione, & divisio-
ne secundum tempus, nihil est medium in-
ter nondum esse mutatum, & esse mutatum:
proinde Arist. cepit positam assertionem
in mutatione secundum contradictionem
confirmare, deinde transferens argumētum
à simili, addit, si verò in hac, & in aliis simili-
ter enim & in vna, & in aliis, hoc est, o-
mnium enim est eadem ratio hac in re. De-
inde addit argumētum ab inductione di-
cens, manifestum etiam hoc fieri in quavis
mutatione accipientibus seorsum vnam-
que. Nā quodcumque mutatum est ne-
cessè est esse in aliquo, & nō est in eo à quo
mutatur: nam id iam reliquit, ergo erit in
eo ad quod mutatum est, aut in alio, nō est
autem in alio: nam sic ita, vid quod muta-

tum est, ab A in B, sit in G, ergo rursum muta-
bitur à G in B, quia nondum erat in B,
(nisi simul erat in G & in B) neque G & B,
erant contrigua indivisibilia: quia motus est
continuus, & in continuo non esse conti-
gua indivisibilia monstratum antea est, er-
go fieret ut quod in B mutatum est, cum in
B mutatum est, rursum in idem B muta-
tur, hoc autem est impossibile: ergo neces-
sè est in quavis mutatione quod mutatum
est, esse in eo ad quod mutatum est. sed
mutatum esse est duplex, quoddam est per-
fectum, quoddam primum: perfectum est
illud, ad quod perfectè, vltimoque mu-
tatur, velut si quid mouetur ab A ad D,
mutatum esse ad D est perfectum, quia
non vltra mutatur. primum mutatum esse
est id ad quod mutatur, non quia muta-
tur prius ad aliud, hoc est, illud mutatum
esse, ante quod non est aliud, velut
si quid per lineam A—B—C—D mu-
tatur, certè mutatum esse ad C nō est pri-
mum, quia ante illud mutatur ad B, sed
si quod mutatum esse ponitur, ante quod
non sit aliud, illud est primum. Ex his
sequitur mutatum esse primum, non pos-
se esse divisibile: nam si divisibile est, in
illo est prius & posterius, quare primo
erit prius, velut (inquit) si sit divisibi-
le hoc mutatum A—B—C—G &
diuidatur per medium B, si ex A in B mu-
tatum est, & ex B in G, certè non erat
primum mutatum in G, nam ante illud
erat mutatum in B. Neque verò possit
respondere, si dicas in vtroque, inter A
& B, & inter B & G mutari, siue dicas
in A B mutari, in B G mutatum esse. Nam
si in vtroque mutabatur, in toto etiam
mutabatur, & in toto mutatum est, er-
go in eodem mutatur & mutatum est: ar-
que si in primo mutatur, in secundo mu-
tatum est. ita quoque est primo prius, mu-
tato esse in G prius est mutari ad B, ar-
qui si mutabatur ad B, certè cum est in G,
verum est mutatum fuisse in B, & quæ
priusquam in G, quare non erat primum
si divisibile: omne ergo mutatum esse,
primum est indivisibile. Ex his sequitur
quod genitum & quod corruptum est, in
indivisibili genitum aut corruptum esse:
nam quod generatur cum primum muta-
tur est in ente, quia inter non ens, &
ens non est medium, quod possit esse
prius mutatum esse, ergo ipsum genitum
esse

esse est primum mutatum, quare indiuisibile. Primum autem mutatum potest esse primum, & perfectum, aut non perfectum. Itaque intelligere possumus mutatum esse primum non perfectum, & mutatum esse primum perfectum: & primum simul atque perfectum, velur mutatum esse quod res generatur est primum idemque perfectum, quia est vniuersum, quo neque prius, neque posterius est aliquid. In motu nullum est idem primum & perfectum, quia in motu est prius & posterius, tamen in omni mutatione generatur est mutatum esse primum perfectum, hoc est, quo prius nullum est perfectum, diciturque & est reuera in omni motu mutatum esse vltimum, quia omnis mutatio aliquo puncto temporis perficitur. atque id vltimum mutatum esse cum sit extremum continui, constat in diuisibile esse, tamen mutatum esse primum in motu dici, aut intelligi potest, esse reuera non potest, neque (inquam) in motu potest esse primum mutatum esse, neque in tempore primum tempus, in quo mutetur, hoc est pars quadam temporis, in qua primum mutetur, & ante illam nulla mutatio contingat: quinimo quicquid mouetur mouebatur prius, & quocumque tempore mutatum sit aliquid, motum etiam est in minori, quam assertionem ita monstrat Arist. ponatur esse primum tempus, in quo sit motus A. — D, sequitur hoc esse in diuisibile, quod si non est indiuisibile, neque primum, nam eius pars prima erit prior, non esse agrem indiuisibilem probat. Essent enim puncta temporis contigua, nam si puncta A. D. contigua non sunt, interest inter ea tempus aliquod, secundum quod diuideretur. Præterea, ponatur quod primum mouetur in A. D. quiescit in G. A. fierique vt idē simul quiescat, & moueatur. Nam si quiescit in toto G. A., quiescit in A. & quod mouetur in D., si A. D. indiuisibile est, mouetur in A., quare mouetur & quiescit in A. non ergo A. D. est impartibile, quoniam autē non est impartibile, necesse est diuisibile esse: quare in qualibet parte earum que huius, hoc est, in qualibet eius parte mutatum est. Nam diuiso A. D. si in neutra parte mutatum est, neque in toto, si verò mutatur in ambabus, & in omni parte illius mutatur. Si autē mutatum est in vtraque parte, non est in toto A. D. primum mutatum, quia in parte prima est mutatum prius: Constat ergo non posse esse primum tempus, in quo quidpiam mutatum

est, quia temporis sunt infinitæ diuisiones. Probar deinde, neque eius quod mutatum est, aliquid esse primum, quod mutatum est, hoc modo monstratum est prius, omne quod mutatur, esse diuisibile. Sit ergo huius corporis D. Z. E. pars prima, quæ mutetur D. Z., & tempus in quo D. Z. mutatur est, sit T. I. siigitur in toto T. I. mutatum est D. Z., in dimidio minus mutatum erit, & in dimidio dimidius minus adhuc, atque ita semper, cum diuisio temporis nunquam consistat: quare nihil erit primum eius, quod mutatur. Quamdoquidem igitur (colligit) neque eius quod mutatur, neque temporis in quo mutatur, primum quidpiam est, constat ex dictis. Adde Arist. ipsum quod mutatur, aut secundum quod mutatur, hoc est, formam ipsam, aut magnitudinem, aut locum, secundum quæ mutatio fit, non omnino habere eodem modo. Nam cum sint tria quæ dicuntur secundum mutationem, ipsum quod mutatur, & tempus in quo mutatur, & forma secundum quæ mutatur, vt homo, & tempus, & album: quod mutatur & tempus diuisibilia sunt per se, vt homo, & tempus: forma, secundum quæ, non quæcumque, est simpliciter diuisibilis: sed locus & magnitudo, diuisibiles sunt per se, quia sunt ambo hæc in genere continuorum, qualitas verò vt album non est per se diuisibilis, quia non est quanta per se, est tamē diuisibilis per accides, quia id cui accidit, hoc est, corpus cui inhaeret, diuisibile est. Ergo (inquit) neque in magnitudine, neque in loco, cum secundum magnitudinem, aut locum quippiam mouetur, potest esse primum mutatum, quia primum debet esse indiuisibile: indiuisibile verò non potest esse pars continuui, & diuisibilis igitur in solo motu secundum quale potest contingere in diuisibile per se. Hic Arist. aperte indicat, quia quale non est indiuisibile per se, est in nullo alio motu possit esse primum secundum id, in quo motus sit, posse tamen in motu secundum quale. Itaque esse primum mutatum esse in diuisibile in alteratione non secundum corpus, neque secundum tempus, sed secundum ipsum quale, quia hoc non est diuisibile per se. Verum meminisse hæc rursus oportet, eius quod à me dictum est proximo capite, quod huius libri fuit quartum, videlicet quale habere diuisionem propriam per gradus, præter eam quæ habet per subiectum corpus. Nam et si album diuisibile non sit secundum quantum, vt continua, tamen dicitur secundum ma-

gis & minus: & (vt Plato docet) quæ secundum magis & minus dicuntur sunt in infinitum diuisibilibus: quare nullus est albus primum, quo scilicet non possit esse minus album. id quæ eodem argumeto efficitur, quo Arist. vebatur. Sit primum album A, illud fiet aliquo tempore. sit illud B, quoniam toto B fit album A, & omne tempus est diuisibile, in dimidio tempore fit minus album, quam A, & ita in dimidio dimidio fiet adhuc minus, atque ita semper, cum temporis diuisio sit infinita. igitur neque in alteratione, neque in alio motu potest esse primum mutatum, aut in corpore quod mutatur, aut in tempore, aut in eo secundum quod mutatio fit, quare non video quorsum Arist. excipiat alterationem: neque cur refugiat de diuisione propria qualis disputationem, cum sit ad eam ad disputationem de motu necessaria. sed hoc prius diximus. Ex his, quæ hoc capite demonstrata sunt, aperte colligitur, motus non esse aliquid primum, neque earum rerum quæ comparantur motu, vt locus, magnitudo, & qualitas, esse tamẽ primũ punctum temporis, quo simpliciter sint. Nam monstratum est nullam motus partem posse esse primam indiuisibilem: nunquã ergo possis dicere verẽ, nunc mouetur, & nunquã antea mouebatur. qui potest quicquid mouetur, mouebatur. Probatur non minus est non posse esse partẽ aliquã primam, & indiuisibilem eius quod comparatur motu: ergo nunquã possis verẽ dicere, nũc est album, quod nunquã antea album fuit. nam aliter hæc esset prima & secundum intentionem indiuisibilis pars arbitrariẽ quia monstratum est, esse vltimum mutatum esse in motu, constat etiam nõ sit primum instantis, quo calor, aut forma aliqua quocũque comparatur motu simpliciter sit, esse tamen primũ instantis, quo sit rãtus. Nam quoniam in illo vltimo mutato esse perficitur ea forma. ad quã res mouetur, & in illo mutato esse, iã est res in eo, ad quod mutatur est, constat in illo instanti rem esse in tãto calore, & nunquã antea fuisse in tãto, vt si quid mouetur vsq; ad calorem secundũ gradus, quare sit rebus, quæ comparatur motu, etiam nõ sit: primum instantis, quo sint simpliciter, est tamen primum instantis, quo sint tantã. vt est instantis, in quo res est calida secundo gradu, ante quod nunquam fuit secundo gradu calida, porro substantia habere potest primum instantis quo sit, quia monstratum est in genere substantiarum, quia est mutatio secundũ cõtradi-

ctionẽ vnicum esse indiuisibile, idemq; primum, & perfectum mutatur esse. Constat ergo ex monstratis, in illo instanti, rẽ quæ mutatur, esse in eo ad quod mutatio fit: quare in illo instanti iam est substantia, quæ antea nunquã fuit, illud ergo est primum instantis, quo substantia est, verũm hæc rursum monstrabuntur lib. 3. cap. primo. addenturq; reliqua de motus, & reliquarum rerum finis. hæc hæcenus monstrata sunt.

CAPVT SEXTVM.

¶ Quoniam autem omne quod mutatur, in tempore mutatur, dicitur autẽ in tempore mutari, & vt in primo, & secundum alterum (vt in anno, quod in die mutatur) in quo primum tempore mutatur id quod mutatur, in quocũque huius mutari necesse est: constat verò ex definitione, ipsum enim primum in a definiẽbamus. Verũm & ex his cõstat, sit enim in quo primo mouetur, quod mouetur in quo XR, & diuidatur secundum H, omne enim tempus est diuisibile. in tempore igitur XH aut mouetur, aut non mouetur, & rursum in HR in eodem modo. Si quidem igitur in neutro mouetur, quiescet quidẽ in toto, moueri enim in nullo eorum, quæ huius quod mouetur, impossibile: si autem in altero tantum mouetur, non sanẽ mouebatur in primo XR, in altero enim motus: necesse est igitur in quocunq; ipsius XR moueri. demonstrato autem hoc, constat necesse esse, omne quod mouetur, motum esse prius: si enim in XR, tempore primo magnitudo HL mota est, in dimidio id quod equali celeritate mouetur, & simul incipiens, dimidiũ erit motum. Si autem quod equalis est

celeris aut, in eodem tempore motum est aliquid, & alterum necesse est eandem percussisse magnitudinem: quare motum erit, quod mouetur. Præterea, si in toto tempore X R motum esse dicimus, aut vniuersim, aut in quocunque tempore, eo quod accipere sit extremum illius nunc: hoc enim est quod finit, & tempus, quod in medio ipsorum nunc est: atqui & in alijs eodem modo dicatur motum esse. medietatis autem extremum diuisio: quare & in dimidio motum erit, & vniuersim in quauis partium, semper enim simul cum diuisione est tempus finitum ab ipsis nunc. Si igitur omne tempus est diuisibile, tempus autem, quod in medio ipsorum nunc, omne quod mutatur, infinitum erit mutatum. Præterea, si quod continuè mutatur, & neque corruptum, neque cessauit à mutatione, necesse est aut mutari, aut mutatum esse in quocunque, in nunc autem non est mutari, necesse est mutatum esse in singulis nunc. Quare si ipsa nunc infinita sunt, omne, quod mutatur, erit in infinita mutatum.

¶ Perstat Arist. adhuc in eadè doctrina, atq; vt confirmet qd plus satis confirmatum ià erat, videlicet motus nō esse exactè partē primā, probat imprimis, si que res moueatur in aliquo tempore, vt in primo, eā moueri in toto illo primo, & in quocunq; parte illius, si modo habere possit partes illud quod est primū. Nā cum res alique moueri possit in aliquo tempore, vt dictum antea est, aut primo, quia in illo per se, aut secūdū alterū, quia in aliqua illius parte, velut in anno, quia in die, in die, qā in hora: constat, vel ex diffinitione quod mouetur in tempore secūdū alterū, nō moueri in quauis eius temporis parte, tamen quod per se in aliquo tempore mouetur, mo-

ueri in quauis eius parte. Nā ita definitam ipsum primum & per se capite superiori, in quo mouetur, nō quia in alio, aut quā in parte, sed in toto eo. Verū (inquit) præter dicta constat ex his, sit X R tempus, in quo primum mouetur res, & diuidatur secūdū H, ita vt tempus illud sit X—H—R, hypothesis (inquit) nō est impossibilis si dari potest tempus primum, quia omne tempus est diuisibile: igitur aut res illa mouet in parte temporis X H, aut hō. & rursum in parte H—R aut mouetur aut nō. si dicas in neutra illarū moueri res, certe quiescit in toto illo tempore: nā impossibile est id, quod mouetur, in nulla parte temporis quo mouetur, moueri. si autē dicas res eā in altera tārū illarū partium moueri, vt in X—H, aut H—R, nō mouebatur in X R primo, nā in altero erat motus: superest ergo res eā moueri in quacūq; parte ipsius X—R. atq; si quid mouetur in aliquo primo, id moueri in quauis eius parte. vnde rursum sequitur, necesse esse omne, quod mouetur, motū esse prius: & ita nullū esse moueri primum. Nā si magnitudo H L mota est, in tempore X R primo: aliud corpus, quod sit eiuſdē celeritatis, qua hoc motū sit in dimidiato eo tempore dimidiū spatii, si simul cū hoc incipit moueri. Quod si aliud corpus, quod cū hoc sit æquè velocis in eo tempore, puta in dimidio temporis X R motū est aliquatulum, certè & hinc cū æquè velocia mobilia eodē tempore idē percurrūt, ergo illa magnitudo H L antequā motū sit totū X R motū fuerat. omne ergo quod mouet motū est prius. Præterea, sit (inquit) dictum motū esse in toto tempore X R primo, aut vniuersim in quocunque alio, quia illud finitur quodā nunc, quod est illius extremū (nunc enim, aut instans, est quod finit tempus, & inter ipsa instātia est tempus) certè & in quibusuis alijs temporis que terminentur instātib⁹ cogemur dicere motum fuisse, sed quodcūq; signetur, ante illud fuerint in finitā terminata instātib⁹: nā medietas instātie diuisionis finitur, & pars quarta, & octaua. si igitur quoduis tempus est diuisibile, & omne quod est inter ipsa nunc est tempus, certè omne quod mouetur, erit infinites mutatum. Præterea inquit, quod continuè mutatur, hoc est continua mutatione mutatur, dū mutatur, ita vt non sit corruptum (si modo corruptione mutatur) neq; cessauit, necesse & in quocūq; temporis puncto mutari, aut mutatum esse: sed mutari nō potest quicquā in nunc in diuisibili, ergo in quouis nunc mutatum esse, sed in quo

cuq; tempore fuerit infinita nunc, ergo quicquid mutatur, mutatum est infinitis. Corde quod dicit, aperta sunt: quod quidem omnis motus est diuisibilis in infinitum secundum tempus, sed quod de corruptione & generatione de mutatione dicit, mox explicabitur.

¶ Non solum autem quod mutatur, necesse est mutatum esse, sed etiam quod mutatum est necesse est mutari prius: omne enim quod ex quodam in quiddam mutatum est, in tempore mutatum est. Sit enim in nunc ex *A* in *B* mutatum: igitur in eodem nunc in quo est, in quo *A* non est mutatum: si mulenim sit, in quo *A*, & quo *B*, quod enim mutatum est, cum mutatum est, non esse in hoc monstratum est prius. si autem in alio, in medio est tempus, non enim erant proxima ipsa nunc: quandoquidem ergo in tempore mutatum est, tempus autem omne diuisibile, in dimidio aliud erit mutatum, & rursum in dimidio illius aliud, & eodem modo semper. quare mutatum fuerit prius. Præterea, in magnitudine apertius est id quod dictum est, ob continuitatem magnitudinis, in qua mutatur id quod mutatur. sit enim quod mutatum est ex *G* in *D*. igitur si non est diuisibile hoc *G D* in diuisibile indiuisibile erit proximum: quandoquidem autem hoc est impossibile, necesse est magnitudinem esse quod est in medio, & in infinita diuisibile, quare in illa mutatum est prius: necesse est igitur omne, quod mutatum est, mutari prius. Eadem enim de monstratio & in his, quæ non sunt continua, ut in contrariis, & in contra-

ditione. Accipiemus enim tempus, in quo mutatum est, & rursum eadem dicemus: quare necesse est quod mutatum est mutari, & quod mutatur, mutatum esse. & est mutatum esse ante mutari, & mutari ante mutatum esse, & nunquam accipietur primum. Causa autem huius, quod non est imparabile imparabili proximum, in infinitum enim diuisio, ut in crescentibus, & decrescentibus lineis. constat igitur necesse esse & id quod factum est prius fieri, & quod sit factum esse, quacunque diuisibilia, & continua: non quidem semper quod sit, sed aliud aliquando, ut aliquid eorum quæ illius, ut domus cementum. Similiter autem & in eo quod corruptum, & corruptum est: statim enim inest ei quod corrumpitur, & ei quod corruptum est infinitum quiddam, utpote continuo: & non est, aut fieri non factum aliquid, aut factum esse, quod non fiat. Similiter autem & in ipso corrumpi, & corruptum esse: semper enim est antequam corrumpi corruptum esse, & antequam corruptum esse corrumpi. constat igitur, quod & id quod factum est, necesse est fieri prius, & id quod sit, factum esse: omnis enim magnitudo, & omne tempus, semper diuisibilia: quare in quo sunt, non sanè sint, ut in primo.

¶ Hæcenus monstrauit omne quod mouetur mutatum esse prius, nunc monstrat contra etiam accideri, ut quod mutatum

est mutaretur prius. Nā omne quod ex quodam in quiddā mutatum est, in tēpore mutatum est: quare cūm omne tēpore sit diuisibile, in quiduis mutatum esse ponatur, in parte illius tēporis mutabatur prius. Omne, quod mutatur ex quodā in quiddā, tēpore mutari, ita probat. Nam ponatur aliquid ex A in B mutari in indiuisibili nunc: igitur in nunc, in quo est in A non est mutatum: nā aliter simul esset in A & in B, nam quod mutatum est, cūm mutatum est, non esse in termino à quo, monstratum est prius: si autem non est in hoc, est in alio, aut ergo inter hoc & illud aliud est tēpore, aut si nō, sunt duo puncta tēporis proxima, atque sine medio, hoc autem fieri non potest: ergo intercedit tēpore, quōd cūm sit diuisibile, in medio fuerit aliud mutatum, & in quarta parte aliud, & ita fit vt antequam mutatum esset in B, in alia mutaretur. verūm hoc in magnitudine dicit esse multo apertius, in his scilicet mutationibus in quibus secundum magnitudinem mutatur res aliqua, vt quæ mouetur secundum locum, aut quæ augetur (si ponatur accretio esse continuus motus) causa autem, qua id clarius perspicitur, est in magnitudinis continuitate. Mouetur enim aliquid ex G in D. si hoc spatium G—D non est diuisibile, duo indiuisibilia puncta, puta G D erunt proxima: hoc autem fieri non potest, ergo necesse est quod interest inter G & D esse magnitudinem, & in infinita diuisibilem, ergo in illius partibus mutata esse prius quā per totum G—D, at non poterat mutatum esse, quin mutaretur, ergo antequam ex G in D mutatum est, mutabatur. Eandem demonstrationem esse dicit in his, quæ continua non sunt, & in contradictione eodē modo, quo in contrariis mutationem non continuam, & in contradictione vocat generationem, & corruptionem simplicem. mutationem continuam, & in contrariis vocat eos quos proprie vocamus motus. Itaque dicit eandem demonstrationem esse in mutationibus & in motibus, atque quanquam claritatis gratia demonstratio in motu, in latrone præcipue facta sit, tamen in mutatione substantiæ eodem modo demonstrari, quod mutatum esse prius, & quod mutatum esse prius, mutari. Nam (inquit) accipiemus tēpore in quo mutatum est, & rursum dicemus eadem quæ dicebamus in motibus, diuidemus scilicet tēpore illud, monstrabi-

musque in illius partibus mutatum esse, & mutari prius. Itaque (colligit) in omnibus mutationibus ante mutari est mutatum esse, & ante mutatum esse mutari, vt non possit accipi primum mutari, aut primum mutari esse. Huius autem causa summa est (in hac enim recidunt omnes demonstrationes) quod diuisiones continuorum procedit in infinitum, & indiuisibile non potest esse proximum indiuisibili, vt in crescentibus & de crescentibus lineis, nimirum lineæ non possunt crescere, aut decrescere, secundum indiuisibiles partes, sed secundum diuisibiles in infinitum. Constat igitur (concludit) necesse esse id quod factum est, fieri prius quā factum sit, & quod sit, factum esse prius: in his enim quæ sunt continua, & diuisibilia, non quidem necesse est si quidpiam sit, factum esse idem semper, sed aliquando aliud, vt aliud eorum, quæ illius hoc est, nō semper id, quod factum est, est eiusdem appellationis, cuius res quæ fit, sed aliquando alterius, vt dicitur fieri res, cūm facta est aliqua suarum partium, quæ à tota re differat appellatione. velut cūm dicimus sit domus, nō est facta domus, sed quia factum est ceterum, quod est aliquid illius: hoc quidem euacuat in rebus eterogeneis, quæ sunt. Addit Aristoteli. similiter etiā accidere in eo quod corrumpitur, & corruptum est, nimirum & ei quod corrumpitur, & corruptum est, accidit infinita diuisio, cūm sit quiddam continuū, & vt diximus, non accidere fieri quod non sit factum, aut factum esse, quod prius non fieret. Itaque neque corrumpi nō corruptum, neque corrumpi esse, cui non acciderit prius corrumpi. Constat (inquit) tandem quod & id quod factum est, necesse est fieri prius, & id quod sit, factum esse: omnis enim magnitudo, & omne tēpore semper sunt diuisibilia: quare nō sanè sint vt in primo, non sit inquam primum moueri, aut motum esse, generari, aut generatum esse, corrupti, aut corruptum esse. hæc Aristoteles. Sed occurrunt hoc loco duæ obiectiones. Primo, videtur moueri prius esse quā motum esse, siquidem quod motum est motione motum est, & motum esse est mouendi finis: quare non videtur posse ante omne moueri motum esse, sed omnis motus videtur exordiri à mouendo. aliter, si ante omne moueri est motum esse, & ante motum esse moueri, erit ver-

Obijciunt
primo.

sus initium processus in infinitū, & fiet vt
 omnis mor⁹ qui est fuerit ab aeterno, & nul
 lus poterit incipere, neq; motus, qui non
 sit, possit incipere modo. Secūdd, quod de
 generatione & corruptione dicit Aristot. ac
 generatim de mutatione cōtradictionis mi
 nus videtur cum ratione consentaneum: si
 quidem ea mutatio non est diuisibilis secū
 dum tempus, sed in instanti fit, & id quod
 ea mutatione comparatur non est diuisibi
 le per se, siquidem substantiæ forma non ac
 cipit intentionem, aut remissionē, quin po
 titus ea mutatio vt superiori capite diximus
 est vnicum mutatum esse primum, & perfe
 ctum: quare quod dicitur non posse esse pri
 mum mutatum esse, neque primum instans
 quo fit, de motu, & neque motu vero com
 paratur, diximus intelligi, non etiam de mu
 tatione, & substantia. Primę obiectioni ita
 occurritur: siquidem continui pars nō po
 tesse esse indiuisibilis, non est neandum di
 uisionem motus, siue versus initium, siue ver
 sus finem fiat, in infinitū procedi posse, imo
 vero hoc est in ratione continui. Conceden
 dū etiā est moueri prius esse natura, quā
 mutatum esse, tamen simul tempore incipe
 re. De modo, quo motus incipit, proceden
 te sermone dicitur, respondebitur quæ vlti
 mæ parti eius obiectionis, hæcenus illud
 monstratum sit, motum non incipere ex ali
 quo primo mutato, aut moueri. Quod de
 mutatione secundum cōtradictionem di
 citur est multō difficilius: nam si verē dictū
 est ab eodem Aristotele (est verō illud: e
 risisimum si quid aliud) quod mutatur secū
 dum cōtradictionem ex non ente in ens,
 statim cū mutatur esse in ente, & cū est
 in ente iam non mutatur, constat quod mu
 tatur nullum tempus insumere in mutatio
 ne, sed in indiuisibili mutari, esseque gene
 rari vnicum primum, idemque perfectū
 mutatum esse, & illud idem instans esse pri
 mum, quo res genita est. Itaque et si motus
 aut rei motu comparatæ non posse esse pri
 mum instans quo sunt, monstratum est, ta
 men substantiæ est primum esse ipsam ins
 tans mutationis. huius causa est quod for
 ma substantiæ non est per se eadem substan
 tiæ parte diuisibilis, cū nullam intensio
 nem accipiat: tunc illa etiam forma simul
 cum materia diuidetur in partes magnitudi
 nis: proinde si in tota aliqua materia ponat
 tur forma substantiæ, generati simul, ita vt
 totū lignum secundum se totum vnicō in

stanti in ignem migret, igne vn⁹iq; æquē ad
 moto, certē illud mutatum esse, est primū &
 perfectum, & ante quod nō est mutari. Cæ
 terū si intelligatur, vt plerūq; fit formam
 per partes materiæ sensim serpere, ita vt
 prius in dimidiatū, q̄ in totū, & in dimidia
 ti dimidiatum, & ita semper, velut cum stu
 pa vna quadam ex parte ardere incipit, &
 sensim per totā stupam vna perpetua muta
 tione serpit ignis, erit illa generatio conti
 nua diuisibilis secundū tempus, non quidē
 in eadem parte mobilis, velut calfactio esse
 potest, sed secundum diuersas partes. Diuis
 io ergo incipit, non ad ipsa forma substan
 tiæ quæ per se est diuisibilis, sed a corpore,
 quod mutatur, quod quidē accipit per par
 tes, in quas est in infinitū diuisibile. In tali
 ergo generatione dicta de causa non erit pri
 mum mutatum esse: nam quantum lancunq;
 stupæ partē ignem factū ostendes, dimidiū
 eius fuerit factū prius. De hac ergo ratione
 generatū intelligit Arist. dicens, neq; genera
 tionis esse primū mutatum esse. Corruptio
 nis est eadē ratio: nam idem vnicum instans
 mutationis est generatio vni⁹, & corruptio
 alterius. sed cū per partes res corrūpit, vt
 ignē extingui in materia aliqua sepe vide
 m⁹, nulla pars sit extincta aut equā nō sit ex
 tincta ei⁹ medietas. Hæc generatio & hæc
 corruptionem intelligit Aristot. quanquam
 profectō ad physicam doctrinā fatius sit sci
 ri in veris motibus non esse primum muta
 tum, & in generatione posse esse: quia posse
 formam substantiæ simul in tota aliqua ma
 gnitudine recipi, non est dubium: siquidē
 potest simul secundū se tota magnitudo ali
 qua disponi. An verō possit paulatim per
 partes materiæ serpere forma, quin in certa
 aliqua magnitudine primum fiat, magno
 pere dubiū est, penderiq; ex questione de mi
 nimo, quā supra disputauimus: si est mi
 nimus ignis magnitudine, certē ille genera
 retur necessariō in instanti per se totū, sitq;
 etiam secundum partes primum mutatum
 esset: qui non stratum à me est cap. 4. libri
 primi esse minimā magnitudinem cuiusq;
 substantiæ, quo posito etiam in eo modo ge
 nerationis, qui per partes magnitudinis fit
 primum mutatum esse. Verū Arist. hic non
 ponit esse minimas magnitudines substan
 tiarum (ego verō illic in rerum corruptio
 ne dixi esse minimas moles nō etiā in genera
 tione) sed illud vni⁹ docet, si perpetua quadā
 corruptione ex substantia aliqua aia sit, vt

Secundō.

Respondetur.

ex ligno ignis, eius generationis nō esse primum mutatum esse, quia secundū partes continue esse continuis, & infinita diuisio. Huc respiciens dicit, cōtrariū necesse esse, & id quod factū est semper fieri, & quod fit, infinitū esse, quæcūq; sunt æquiuua, & diuisibilia; hoc est, in his mutationibus, quæ sunt cōtinuæ, generationes uero non aliter sunt cōtinuæ, q̄ dicto modo; hoc est, secundum partes substantiæ, quæ mutantur. unde rursum cōstat, quod ego proximo capite monstrauī, qualitātē nō esse in diuisibile per se, per subiectū solū diuisibile; ut uidebatur Aristoteles doceremam si ita esset, profectō nulla ratione posset alteratio esse continua magis quā generatio, ut atq; enim posset per subiectū, & neutra per se; quod constat magis me esse absurdum, præcipuam enim diuisiōnem motus omnis esse per diuisiōnem formæ, quæ comparatur, monstratum est à me cap. 4. huius sexti libri. Itaque docet Arist. ut in nullo motu est primum mutatum; ita neq; in generatione, quæ est continua, ea uero est, quæ perpetua quadā successione fit per partes. At dices, nō uidetur hæc enarratio cōuenire uerbis Arist. siquidē de generatione incipiens dicere dicit, eadem enim de monstratio & in his, quæ cōtinuæ nō sunt. At qui dubitabit, quō pacto hæc dicatur, in his quæ cōtinuæ non sunt, & paulo post addat, quæcūq; diuisibilia sunt, & cōtinuæ, eūdem utrobq; edisserat de mutationibus, quæ nō sunt propriè motus. Scire licet, rerū, quæ mutatione quadā quæ motus nō est, sunt, quæ dā esse sui similes secundū partes omnes, & omniogeneas, quæ dā ex diuersis partibus cōflatas. ut atq; sūt, eūdem aliq; earum partes sunt ita factæ, & antequā aliq; earū partes factæ sint, neutre fieri dicuntur. ut domū fieri dicimus, cum semifacta est, atque si nulla pars sit facta, nō dum fieri dicimus. ita lignū iam uiri, eūdem aliq; eius partes igne cōcepere, quare in utriq; cum ita sūt, est aliquid factū, atq; quod factum est prius fiebat, in neutris ergo est primū fieri, aut primum factum esse. Verū interest nō in omnibus, quia res omogeneæ fieri dicuntur, cum partes aliq; factæ sunt, & generatio nō cessauit: cum primum enim ignis cessat ultra progredi, iam non dicimus igne fieri, sed factum esse tamē res eterogeneæ dicuntur fieri, et si generatio intercідatur, uelur dicimus, factū fundamētum, domū fieri, etiā si aliquo die reedificata cessent. Est etiam aliud quod interest, cum res

omogeneæ sunt, id quod factum est eisdem appellationis est eum re, quā fieri dicimus: cum eterogeneæ, aliterius: uelut si ignis sit, ignis factus est, non tamē si domus sit, domus facta est, sed cemetum, aut parietes. Ergo ut doceret Arist. in utrumq; rerum generatione, esse antequam fiant, aliquid factum, & antè factū, fieri. Dixit & in his, quæ nō sunt cōtinuæ, hoc est, in rerū eterogenearū generatione, ut in contrariis, hoc est, in moribus, ita in cōtradictione, hoc est, in generatione substantiæ. Et rursum inquit, quæcūq; diuisibilia, uelur mutationes omnes, quæ secundū materiā diuisibiles sunt, & cōtinuæ (hæc sunt generationes substantiæ similares, quæ fiunt successiua per partes mutatione) atq; dicit antequā res fiat, factū esse aliquid, nō tamen semper id quod factū est, est idem quod fit, sed aliquando (scilicet eūdem sunt res eterogeneæ) aliud est, quod factum est aliquid eorū quæ illius, hoc est, aliqua illius pars, ut domus sit, cum factum est cemetū. Itaq; in his mutationibus ita factis uerè dicit Arist. nō esse primū mutatum, neq; in moribus: nihilominus cum tota aliqua substantia simul sit, aut interit, est primū mutatum, illudq; est primū instans, quo substantia est, quod primū instans nullatenus prioris aliquis habere potest, aut res motu comparata.

CAPVT SEPTIMVM.

Quoniam autem omne quod mouetur, in tempore mouetur, & in maiori maiore magnitudine, in tempore infinito impossibile est finitū moueri, nō semper eadem, & eorū quæ illius aliquid moueri, sed in toto totā. Quod quidē igitur si quid æquati celeritate mouetur necesse esse finitū in finito moueri, manifestum: accepta enim parte, quæ mensurat totam in tot temporibus equalibus, quos partes sunt, totā mota est. Quare quādoquidē hæc finitæ sunt, & quāto quæcūq; & numero omnes, & tempus quidem sit finitū: toties enim erit tantum quantum partis tempus

multiplicatum secundum partium multiplicatione in qua est non aequali celeritate, nihil interest. Sit enim in quo A & B spatium finitum, quod rursus factum sit in infinito, & tempus infinitum, in quo G D. si igitur necesse est, prius alterum altero esse motum: hoc autem constat, quia tempus in priori et posteriori, alterum motu est: semper enim in maiori alteru erit motu, siue aequali celeritate, siue in aequali mutetur: atque etiam si ne interduatur motus, siue remittatur, siue maneat, nihilominus. Accipiat autem aliquid spatii A—B. hoc AE quod mensurabitur hanc A—B, hoc autem infinitum in aliquo tempore factum sit, in infinito enim non potest: totum enim in infinito, et rursus aliud si accepero quantum A—E, necesse est in tempore finito, totum enim in infinito. Atque ita quidem accipiendo (quandoquidem in finiti nulla est particula, que mensura bit, impossibile est enim infinitum esse ex finiti, & aequalibus & inaequalibus, eo quod mensurentur finita multitudinem et magnitudine ab uno aliquo, siue aequalia sint, siue inaequalia, definita autem magnitudine nihil minus: spatium autem finitum quantum bis AE mensuratur) in tempore quidem finito, hoc AB mouebitur.

¶ Repetit Arist. quedam eorum que cap. 2. huius lib. demonstrata sunt, monstratque hoc rursus, & enarrat aliquando falsitas, cum quia posita sunt iam plura principia ad hanc demonstrationem necessarie, cum etiam quia propter iam sermo ad dilutionem argumentorum Zenonis, que hinc accipit dilutionis principium. Sunt vero ea que monstrat, nihil posse in hoc tempore ferri per finitum viam, nisi eadem in fi-

nitie recurrat, idque siue corpus feratur eadem siue diuersa, in aequalibus celeritate: nihil praterea posse tempore finito ferri per infinitam viam, aut quiescere: siue via sit verus vsque vnus, siue versus omnem partem infinita. Praterea docet, neque corpus finitum posse percurrere viam infinitam, neque infinitum finitam. demonstrationes sunt huiusmodi. Primum inquit quonia omne quod mouetur, mouetur in tempore, ut 2. c. monstratum est, idem eodem modo motu in minori tempore semper percurrat maiorem viam, quam in minori, constat non posse corpus aliquod percurrere viam finitam tempore infinito: quia scilicet si finita est, aliquo tandem tempore percurratur, quantum is lentè agatur corpus, nisi (inquit) eandem viam percurrat, vel quod per lineam aliquam ferretur circulo velut sol, qui etiam in infinito ferretur tempore, non excederet suam viam, quia scilicet recurrat quotannis per eandem. Sed quia dubitaret aliquis quo pacto fieri posset, ut semper feratur per eandem, cum necessarii mutet locum, quod mouetur loco. Addit nisi mouetur per eandem, aut eorum aliquid, que illius, sed in toto tota, hoc est, aut partem aliquam eiusdem viam, ita ut in variis temporibus sit in variis partibus eiusdem viam, etiam toto tempore sit semper in tota ea via: hoc enim modo ea que circa lo aguntur, mouentur in infinito tempore viam finitam. Deinde hanc ipsam assertionem confirmat particulatim. Primum, corpus, quod equali semper celeritate mouetur, non potest nisi finito tempore percurrere spatium finitum. Nam accepta parte temporis, que mensurat totam aliquam partem, hoc est, accepto tempore, in quo percurreretur pars aliqua spatii in tota partibus temporis equalibus illi percurreretur tota via, quot partes viam erunt illi primæ equalis: quare quandoquidem he partes finite sunt magnitudine, & numero, & partes temporis, quo totum percurreretur, erunt finite magnitudine, & numero, ergo & tempus totum erit finitum. Addit verum esse hanc assertionem, etiam si ponatur celeritatem qua res feratur non esse semper eadem. Nam sit spatium finitum A—B, quod transiendum sit tempore infinito, & tempus illud infinitum sit G—D, necesse est prius alterum altero motu esse, hoc est, partem ante partem percurrere, hoc autem constat, quia non eadem pars spatii pertransitur in priori & posteriori parte temporis, sed altera, ut altera pars viam percurratur hora secunda ab ea, que percurreretur hora prima, & in maiori tempore semper

per pertransitum erit plusquam in minori ab eodem corpore, siue ponatur ferri æquali celeritate, siue inæquali, siue intendatur semper motus, siue remittatur, siue maneat, hoc est, siue sedetur impetus mouendi, quod idem certe est, quod remitti: hæc utique; ponas corpus moueri, si tempus mouendi addis, certe & transacta. Vig. adicitur aliquid plus, aut minus. Accipitur ergo (inquit) pars aliqua spatii A—E, hæc pars mensurabitur a B. Hoc est, hæc pars erit aliqua pars totius spatii, & inter eam & totum erit proportio aliqua. Atqui illa pars spatii parte aliqua finita temporis sit transacta: nam totum spatium pertransitum infinito ponitur, pars vero pertransit in minori, nam aliter nõ esset totum maius parte, si autem in minori pertransitur, ergo in tempore finito: nam infinitum nihil est maius. Et rursum accipias aliam partem æqualem illi primæ, quæ eras A—E, illa etiam percurreretur tempore finito eadem ratione, & ita rursum accipias tertiam, & quartam, usque ad vltimam, singule percurreretur finito tempore, & illæ sunt finitæ numero, ergo finitis numero & longitudine temporis partibus, totum spatium percurreretur, ergo tempore finito mouetur totum. Nam in finiti nulla particula est, quæ possit mensurare totum: nam impossibile est infinitum consistere ex finitis multitudine, & magnitudine, eo quod finita hoc modo mensurari possunt ab vna aliqua parte finita aliquoties accepta, illudque accidit, siue illa finita multitudine sint æqualia, siue inæqualia. Ergo quoniam illud spatium A—B mensuratur his A E & æqualibus illi, tempore finito percurreretur. Certe quod Arist. docet, si quidpiam æquali celeritate moueatur semper, nõ posse infinitum tempus insumere in percurrente finita via, euidenter demonstrationem habet. Cæterum quod addit, neque si corpus moueatur celeritate inæquali, videretur esse falsum: nam si ponas corpus A incipere moueri per lineam bipedalem B—C, & ita feratur vt facta diuisione infinita lineæ secundum dimidiatas partes, ita vt anterior pars sequenti sit duplo maior, & ita celeritas, qua moueri cepit, eadẽ proportionem remittatur, vt celeritas sequentis partis celeritate antecedentis sit duplo minor, in omnibus partibus lineæ percurrentis insumetur tempus æquale: quare cum partes infinitæ sint, infinitæ partes temporis æquales insumentur in motu, erit ergo linea quæ percurreretur finita, & tem-

pus infinitum. Neque verò post Arist. hypotheseum nõ recipere, siquid ipsemet. 2. capituli sexti libri ad suas demonstrationes accipit quocumque motu posse ferri duplo tardiorẽ, & celeriorẽ, quid ergo respondendum infertione hæc, necesse est corpus quoduis spatium finitum tempore finito percurrere, etiam celeritate inæquali feratur, intelligi, dummodo partes omnes motus aliqua saltem certa celeritate sint, quod in dicta hypothese nõ fit. Nam cum remissio in infinitum procedat, nulla est tanta tarditas, qua in eodem motu non sit maior. Atqui nisi ita intelligatur, profecto argumentum Arist. nihil efficit, neque verò res conclusitur. Nam (inquit) quæcumque reposita pars addatur motui, additur aliquid lineæ quæ percurritur, ergo si infinitum tempus insumeretur, infinita additio fieret, & infinitum percurreretur: tamẽ cõstat, nisi certa saltem additio semper fiat, etiam infinitas addatur, nunquam finitum cõstatum iri. Certe si tu mihi des modum libræ, & rursum alteram libræ partem, & rursum quartam, deinde octauam, atque ita detrahendo largitioni, dare nunquam cesses, in infinitum dabis: nunquam tamen duas horas. Ergo quæ Arist. hac tenus docuit, ita intellige, aliter assertio hæc erit falsa.

¶ Eodem autem modo & in quiete: quare neque fieri, neque corrumpi quicquam potest, idem, & vnum.

¶ Quid est hoc quod dicit, eodẽ autem modo & in quiete? certe quæ admodum motus finiti in infinito tempore fieri nõ potest, ita neque quietem finitam tempore infinito posse: sed si quietes est cessatio integra, cum qua nullus motus in iudicẽ generis est, profecto nõ potest quietes quiete maior, aut minor esse, nisi solum secundum tempus, quo durat. Nam vt dixit Arist. c. 4. libri quinti, quod dicitur secundum minus admixtionẽ habere cõtrariis: ergo quietes, quæ nihil motus habet admixtum, nõ est altera minor perse, sed tanta est quæ quis quietis, quantum tempus quo quiescitur. & ipsa temporis magnitudo est magnitudo quietis. Quare idiculum videretur monere non posse esse quietem finitam in tempore infinito: nam pertinens est ac si dicas, non posse esse quietem finitam infinitam, aut tempus infinitum non posse esse finitum. quid ergo est, quod Arist. dicit? Considera quæ sit nomen non solum dici apud Aristotelem de cessatione

Quietis
no. non.

folā, sed seruius de quadam quiete, quæ cum motu cōiungitur, quæ duplex est, prima est illud sedari paulatim motum, hoc verò est ipsum remitti motum, hoc verò simul cum motu fit, & quod mouetur, cum motum iā remittit, simul quiescit: secunda est ipsum manere in termino à quo, quod quidē non finitur vsq; dum motus omnino finitus est: nām quod mouetur, partim est in termino à quo, partim in termino ad quem. His duobus modis vsus est quietis nominis cap. 6. lib. 5. dicit, motus enim in idem in quo stat, quietatio magis est, quatenus accidit simul fieri cū motu: & rursum, adhuc videtur (inquit) ipsum quiescere magis esse in motu naturali: & rursum dicit, quodāmodo quiescit si manet adhuc, hæc illo in loco. Hic quoq; quies dicitur de mōtione in termino à quo eius quod mouetur, quæ durat, quādiu motus ipse: nā nō antea res amittit omnino id à quo mouetur q̄ omnino mota est. Talis ergo quies nō poterit esse finita tēpore infinito, si motus in finitus esse nō potest: nā quid aliud esset quiescere in linea bi pedali infinito tēpore mouendo, q̄ infinito tēpore nunquā hāc lineā præterisset: hoc verò mouēdo fieri nō posse, mōstratum prius est. Neq; res alba potest denigrari nā, vt infinito tēpore nigrescat, & nūquā omnino deponat candore aliōqui finitū. Eadē ratio est aliarū omnīū mutationū, quæ tēpore fiunt: vnde rectè colligitur Arist. neq; corrūpi potest quæquā semper vnū & idē, hoc est, neq; res aliqua fieri potest, aut corrūpi infinito tēpore, semper manēs eadē, & nunquā omnino cōmutata: nā neq; illa mōtio in termino à quo, neq; illa mōtio potest nō finiri.

¶ Eadem autem ratio, quod neque in tempore finito infinitum potest moueri, neque quiescere, neq; æqualiter motum, neque inæqualiter accepta enim parte aliqua mensurabit totum tempus in hoc, quantum aliquid pertransibit ipsum magnitudinū, & nō totum: nam in toto totum, & rursum in equali aliud, & in quocunq; similiter, siue equaliter, siue inæquale, et quod à principio: differre enim nihil si sit solū finitū

aliquid quodcūq; cōstat enim q̄ in summo tempore, ipsum infinitum non infumetur, facta finita detractio. & quanto, & multitudine: quare neque percurrerit in tempore finito infinitum. Nihil etiam referri magnitudinem verus ad alteram, aut ad vtranque partem esse infinitam, nam eadem erit ratio.

¶ Eadem ratione monstrari dicit, nō posse spatium infinitum tempore finito percurrere, siue æqualis semper celeritas, siue in æqualis sit: nam accepta parte aliqua tēporis, ea mensurare poterit totū, hoc est, ea erit certa aliqua pars tēporis, inter quā & totū tempus aliqua proportio erit: in illa ergo temporis parte, quā acceperis, pars est aliqua spatii pertransibit, & nō totum spatium: nā in toto pertransibit totū, ergo in parte minus quā toto, quia pars minor est toto. Et rursum accepta alia parte tēporis priorī æquali, pertransibit alia spatii pars, & in quacūq; alia parte pertransibit aliqua pars spatii, siue æqualiter, siue inæquale, et quæ percurrerit in prima parte tēporis, quā accepimus. Nā nihil refert, dūmodo quavis pars spatii, quæ quavis parte tēporis percurrerit, sit finitū aliquid, quodcunq; illud sit: ergo in summo toto tēpore detractioe partū tamen totū illud spatium nunquā infumetur. Quia detractioe finitorū mōtitudinē, & magnitudinē nō potest infum: infinitū: quare non percurrerit tēpore finito infinitū spatium. Adde nihil refert, siue ponatur spatium infinitum esse versus vtrāq; siue versus alterā partē, vt si ponatur linea, quæ hinc incipiat orientē versus, in infinitū produci, aut ponatur quæ hæc prætereat in vtrāq; partē, vt occidēter & orientē produci sine fine. Itaq; siue vnō, siue omnī hinc crearet: nā eadem erit demonstratio. Hic quoq; haud dubiū est intelligi debere, vt nuper monuimus, videlicet nō posse quidpiā tēpore finito percurrere spatium infinitū, si quæuis pars motus certa aliqua celeritate sit: nā aliter falsum esse assertionē, ita probatur. Incipiat A corpus ferri per lineā infinitā, feratur verò solum duabus horis, intelligantur verò duæ illæ horæ ita diuidi in infinitū, vt prior pars sequenti sit duplo maior, & celeritas illius motus sem-

semper crescat ita, vt parte sequenti duplo maior sit, quàm antecedenti, & incipiat ab ea celeritate, vt prima hora percurrat stadium, quauis partium sequentium percurreret tantundem, quia vt tempus erit duplo minus, ita celeritas erit duplo maior, & partes erunt infinitae, ergo duabus horis percurreretur infinita stadia: igitur assertio Arist. intelligi debet, de modo quauis pars motus certa aliqua celeritate sit. Quod verò Arist. ita intelligat, palam facit quod in argumento accipit, quancunq; parte spatioque quauis parte temporis percurratur, esse finitum aliquid certum, quod profecto falsum sit, nisi ponatur etiam in quauis parte esse finitam aliquam certam celeritatem. Nam in hypothesi, quam posui, spatium, quod percurreretur vltima quarta secundae horae, non erit aliquid finitum. Neque verò, nisi intelligas vt ego explicui, satis sit: ad tuendam Arist. assertionem, dicere, quod vlogares quidam enarratores addunt, vide licet accipere Arist. semper partem infiniti, non esse infinitam. Nam si hoc accipit Arist. falsum accipit, fieret enim vt infiniti detractioe vnus liber fieret finitum: nam si libra detracta est, non restat totum, restat ergo pars, quod si ea est finita, finitum additione finiti fiet infinitum, quod est aperte falsum: profecto infinitum infinito maius esse falsum est, & proinde: negauimus supra infinitum aliquid esse, d si infinitum esse ponatur, non possumus. I statim concedere infinitum infinito esse maius, est proportionem aliqua maius, aut minus esse non concedemus. Atqui Aristot. illud ponebat (stator) partem infiniti non esse infinitam, siquidem ita argumentabatur in prima capituli huius monstratione, quocunq; pars accipitur illa percurreret in finito, quia totum in infinito. Itaque ponit quia totum est infinitum, partem non esse infinitam, contrarium tamen ego monstravi modo. Ceterum dicere possumus, quod accepimus, Arist. non simpliciter negare partem infiniti posse esse infinitam, sed si res semper aliqua certa celeritate feratur, non posse in partem aliquam motus infinitum tempus inferri. Ceterum nisi ponatur, quicquid mouetur certa aliqua celeritate moueri, nullaratio est monstrandi, non posse motum infinitum, a tempore finito, aut motum finitum a tempore infinito fieri. Itaque hoc addendum est monstrationibus Arist.

¶ Demonstratis autem his constat neque finitam magnitudinem infinitum posse percurrere tempore finito ob eandem causam: nam in parte temporis finitum percurreret, & in quacunque eodem modo, quare in toto finitum.

¶ Quando igitur finitum non percurreret quod infinitum finito tempore, constaret quod neque infinitum quod finitum. Si enim infinitum quod finitum est, necesse est & finitum quod infinitum percurrere, nihil enim refert verum sit quod mouetur. Nam vtroque modo finitum percurreret infinitum: cum enim mouetur infinitum, in quo A, erit aliquid illius iuxta B finitum, vt hoc G D, & rursus aliud, & aliud, & ita semper: quare simul continget infinitum motu esse finitum, & finitum per transisse infinitum. Neque enim fortasse possibile est aliter infinitum motum esse per finitum, quàm quod finitum transeat infinitum, aut latum, aut mensurans: quare quando quidem hoc est impossibile, non sane percurreret infinitum quod finitum. Sed neque infinitum tempore finito percurreret infinitum: si enim quod infinitum, & quod finitum: inest enim infinito, & quod finitum. Adhuc autem & tempore accepto, eadem erit demonstratio: quòd quidem enim neque finitum quod infinitum transibit, neque infinitum quod finitum, neque infinitum in tempore finito mouetur, constat quod neque motus erit infinitus in tempore finito: quid enim differt aut motum, aut magnitudinem

facere infinitam necesse est enim, si
viamus, & alterum esse infinitum
omnis enim latio in lo.

¶ Eadem ratione dicitur monstrari posse, non
posse corpus infinitum ferri tempore finito
per finitam viam. quod ita probat. In
parte temporis finita pars corporis feretur,
& in quacunq; parte eodem modo, ergo
in toto tempore non feretur infinitum. Ad
id aliud argumentum ex dictis, corpus fini-
tum non potest moueri per infinitum tem-
pore finito, ergo neque infinitum per fini-
tum: nam si ab infinito percurratur finitum,
necesse est infinitum percurrere à finito. Nam
si infinitum quod sit A, aliqua pars illius e-
rit iuxta partē aliquam viæ, vt pars B iuxta
partem C D, & rursum alia, & alia corpo-
ris pars fiet in eadem parte viæ, ita vt ante-
quam totum corpus pertransierit, necesse
sit infinitas partes, partem quacunq; viæ
tingisse: ergo simul via finita pertransit cor-
pus infinitum, cum corpus in finitum præ-
terit. Neque enim (inquit) fortasse fieri aliter
potest, vt corpus infinitum, moueatur
per viam finitam, quam quoddam finita via trans-
eat per infinitum corpus, vel lata per illud,
si simul etiam moueatur ea magnitudo per
quam, velut cum musca ascendit per lanceā
descendentem. aut homo nat, contrā a ca-
qua feratur: vel ipea surans solum, velut si
via quiescat, & corpus feratur: tūc enim etsi
via finita nō feretur, tamen mensurabit cor-
pus infinitura. Si ergo impossibile est hoc,
constat non posse corpus infinitum percur-
rere viam finitā. Colligit deinde ex dictis,
neque infinitam viam posse percurrere ab in-
finito corpore tempore finito. Nam si fini-
tum corpus non potest infinitam viam finito
tempore percurrere, neq; infinitum po-
terit: nam in corpore infinito est pars finita,
& cum necesse sit cum feratur totum, &
cuius partes ferri, si totum feratur per infini-
tam viam, & pars finita feretur, si ergo fini-
tum non potest, neque infinitum poterit.
Sed præter hæc, & accepto tempore erit ea-
dem demonstratio, qua probatur non posse
infinitum ferri per viam finitam. Nam ac-
cepta parte temporis, in ea mouebitur pars
aliqua finita corporis, & in quacunq; alia
tantundem: cum ergo partes sint finite, to-
tum quod finito tempore mouebitur erit

finitum. Concludens caput colligit ex de-
monstratis: quādoquidem neque infinitū
per finitam viam, neque finitum per infini-
tam ferri potest, neque infinitum finito tem-
pore ferri, cōstat nullatenus posse fieri mo-
rum infinitum tempore finito: nam nihil in-
terest ponere corpus esse infinitum, aut mo-
tum vnam necesse (inquit) est, si vtrumque
infinitum est, & alterum infinitum, vt si cor-
pus quod fertur est infinitum, motus est in-
finitus, atque si motus est infinitus, magni-
tudo est infinita, aut quæ fertur, aut per quā
latio sit: nam omnis latio sit in loco, quare
latio infinita in loco infinito, quæ infinita
magnitudo est. Hæc Aristote. vbi conside-
randum est, quod dicitur infinitum cor-
pus non posse finitam viam, aut etiam in-
finitam finito tempore ferri, intelligi debe-
re, ita vt totum corpus quod fertur, totam
viā prætereat secundum omnes partes &
corporis, & viæ, velut si via sit ab A in B.
& totum corpus, quod est citra A, fiat vltra
B, nam videtur esse alia ratio mouendi cor-
poris, qua non dubito fieri posse, vt si corp⁹
infinitū esset, & moueretur, (neutrū enim
horū fieri potest) posset finitā viam finito
tempore percurrere, velut si ponatur ab hoc
loco incipere corpus infinitum versus oriē-
tē, illudq; modò stadiū vnum ferri versus
occidentem, ita vt vnum stadium fiat occi-
denti propius, certe corpus illud moueret,
nō enim quiesceret, mouereturq; totū, pono
enim continuū, & cōtinui partes mouentur
simul, cum ergo pars quæ hic est moueatur,
constat moueri totum: atqui non fertur viā
infinitam, solum enim stadium occupat,
quod antea non occupauerit, fertur ergo in
finitum per viam finitam: atqui mouebitur
tempore finito, nam pars hæc prior quæ huc
spectat fertur per stadium celeritate aliqua,
tempore ergo finito, vt vna hora, & eadem
hora mouetur alix omnes partes, cum mo-
ueantur simul: ergo vna hora motum est
totum infinitum, etsi enim infinitum par-
tium motiones sunt, ille tamē cōmunicat
eodem tempore, ac proinde tempus potest
esse finitum. cæterum quia hic motus vide-
tur ad singulas partes pertinere, & non ad
totum proprie, quia nullum stadium est qd
totum infinitum prætereat, Arist. priorem
præterea dei modum respiciens dixit,
neque enim possibile est aliter infinitū mo-
tum esse per finitum: sed quia etsi non ad
proprietate potest tamen aliter fieri, vt disti-
nō videtur

videtur mihi ausus aperte affirmare, sed fortasse inquit, per impossibile non est aliter infinitum motum esse per se finitum, nisi tantum in tantis posse aliquo modo est minus proprie. at qui Arist. recte colligit, non posse fieri motum infinitum tempore finito: nam si ferretur corpus infinitum, ut ego posui, motus quidem non esset infinitus, quia magnitudo propria motus, ut dixi supra, accipitur ex via magnitudinis, verum cum dicitur motum infinitum non posse fieri tempore finito, intelligi debere, si quis motus pars habeat certam quandam celeritatem, antea motum.

CAP. OCTAVVM.

Quoniam autem quodlibet aut mouetur, aut quiescit, quod natum est, cum & ubi, & ubi natum est, necesse est quod quiescit, cum quiescit, moueri: si enim non moueretur quiesceret, sed non potest quiescere, quod quiescit: hoc autem demonstrato, manifestum necesse estiam esse in tempore quiescere, nam quod mouetur in tempore mouetur, quod autem quiescit, demonstratum est moueri, quare necesse est in tempore moueri. Adhuc autem si celerius & tardius in tempore dicimus, quiescere autem contingit celerius & tardius, in quo autem tempore primum id quod quiescit, in quocumque huius necesse est quiescere, diuiso enim tempore, si in neutra parte quiescit, neque in toto, quare non quiescit, quod quiescit, si autem in altera, non sane in primo toto mouebatur, secundum alteram enim in hoc est: quemadmodum dictum est & in eo quod mouetur prius. Quemadmodum autem quod mouetur non est in quo primo mouetur, ita neque in quo stat, quod stat, neque enim mo-

uendi, neque quiescendi est primum aliquid. Sit enim in quo primo quiescit in quo *AB*, hoc autem sine partibus non potest esse, motus enim non est imparibilis, eo eodem motu, est aliquid illius: id autem a quo stat monstratum est moueri, sed si diuisibile est, in quacumque illius parte quiescebat, hoc enim monstratum est prius, in quo primum quiescit, in quocumque illius quiescere, quoniam igitur tempus est in quo primum quiescit, & non indiuisibile: omne autem tempus in infinita est diuisibile, non erit in quo primo quiescit. Neque quidem quod quiescit est in quo quiescit primum: in imparibili enim non quiescet, quia non est motus in indiuisibile: in quo autem quiescere & moueri, tunc enim dicebamus quiescere cum in quo natum est moueri, non mouetur, id quod natum est. Adhuc autem tunc dicimus quiescere, cum similiter habet nunc & prius, ut non vno quodam vientes, sed duobus minimis, quare non erit in quo quiescit imparibilis, si autem partibile, tempus sane sit, & in quacumque parte illius quiescet: eodem enim modo monstrabatur esse & in prioribus, quare nihil erit primum huius autem causa quod quiescit & mouetur quodlibet in tempore: tempus autem, non est primum, neque magnitudo, neque omnino continuum aliquid: quoniam enim in infinita est diuisibile. Quoniam autem omne quod mouetur in tempore mouetur, & ex quodam in quiddam mutatur, in quo tempore mouetur

ueretur per se, & non in aliquo eorum
 qua illius, impossibile est tunc secun-
 dum aliquid esse primum quod mo-
 uetur, quiescere enim est in eodem esse
 tempore aliquo & ipsum & partium
 quancunque. ita enim dicimus quie-
 scere, cum in alio & alio nunc, vere di-
 citur in eodem idem & eius partes. si
 autem hoc est quiescere, non contingit
 quod mutatur, secundum aliquid ef-
 fe totum secundum primum tempus,
 tempus enim omnē diuisibile, quare
 in alia & alia eius parte, vere di-
 citur in eodem esse & ipsum & par-
 tes, si enim non ita sed in vno solo nūc,
 non erit tempus aliquod per se, sed se-
 cundum extremum temporis: in ipso
 autem nunc est quidem semper secun-
 dum aliquid, aliquid manens non quidem
 quiescet: neque enim moueri, neque
 quiescere contingit in nunc, sed non
 moueri quidem verum in nunc, &
 esse secundum aliquid, in tempore au-
 tem non contingit esse, secundum ip-
 sum quiescere: contingit enim id
 quod ferretur quiescere.

¶ Dicitum est nuper duobus modis fieri vt
 quies cum motu simul fiat, vno modo ex
 quo res incipit moueri quiescit aliquatenus,
 quatenus scilicet manet in termino à
 quo: alio modo ex quo motus sedari incipit,
 atque hoc ipsum, sedari est incipere
 quiescere, atque quoniam quod moueri in-
 cipit eatehū quiescere definit, quanquam
 adhuc quiescit aliquatenus, & quod sedatur,
 vt definit moueri, ita quiescere incipit,
 quanquam aliquatenus mouetur, vsque
 dum ab omni motu cessat (quanquam o-
 mnimotus non potest esse sine omni quie-
 te, quia quod mouetur partim est adhuc in
 termino à quo, tamen quies sine omni mo-

tu potest esse, quia potest aliquid esse in e-
 dem quā fiat in alio) principium quiescere
 di est, non ex quo omnino non mouetur
 res, sed ex quo sedari incipit motus. His po-
 sitis intelliges Aristot. monstrare hoc ca-
 pite, vt non est prima pars motus, ita nequā
 quietis esse, prima ratio est hæc. Res que-
 libet, quæ quiescere, aut moueri, nata est,
 quiescit aut mouetur quando, & vbi, & vt
 nata est, sed corpus quod quiescit (hoc est
 cuius motus sedatur) tum, & vbi, & eo mo-
 do natum est moueri, ergo quod ita quie-
 scit mouetur, nam si non mouetur, quie-
 sceret, id est, erit sine omni motu: sed si ita
 iam quiescit non potest sedari, ergo quod
 ita quiescit mouetur. Si autem hoc ita ha-
 bet, necesse est quietem fieri in tempore,
 quia motus fit in tempore. Præterea cele-
 rius & tardius dicitur in tempore, quiescere
 autē potest aliquid celerius aut tardius,
 velut lapis qui sursum erat proiectus po-
 test celerius, aut tardius recurrere, aut cū
 ita semper hætenus recit, potest cele-
 rius aut tardius, cor quiescere: ergo in quo-
 cunque tempore primo dicas rem quiescere,
 in quacunque parte illius quiescit, nam
 diuisio eo tempore in duas partes, aut in
 neutra, aut in vtraque, aut in altera res quie-
 scerat, si in neutra, neque in toto, si in v-
 traque, & in altera, si vero in altera, nō quie-
 scerat in toto primo, nam secundum alter-
 ram partē quiescit in eo, quæ admodū in re
 quæ mouetur dictū est prius. Itaque quæ ad-
 modū id quod mouetur nō contingit in pri-
 mo moueri, ita quod neque stat habet in quo
 primum stet, nam neque mouendi neque quie-
 scendi inquit, est primum aliquid, quod ita
 monstrat rursum. Sit in quo primo quie-
 scitur A B, hoc non potest carere partibus
 quæ quod stat monstratum est moueri, mo-
 tus autem nō potest esse impactibilis, quia
 cum mouetur, iam erat motum aliquid
 illius, sed si diuisibile est id in quo primo
 quiescit, in quacunque parte illius quie-
 sceretur. Nam monstratum est prius in di-
 spuratione de motu, in quo primum quie-
 scit, in quacunque parte illius quiescere.
 Quoniam igitur id in quo primum quiescit
 est tempus, & non indiuisibile, & omne tē-
 pus est in infinita diuisibile, nō erit in quo
 primo quiescit. Rursum addit argumentum
 hoc, non dicitur quiescere quæcunque res
 non mouetur (angelus enim neque mouetur,
 neque quiescit loco, contraria enim ad
 eandem

eandem rem pertinere) sed quæ postea moueri & non mouetur tunc cum postea moueri, ergo cum quiescit postea moueri, sed nihil postea moueri, nisi in tempore, ergo neque quiescere, temporis autem non est primum, ergo neque quiescendi est tempus primum. Præterea, in ipsa ratione quæritur continetur prius & posterius, nam quiescere dicimus quod perseverat in eodem, hoc est, quod in eodem est nunc & prius. Ergo diffiniunt ipsum quiescere, ut videntes non vno quodam, sed ad minimum duobus, hoc est ipso prius & posterius: non ergo illud in quo res quiescit est inpartibile, si autem partibile, tempus sanè sit, & in quacumque parte illius quiescat. Nam in primis motibus, aut quæritur eodem modo habere rem monstratur esse: ergo nihil erit primum quiescendi aut mouendi. huius causam esse dicit, quod quies & motus sunt in tempore: tempus autem non est primum, neque magnitudo prima, neque omnino continuum aliquid est primum: nam quodlibet continuum est in infinita diuisibile. Et quoniam omne quod mouetur in tempore mouetur, & mutatur ex quodam in quiddam, impossibile est, in eo tempore in quo mouetur primo & per se, & non quia in aliqua eius parte, esse secundum aliquam partem primum tempus quo mouetur. nam quiescere est rem quæ mouetur, & omnes eius partes esse in eodem loco, vel eadem qualitate tempore aliquo. nam cum in alio & alio nunc si ut puncto temporis, verè dicimus rem aliamquam & omnes eius partes esse in eodem, quiescere eam rem dicimus. si autem hoc est quiescere, non potest quod mutatur aliquo tempore esse totum, ut in primo tempore, nam omne tempus est diuisibile: quare & alia parte illius verè dicitur, & ipsum corpus & partes esse in eodem. nam si non est ita, sed in vno solùm temporis puncto est in illo, non erit tempore si quo ut in quo primo quiescit, sed extremo temporis. Itaque quod quiescit, in tempore quiescit, ac proinde in nullo primo quiescit, puncto autem quocumque temporis est res quæ mouetur in aliquo puncto loci, aut gradu qualitatibus tamen non quiescit: nam in puncto temporis neque moueri, neque quiescere est. sed in temporis puncto verum est rem esse in aliquo, & non moueri, non tamen proinde verum est quiescere. Addit Aristoteles quod mouetur non posse esse tempore aliam

quo secundum ipsum quiescere, hoc est in eodem, velut res quæ fertur non potest in aliquo puncto spatii, quo fertur tempore aliquo quiescere: nam aliter fieret, ut simul moueretur, & quiesceret. hæc Aristoteles Sed quo pacto cum in initio capitis dixerit, quod quiescit moueri etiam, in calce capituli, colligit, velut summè absurdum fieri, ut quod quiescit mouetur. atqui si quiescere est esse in eodem nunc & prius, aut esse aliquo tempore in eodem totum & omnes partes, profectò non potest quod mouetur quiescere, quod in principio capitis dictum erat. Ceterè cum quies contraria sit motui, rationes etiam illorum contrariæ sunt: quare cum motus sit, cum res sit in alio & alio loco, aut secundum se rotam, ut in rebus quæ rectè feruntur, aut secundum partes, velut in rebus quæ circulo aguntur: et enim secundum se rotas non mutant loca, sed secundum partes. Profectò quietis ratio sit manere in eodem secundum se totum & secundum partes: atqui quies potest esse sine omni motu, tuncquæ verè est in eodem totum & pars, aut potest esse cum motu admista, velut antea dictum est, atque tunc quoque, quanquam res quia mouetur sit in alio & alio: ratio tamen quietis eadem est, quiescit enim, quia aliquo modo manet, in eodem nunc & prius, velut lapis qui sursum proiectus fuerat descendit, qui erat supra, sit infra, & hæc ratio ne mouetur, accidit autem huic esse aliqua tenus infra, & semper inferius fieri: quare in ipso infra perseverare, atque quatenus perseverat quiescit, mouetur itaque & quiescit, cum descendere omnino desit, quiescit solùm, quiescebat nihilominus antea, non tamen sine omni motu, eratque ratio quiescendi eadem, ut probatum est, etsi illa non erat mera quies: atqui omnis quies incipit à quiete, quæ cum motu est: non enim quiescit quicquam, antequam sedetur eius motus, proinde Aristoteles in initium quæritur inuestigans, à quiete quæ cum motu est: incipit, dicitque quod quiescit, hoc est quiescere incipit moueri: in fine autem capitis ad factam iam quietem solamque perducto sermone, maximum incommodum esse putat, quod quiescit moueri, id est, quod omnino quiescit, moueri: hoc enim repugnantiam continet. Accipiens ergo Aristoteles quietis initium à tempore quo motus incipit fedari, aut res quæ præter naturam mota erat, ad naturam incipit redire, probauit quietis nullam

Obijciunt

Respondetur.

nullam esse partem, quod si libeat dicere non esse quietem antequam motus totus cessauerit, tunc tunc quietem incipere, cum incipit esse solutio, etiam potest esse, cum Aristot. argumentis probare non esse quietem, nimirum quiescere erit ita manere in eodem nunc & prius, ut omnino nulla mutatio fiat: hoc autem manere continet tempus, quare neque est primum tempus quietis, neque primum tempus quo quietis incipiat esse sola.

CAP. NONVM.

¶ *Zeno autem male colligit, si enim semper (inquit) quiescit quidvis, aut mouetur, cum sit secundum aequale, est autem semper, id quod fertur in nunc, immobile esse sagittam qua fertur, hoc autem est falsum: non enim componitur tempus ex ipsis nunc indiuisibilibus, ut neque alia quapiam magnitudo. Quatuor autem sunt Zenonis rationes de motu, quae difficultatem praebent soluentibus. Prima quidem, non moueri eo quod prius oportet attingere id quod fertur dimidium, quam finem, de qua distinximus in prioribus sermonibus. Secunda autem qua vocatur Achilles, est autem haec, quod tardius currens nunquam apprehenditur a velocissimo, prius enim necesse est venire id quod persequitur, unde motum est quod fugit: quare semper necesse est aliquid praecedere id quod est tardius: est autem haec ipsa ratio sectionis in duo. Differt autem eo quod non diuidit in duo acceptam magnitudinem, igitur non comprehendit tardius accidit ex ratione, sit autem hoc propter idem partitione in duo a-*

qualia: in utroque enim accidit non peruenire ad finem, diuisa quodammodo magnitudine (sed additur in hac neque celeritimum, tragice dictum, persequendo quod tardius) quare necesse est solutionem esse eandem. Existi mare autem id quod praecedit non comprehendit falsum est: nam cum praecedit non comprehenditur, sed tamen comprehenditur: siquidem dabitur per transire finitum. haec ergo sunt duae rationes. Tertia autem qua nunc dicta est, sagittam qua fertur stare, accidit autem quia accipit tempus componi ex ipsis nunc: hoc autem non dato euanesceat syllogismus. Quarta autem qua de motu in stadio ex diuerso aequalibus molibus iuxta aequales, his quidem a fine stadij, his autem a medio aequali celeritate, in qua accidere putat aequale esse tempus dimidiatum duplo, est autem paralogismus in hoc, aequalem magnitudinem aequali celeritate aequali tempore transire, hoc quod iuxta mouetur, hoc autem quod iuxta quiescit: hoc autem est falsum, ut sint stantes moles aequales in quibus haec A A A A, ea autem in quibus haec B B B B incipientes a medio earum in quibus A, aequales numero his existentes & magnitudine, ex autem in quibus haec G G G G ab extremo, aequales numero his existentes, & magnitudine, & eadem celeritate ipsis B, accidit ergo primum B, simul in extremo esse & primum G eorum qua mouentur inuicem. Accidit autem ipsa G iuxta omnia A pertransisse, ipsa autem B iuxta

dimidiata

d. viduata: quare & dimidiatum esse
 tempus: quale enim est utrunq; iuxta
 quocumque. simul autem accidit vna
 Binxia omnia G concurriffe, simul
 enim erunt primum G, & primum B
 in contrariis extremis: aequali tempo-
 re iuxta quocumque B factum qua-
 ro de ipsis. A vt dicit, quod vtraque æ-
 quaū tempore iuxta ipsa A fiunt, ra-
 tio vtraque hæc est. accidit autem ob id
 quod dictum est, falsum. Neque igitur
 in mutatione secundum contracti-
 onem quicquam erit nobis impossi-
 bile, velut si ex non albo in album mu-
 tatur, & in neutro est, quodammodo
 itaque neque album erit, neque nõ al-
 bum: non enim si non totum in alteru-
 tro est, non diceretur album aut non al-
 bum. Album enim dicimus aut non
 album, nõ quod totum sit huiusmodi,
 sed quod secundam plures partes aut
 precipuas: non est autem idem, nõ esse
 in hoc, & non esse in hoc totum. simi-
 liter autem & in eo quod est, & in eo
 quod non est, & in alijs qua secundum
 contradictionem: erit enim necessariò
 in altero contrariorum, in neutro au-
 tem totum semper. Rursum in circulo
 & sphaera, & omnino in his que in
 se ipsis mouentur, quod accidet ipsa
 quiescere: nam in eodem loco tempus
 quoddam erunt, & ipsa & partes:
 quare quiescent simul & mouebun-
 tur. primum enim partes nullo tempo-
 re sunt in eodem, deinde & totum
 mutatur semper in aliud: non enim ea-
 dem est qua ab A accipitur periphe-
 ria, & qua à B, & qua à C, & à

quouis alio signo: nisi vt homo musi-
 cus & homo, quia accedit, quare mu-
 tatur semper altera in alteram, & nul-
 libi quiescet, eodem autem modo &
 in sphaera, & his qua ipsa mouentur.

¶ Coepit secundo capite huius libri resu-
 tare sententiam Zenonis de sectione con-
 tinuorum, & de motu, atque respondere
 quibusdam illius argumentis: integram ta-
 men argumentorum dilutionem attulit,
 vt multa alia ad dilutionem necessaria prius
 demonstrarentur. Nunc in calce huius li-
 bri colligit vno capite omnia Zenonis ar-
 gumenta, & diluit. Quæ esset Zenonis sen-
 tentia capite secundo docuimus, ea contra-
 nebat duas assertiones has, quoduis quan-
 tum componi ex insecabilibus, atque pro-
 inde nihil moueri continuo motu, sed in-
 ter mouendum quiescere in punctis omni-
 bus. vltimam hanc partem ita confirmabo.
 Sagitta que fertur in omni puncto tempo-
 ris est vno quoddam loco sibi equi: citu-
 scripta ergo in omni puncto quiescit, tam-
 præterquæ quod falso accipit sagittam in
 quouis puncto quiescere (cùm monstrari
 sit proximo capite in puncto temporis esse
 rem alcubi, sed neque quiescere neque mo-
 ueri) male colligit: quia petit principiū (vt
 in plerisque alijs rationibus) putat tempus
 constare ex punctis. Nam in non constat,
 quid referat, et si in punctis concederetur re-
 quiescere, vt in toto tempore quiescat:
 verum argumenta Zenonis omnia, ea sal-
 tem qua difficultatibus soluentibus ingere-
 re possunt, quatuor esse dicit, quæ ordine
 proponit, & diluit. Primum est nihil moue-
 ri, si continuum est in infinitum diuisibile:
 quia per quantum lineam moueatur, ne-
 cessè est percurrere infinitas, id quod
 fieri non potest. Secundum argumentum antea te
 respondisse dicitur. Tercium verò capite vlti-
 ma est finita aut infinita, ita etiam effectum
 pus finitum aut infinitum: nam vt lineata
 etiam tempus continuum est. Quæ siue
 finita siue infinita ponatur esse in ea, nihil
 impedit, quominus percurratur, cùm tem-
 pus eodem modo finitum aut infinitum sit,
 ad dilutionem argumenti hoc est satis. Quo-
 pacto sint hæc finita & infinita dictum est
 prius, sunt scilicet finita extremis, diuisione
 infinita. Secundum argumentum erat hu-
 iusmodi

Opinio
 Zenonis

isimodi. Si res mouerentur motu quodam perpetuo, & nunquam Interim quiescerent, sequeretur rem nullam, etiam velocissimam, attingere posse rem aliam quæ ante cederet, et si esset tardissima. Nam si sit res velox in puncto A, & tarda quæ antecedit, in puncto B, necesse est corpus quod præcedit recessisse à B, antequam id quod sequitur fiat in B: ergo cum velox erit in B, tardum erit in alio. & cum rursum erit in illo quod est velox, erit in alio quod est tardum, atque ita semper: ergo nunquam fient in eodem puncto, quare tardum nunquam attingetur à veloci, sed semper necesse est aliquid quantū præcedere id quod semel ceperit præcedere. Hæc ratio vocabatur Zenonis Achilles, quasi firmissima: quam tamen dicit Arist. eandem esse reuera cum priori, quæ procedebat per diuisionem infinitam continui in duo æqualia, quanquam videatur differre, quia hic non dicitur diuidi in duo, nimirum hic quoque non comprehenditur tardius quod fugiat velocissimo accidit, siue sequatur, ex ratione partitionis in duo æqualia hoc continent illa verba obscurissima, igitur non comprehendit tardius accedit ex ratione, sit autem hoc propter idem partitione in duo equalia nam in vtriusque, hoc est in vtroque argumento, accidit, id est colligitur, non peruenire ad finem id quod mouetur, magnitudine diuisa quodammodo, nimirum in primo argumento aperte ponitur diuidi in duo semper, in hoc secundo diuiditur per partes spatii, quibus id quod percurrit antecedit. Itaque et si verbis differant, quia quod mitius in argumento primo dicebatur, hic tragicè, ut bis scilicet hyperbolicis dicitur, neque velocissimum quod tardius est attinget, tamè vis argumenti eadem est. Nam si, ut primo argumento dicebatur, quod mouetur non potest lineam aliquam pertransire, ut pote infinitas partes continentem, quid interest siue velocissimum dicas, siue quiduis aliud? oportet ergo (inquit Arist.) eandem esse solutionem. Respondens igitur negat fieri, ut tardius à veloci persequente nunquam attingatur: nam non attingetur cum præcedit, tamen aliquando desinet præcedere, & attingetur, si Zeno dabit, quod nos posuimus posse pertransiri lineam finitam: si autem non dabit, rursum poterit principium, recedens argumentum in idem cum priori. Sed videri possit alium hanc rationem perpendere to

lenti, aliquid præter priorem continere: nam dices, do posse lineam finitam pertransiri, tamen constat tardius non posse attingi in puncto in quo est, cum incipit motus: neque in illo in quo erit, cum velocius fiet in illo, neque rursum in alio ad quem iam peruenierit, atque ita procedendo in infinitum, ergo nullo in puncto attinget. Huic ita respondetur, nullo in puncto attingetur eorum quibus præcedit, attingetur tamen in alio quo non præcedit, addet, præcedet punctis infinitis, & hæc nunquam separabuntur omnino. vides nunc ratione ita producta, ut verè dixerit Arist. argumentum hoc idem esse cum priori, quanquam videatur esse aliud: nam in illud fecidit, non posse infinita pertransiri. Nos verò nihil absurdum esse putauimus, infinita quæ non sunt certè aliquid cuius magnitudinis, neque actu in re finito tempore pertransiri: non enim ea infinita constant magnitudinem infinitam, ut sæpe iam & dictum & monstratum est. Tertium argumentum esse dicit, quod modo referebat de emissa sagitta, quam quiescere conueniebat: quia in nullo puncto spatii mouetur, tamen constat huic rationi nullam esse vim, nisi tempus componatur ex punctis: quare hoc negato (negati autem est antea) euaneſcit syllogismus. Quartum argumentum adeo est stultum, ut vix possum adduci ad credendum fuisse Zenonis, nisi ioco scripsit. Nam sic (inquit) ut dimidia hora sit æqualis toti horæ, si duo corpora stadio æqualia ferantur per stadium in contrarias partes, atque alterum incipiat ferri initio horæ à principio stadii, alterum in medio horæ puncto à medio puncto stadii, velut si sint tria hæc hoc modo.

GGGG

AA|AA

BBBB

corpus A A A A quiescat, & in initio horæ corpus G G G G incipiat per illud ferri ea celeritate, ut dimidiata hora primum G cōgrediatur cum primo B, in puncto medio A, tuncque corpus B B B B incipiat eadem celeritate ferri, ita ut corpora illa duo simul eademque celeritate ferantur in contrarias partes. In hac hypothese dum primum G percurrit dimidium corporis A A, & corpus B B B B, totū G G G G, ferriur eadē celeritate qua G: insuper ergo B duplum

plum tēpus quā G, quia d'apium percurrit: & tamen sunt illi motus simul, ergo d'plūm & dimidiūm temporis est aequale tēpus. Hoc est argumentum quod constat esse indignum Zenone. Nam ponit eodem tēpore opus esse ad pereutendū spatium quod quiescit & quod mouetur, qd tamen constat absurdum esse: nam perinde est dum ego feror quādam celeritate spatium ferri celeritate eadem in contrariam partem, ac si ego quiescens spatio duplo maiori celeritate fererer: quare meritū sit, vt corpus B B B eodē tempore percurrat totum G G G G, & dimidiatum A A, nimirum corpus A A A A quiescit, corpus verō G G G G fertur in contrariam partem. Dilatis his Zenonis argumentis, addit aliorum, quę fortē tunc temporis in scholis circumferebantur, dilutionem. Erat primitim, Si quid mouetur secundum contradictionē, cum mouetur nō est in altero terminorum rārūm, nam quod in vnico est non mouetur: ergo aut erit in vtroque, erit quę album & non album, aut in neutro, erit quę neq; albū neq; non album. Respondet Arist. fore in vtroque secundum diuersas partes, atque ita fore partim album, partim non album; secundum totum verō neut. m. Ita etiam (inquit) accidit in mutatione, quę & secundum id quod est, & quod non est, hoc est, in generatione aut corruptione, & aliis mutationibus, nimirum res quę fit, secundum partes est facta, secundum partes in facta, secundum se totam neutrum est. Certē res non alia ratione potest tempore aliquo fieri siue generari, quā accipiens eōm mutationes successiuas secundum partes, vt lignum paulatim vritur: nam cum res aliqua tota simul sit, vt animal, nullo tempore dicitur fieri, sed ipsum fieri est vnicūm mutatum esse, primū temporis punctum quoniam iam est sub forma generanda: tamen quod ex albo non album, aut ex non albo album fit aliam rationem habet continuitatis & successione ipsius alterationis, quā secundum partes subiecti: quia, vt supra diximus, ipsum quale per se habet propriam diuisionem, non solūm secundum subiecti partes: quare si res sit candida, non tota simul, sed secundum has partes prius, deinde secundum illas. Respondendum vt Arist. respondit. Si verō ponatur rem seu idem partes omnes eodem modo pati, dicendum rem esse in vtroque termino alis

quatenus, perfectē in nullo, nimirum cum iam albescit candidior est quā prius, minus quā futura sit, proinde ad priorem dispositionem est candida, ad futuram non candida: perfectē neutrum. Porro alii argumentabantur, rem quę circulo fertur vt cælum non moueri, quia eodem loco manet semper. Respondet Aristot. partes non eodem loco manere: nam quę erat in oriente sit in occidentē. Addit etiam, neque totum ipsum corpus quod ita fertur eodem loco manere: nam ipsa sphaera incipiens à puncto A, ratione diuersa est ab incipiente à puncto B, quare corpus totum mutatur ab sphaera in sphaeram. Mihi hæc vltima dilutio magis opere displicet, quia sphaera per se est figura infinita, nulla ex parte incipiens, neque aliqua in parte finita: quare differentia illa loci fictitia est. Tamen placet prior dilutio.

*Animad
uersio.*

CAP. DECIMVM.

¶ Demonstratis autem his, dicimus quod partibus caret moueri non posse, nisi secundum accidens, vt in ipso corpore aut magnitudine in quo est, vt si id quod in nauis est moueatur, ipsius nauis latrone: aut pars motu rotius. Sine partibus autē dico, quod secundum quantum est indiuisibile, etenim partium motus diuersi sunt, secundum ipsas partes, & secundum rotius motum. Videtur autem aliquis in sphaera maximē differentiam: nō enim eadem erit celeritas eorum quę iuxta centrum, & quę extra, & vniuersi quasi non vnus motus sit. Vt igitur dicebamus, ita potest moueri quod caret partibus, vt qui in nauis sedet, nauis currente: per se autem nō potest. Mutetur enim ex AB in BC, siue ex magnitudine in magnitudine, siue ex specie in speciem, siue secundum

S contra.

contradictionem: tempus autem sit in quo primo mutatur, in quo D: igitur necesse est ipso in quo mutatur tempore aut in A B esse, aut in B G, aut partem illius in hoc, partem in altero: omne enim quod mutatur, ita habebat: in viroque ergo non erit aliquid illius, partibile enim sit. Verum neque in B G, mutatum enim erit, ponatur autem mutari: superest igitur ipsum in A B esse: ergo in quo mutatur tempore quiescet, nam esse in eodem tempore aliquo, quiescere est: quare non potest quod caret partibus moueri, neque omnino mutari, nam hoc modo solum sit ipfius motus, si tempus sit ex ipsis nunc: semper enim in nunc motus sit, & mutatum. quare moueri nunquam motum autem esse semper: hoc autem esse impossibile monstratum est etiam prius. Neque enim tempus ex ipsis nunc, neque linea ex punctis, neque motus ex mutatis: nihil enim aliud facit qui hoc dicit, quam motum ex imparitibus, quemadmodum sane si tempus ex ipsis nunc, aut magnitudinem ex punctis. Adhuc autem & ex his sit perspicuum, neque punctum, neque aliud indiuisibile posse moueri: omne enim quod mouetur impossibile est prius maius moueri se ipso, quam aut aquale aut minus: si autem hoc, constat quod & punctus mouebitur prius minus aut aquale. Quando autem est indiuisibile, impossibile est moueri prius minus: aequale ergo sibi ipse. quare erit linea ex punctis: semper enim qualis motus tota lineam punctus mensurabit.

Si autem hoc est impossibile, & moueri quod indiuisibile est impossibile. Adhuc autem si quiduis in tempore mouetur, & in nunc nihil: omne autem tempus diuisibile, sit sane tempus minus quocumque eorum quae mouentur, in quo mouetur quantum ipsum: hoc enim erit tempus in quo mouetur, quia quodlibet mouetur in tempore, tempus autem omne diuisibile esse monstratum est antea. Si igitur punctus mouetur, erit tempus minus in quo ipse motus est: sed est impossibile, nam in minori minus necesse est moueri. quare erit diuisibile quod indiuisibile in minus, quemadmodum tenet prius in tempus: unico enim modo moueri potest quod est sine partibus & indiuisibile, si est in nunc indiuisibili possibile moueri. Nam eiusdem rationis in nunc moueri, & indiuisibile aliquid moueri.

¶ Quod cap. 4. docuit, & aliquatenus probauit, nempe nihil indiuisibile, & quod partibus careat moueri posse, modo fusius pluribusque argumentis confirmat, quia plura iam demonstrata sunt, quae ad eius assertionis demonstrationem facere videntur. Hoc ergo est quod dicit, demonstratus autem non his, dicitur quod partibus caret moueri non posse. Intelligent multi haec aduersum Democritum, & alios omnes qui motu corpusculorum insectabilium constatas esse res affirmabant, dicit. Ceterum mihi videtur ex hac assertionem nihil aduersum illorum dogmati fieri: hic enim puncta & quae partibus carent moueri negatur, illi indiuisibilia ponant non puncta, sed corpuscula, quare non tam indiuisibilia quod partibus caret, quam substantia, ut caelum est indiuisibile, etsi quantum, sed Aristotelis quae Philosophi indiuisibilia physice dicebant, quasi indiuisibilia mathematica dixerint, non unquam calumniam cap. 3. lib. primi mouimur. Verum hic illud verbum affirmat, quae partibus carent

cardi: nō moueri, quod verissimum est: cū
 (nisi eorum que quāto capite hui' libri dixi-
 mus sumus / blin) consistere facile poterit,
 argumenta quibus hīc vitur non esse ad-
 modum firma, sed alius esse opus. Affirmat
 ergo, quod indiuisibile est nō posse moueri
 per se, sed solum secundū accidēs, vt mo-
 to corpore, aut magnitudine (corpus inrel-
 ligit, cū quo mouentur partes, magnitudi-
 nem vocat in qua res est nō vt pars in toto,
 vt in naue nauta) velur qui insidet equo
 currēti, currit: & qui sedet in naui que mo-
 uetur, & pars quæuis mouetur motu tori.
 Definit, quid dicat line partib'. Est (inquit)
 quod secundū quātum est indiuisibile, hoc
 est, quod nō habet quantitatem secundum
 quam diuidatur, vt punctus. Constat verò
 cōlum nō esse hoc modo indiuisibile, satis
 enim multas, & satis dissidentes habet par-
 tes, secundum quas diuidi possit, sed est in-
 diuisibile substantia, q̄a neq; diuisione, neq;
 alterationē quāpiam accipere potest. Velur
 si finges corpusculum aliquod magnitudi-
 nis cuiusdā, sed incommutabile per se (hū-
 iusmodi esse dicebant antiqui atomos) erit
 quidem illud indiuisibile substantia, sed nō
 secundū quātum. Atqui eorum quæ dicta
 sunt quedā præterquā quōd mouentur cū
 alio, habent etiā motus per se, velur partes
 alios motus habent per se, alium secundum
 motū rotius: nam præterquā quōd rotii est
 vnus motus, quo etiā mouētur partes, sunt
 proprii singularū partium motus. quod in
 rotūdis corporibus circulo latis nunc pat-
 tere potest: quia longē diuersa celeritate fe-
 runtur. Quæ enim sunt ad centrum tardis-
 sime, quæ longē à centro celerissime feruntur.
 vnde constat, præter vnū motū rotius
 esse proprios partium. Igitur (inquit) quod
 caret partibus potest moueri nullo motu
 proprio, sed secundum accidens solum, ve-
 lus nauta, qui sedet in naui corrente, cursu
 naui currit, per feramē non currit, quis se-
 der. Itaq; de sententia Arist. punctus multo
 minus mouetur, quā pars corporis: pars
 enim per se etiā fertur aliquo modo, p̄ctus
 autē nullo, sed solum per accidēs. nimirum
 pars corporis est in loco proprio, corp' enim
 est, & alio loco est caput, alio pes: tamē pū-
 ctus neq; in loco est, neq; mouetur. quod
 Arist. hac ratione confirmat. Mouetur illud
 in diuisibile ex A B in B G, siue velis esse
 magnitudines has, siue species quāsdā, seu
 qualitates, siue terminos contradictionis:

siue (inquam) velis mutationem esse lato-
 nem, siue accretionem, siue alterationem,
 siue mutationē in contradictione: tempus
 autem, in quo primò mutatur, sit D. nece-
 se est in eo tempore illud indiuisibile esse
 aut in A B, aut in B G, aut partem illius in
 hoc, partem in illo. esse in vtrāque ali-
 quā illius pars non poterit, nisi sit partib'.
 sc. si est in B G, iam erit mutatum omnia
 no: si in A B, quiescet, quia esse in eod-
 em tempore aliquo est quiescere: quare
 in tempore quo mutatur quiescet. non igitur
 (colligit) moueri potest neque omnia
 nō mutari. Hoc argumentum malè con-
 cludi, partim intelligere potes ex dictis à
 me antea, partim ex his quæ addam modò.
 Primum ponit, non posse corpus aliquod
 quod moueatur, in eodem omnino habe-
 re omnes partes, sed alias termino à quo a-
 lias termino ad quem propiores: quod tam-
 en antea referauimus. Nam si aqua æ-
 quē secundum se totam calida, eadem ce-
 leritate secundum omnes partes frigeſcat,
 non veniet pars ante partem ad termina-
 num, neque recedet à termino. Dece-
 ptus fortasse est Aristotel. intruens in lario-
 nem: nam in eo quod fertur, non possunt
 non alie partes alias antecedere: quod ta-
 men non facit motus ipse, sed quantitas
 quæ dissidere facit partes. Nam & in quie-
 ſcentibus corporibus sunt alie ante alias:
 ergo falsò accipit id quod mouetur necesse
 esse in termino à quo esse, aut in termino
 ad quem, aut habere partem in hoc, partē
 in illo: sed supererat aut totum esse in me-
 dio inter terminos, idque secundum om-
 nes partes simul: nam necesse est rem om-
 nem secundum quam sit motus habere
 diuisionem propriam, aliter esset muta-
 tio contradictionis: sed vt antea monui-
 mus Aristot. missam fecit hanc diuisionem
 propriam qualis, atque inde nalcuntur hi-
 paralogismi. Deinde ponit Aristot. tempus
 in quo mouetur primò esse D. si intel-
 ligit simpliciter tempus in quo mouetur
 primò malè facit hoc in argumento ponēs,
 cū ipse demonstrauerit tale tempus non
 esse: si intelligit tempus in quo primò per-
 ficitur motus ab A B in B G, hoc tempus
 erit diuisibile, quare in eo esse poterit res
 in variis partibus inter terminos. itaque
 hoc argumento non satis confirmatur al-
 tertio. Quod affirmat, quod caret partibus,
 neq; moueri posse, neq; omnino mutari,

intelligendum venit mutationibus physicis: nā metaphysicas quasdam mutationes recipiunt substantiæ, quæ sine quantitate sunt: atque solus Deus est omnino nullā accipiens mutationē. Addit Arist. vnicam hanc rationē videri esse, quæ indiuisibile moueri possit, si ponatur tempus consistere ex indiuisibilibus nūc, & lineam ex punctis: atque ita illud indiuisibile fiat in alio & alio nunc; in alio & alio puncto temporis. ita enim pertransibit lineā, et si semper dicitur mutatum nunquam mutari: nā in nunc semper est mutatum esse, mutari nunquā est. Sed neque hoc (inquit) dici potest, nam monstratum antea est tempus non consistere ex nunc, neque lineam ex punctis: quæ tamen poneret qui ita diceret. Verū Arist. non dū probauit, si quod caret partibus mouetur, fieri vt motus ex mutatis indiuisibilibus, & tempus ex nunc, & magnitudo ex punctis constet, neque videtur probare posse nisi respiciēs diuisionem motus secundum corpus quod mouetur. Mihi tamen dictum est iam sæpe, esse propriam diuisionem motus secundum eam formam quæ motu comparatur, quare ego si punctum moueri vellem affirmare, dicerem, tempus quidem diuisibile esse semper diuisione motus, & motum diuisione forme quæ comparatur, & hanc, nō quidem diuisione corporis quod mouetur, sed propria: quare nihil prohiberet mobile esse indiuisibile, et si tempus, motus, & spatium diuisibilia in infinitum. Int, ex in diuisibilibus minimè constata. At qui hoc nullam repugnantiam continere, ut si quā continet, eam Arist. non effugere. intelliges ex his quæ sequuntur. Adde rursum argumentum hoc, omne quod mouetur necesse est moueri prius per spatium æquale aut minus se ipso, quā per maius, velut corpus quod habet longitudinem cubiti, antequam percurrat spatium cubito longius, percurrat æquale & minus: ergo & punctus si moueatur, mouebitur prius minus aut æquale, quā minus, sed minus indiuisibile nō potest esse, ergo percurrat æquale, & deinde aliud æquale, & rursum aliud: quare fiet vt additione indiuisibilium mensuratur lineæ, velut qui pede mensurat stadiū multoties accipiens pedem: si ergo hoc nō potest fieri, quia lineæ consistat ex punctis, constat neque moueri omnino posse quod est indiuisibile. Hoc argumentum prima fronte videtur esse efficacissimum, sed si

hoc non posset solui, profectō neque Arist. posset effugere quominus lineæ ex punctis componeretur. Nam si corpus perfectū sphericum mittatur in perfectē planū, tangent sese in puncto: ducatur ergo sphericū per planum, atque ita arguatur. Corpus sphericum toto illo ductū tanget planum, & nunquam tanget nisi secundū punctum, & nunquam manebit in eodem puncto, nunquam enim quiescet, sed semper fiet in alio & alio puncto, & tandem lineā mensurabit, ergo tangendo semper secundum indiuisibile mensurauerit lineam, componitur ergo lineæ ex indiuisibilibus, aut ratio argumentandi, quæ vitur Aristot. est infirma. Dicendum ergo videtur, corpus illud sphericum quous nūc tangere planū puncto indiuisibili, tamen quous tempore suo puncto indiuisibili tetigisse partem diuisibilem plani, atque ita non fieri, vt lineæ fiat ex indiuisibilibus: quare neque si quis ponat punctum solum per lineam ferri, fieret quod accipitur in argumento. necesse esse quod mouetur prius moueatur secundum minus & æquale, quā secundum maius. verum est, quia omne quod mouetur est quantum, sed tamen id non concederet, qui poneret indiuisibile moueri. Consistat ergo ex dictis, non proinde esse immobilia quæ indiuisibilia, quod continua ex indiuisibilibus constari non possint, vt Arist. docet, sed quod cum indiuisibilia, vt cap. 4. de me dictum est, neque in loco sunt, neque aliud quidpiam habere possint eorum in quibus motus fit, moueri non possunt: quare vt possunt esse in loco, ita possunt moueri in loco, vt unque per accidens, nimirum punctus est in loco, quia corpus cuius est, in loco est, & mouetur motu corporis. sed venio ad alia. Adde aliud argumentum, Omnis motus fit in tempore, & omne tempus est diuisibile, ergo quæcumque res moueatur, tempore aliquo percurrat spatium æquale sibi, & ergo tempore semper est tempus minus: sicut & punctus si mouetur in minus tempore, quod percurrendo spatium punctum, eo ergo tempore fuit tempus minus, atque omne quod mouetur in minori tempore percurrat minus spatium quā in maiori, igitur punctus antequā punctū percurreret, percurrat puncti partem: non ergo erat indiuisibilis, aliōqui est indiuisibile diuisibile in minus, vt tempus in tempus. Ita enim

Indiuisibile quare non potest per se moueri.

solūm

solūm, inquit, moueri possit quod partib' caret, si possit aliquid in indiuisibile nunc moueri: nam eiusdem (inquit) rationis est moueri in nunc, & indiuisibile moueri. In hoc etiam argumēto accipitur quod, ut diximus, negaret, qui punctum moueri posse affirmare uellet, uidelicet omne qđ mouetur in sumere tempus aliquod percurrente do æqualem sibi spatii partem. Nam si punctus mouetur, ut quæ eadeo falsum est hoc, ut negandum sit, punctum moueri aliquando per sibi æquale spatium, quia motus nō potest esse indiuisibilis. Sed satis arbitror monstratum iam est ad confirmandum omne quod mouetur esse diuisibile, aliis argumentis esse opus, quæ cum hic, tum etiā cap. 4. libri huius dicta sunt.

¶ *Mutatio autem nulla est infinita: omnis enim est ex aliquo in aliquid, siue in contradictione, siue in contrarijs: quare eorum quæ secundum contradictionem, affirmatio aut negatio finis est, ut generationis quod est, corruptionis quod non est: eorum autē quæ in contrarijs, contraria: hæc enim sunt extrema mutationis, quare & omnis alterationis, ex contrarijs enim quibusdam alteratio. Eodem autē modo & accretionis & decretionis: accretionis quidem finis qui est perfectæ magnitudinis secundum naturam propriam, decretionis autem, huius detractio. Iatio autem hoc modo non erit finita: non enim omnis in contrarijs: sed quoniam quod impossibile est diuisum esse, hac ipsa causa quod non potest diuisum esse (multis enim modis dicitur impossibile) nō potest quod ita est impossibile diuidi, neque omnino fieri quod non potest esse factum: neque quod impossibile est mutari, continget mutari in quod impossibile est muta-*

ri. Si igitur quod fertur mutatur in aliquid, & mutari poterit, quare non erit infinitus motus. neque feretur infinitam, impossibile enim illam peruenire. Quod quidē igitur, nō est infinita mutatio ita ut non finiatur terminis, manifestum est. Sed an ita cōingat, ut tempore sit infinita quæ sit eadem & una considerandum: nam si non fiat una nihil fortasse prohibet, ut si post lationem sit alteratio, & post alterationem accretio, & rursus generatio: ita enim semper quidem erit tempore motus, sed non vnus, quia nō est vnus ex omnibus. Ita autem ut fiat vnus non contingit infinitum esse tempore, præter vnum: hic autem est solatio per circulum.

¶ *Docet Arist. primum nullam mutationē esse infinitam, sed cōsistere intra quoddam certos fines, consideratque hic magnitudinem mutationis, quæ capitur ex eo ad quod fit mutatio. deinde probat, neque tempore posse esse infinitam motionem aliquam quæ circulo agitur. Monstrat his argumentis, omnis mutatio est ex aliquo in aliquid, siue mutatio sit in contradictione, siue in contrarijs: ergo mutationis secundum contradictionem finis est affirmatio aut negatio, ut generationis finis est quod est, corruptionis quod nō est. Earum autē mutatio num, quæ in contrarijs sunt, finis sunt ipsa contraria. Nam hæc sunt extrema mutationis, & omnis alterationis, nam alterationes omnes sunt ex quibusdam contrarijs: accretionis etiam & decretionis est quidam finis, nā accretionis finis est finis magnitudinis perfectæ secundum naturam propriam rei, quæ crescit: decretionis autem finis est eius magnitudinis detractio. Itaque constat hæc ratione neque generationem aut interitum, neque accretionem aut decretionem, neque lationem posse esse infinitam: nam hæc omnes mutationes habent finem*

quendam. Latio autem hac ratione non est infinita; non enim omnis latio est in contrariis (nam latio in circulum non agitur inter contraria, sed semper in eodem) quare non proinde omnis latio erit infinita. Sed alia ratione opus est: ea est huiusmodi. Nihil potest fieri quod non potest esse factum, quin potius quod non potest esse factum hac ipsa causa non potest fieri, velut quod non potest esse diuisum non potest diuidi, & quod non potest factum esse aliud quid, non potest fieri illud. si non possit esse ignis ex ligno factus, certe lignum non potest fieri, si quæ res facta esse non potest, ea certe non potest fieri: nam natura nunquam tentat facere id quod est ita impossibile, ut omnino fieri non possit. Cum enim impossibile multis modis dicatur, & id quod difficile sit, & quod omnino fieri non potest, quod modo dicimus non de impossibili vtrunque, sed de eo quod ita impossibile est intelligendum venit. Nam natura multa difficilia solet facere, impossibilia vero ita ut omnino fieri non possint, ne tentat quidem. Neque verò vim aliquam naturam præstitit facienda quæ ita sunt impossibilia. Nam neque res est quæ quidpiam tale facienda vim habeat, aut appetitum, neque res cui aliquid est ita impossibile habet potentiam accipiendi, quam vocant passiuam. Itaque omnino fieri non potest quod omnino non potest esse factum. Neque verò hoc intelligendum venit, ut enarrant quidam, quia quod fit, cum sit factum est aliquatenus, ut monstratum est antea, quare quod nullatenus potest esse factum, nullatenus potest fieri. Nam etsi hoc sit verissimum, tamen Aristoteli quiddam aliud vult: nam ex hac assertionem nullam argumentum nasci posse facile intelliges. nimirum Aristoteli docet, quod non potest esse factum perfectè, neque fieri posse secundum naturam, quia natura nihil tentat quod fieri non possit: quare si quod fertur, in aliquid mutatur, poterit etiam esse omnino mutatum: quare aliquando erit mutatum perfectè, finitæque erit tunc motus: nullus ergo motus leuit infinitus. Sed si ita diceretur: quod nullatenus factum esse potest non potest fieri,

*Notatur
enarratio
quorundam.*

nihil sequeretur, quod monstraret latonem non posse esse infinitam. Obijciat aliquis hoc loco aduersus hanc Aristotelem assertionem, si nihil potest fieri quod non possit esse factum, cum corpus non possit esse in infinitum diuisum, neque in infinitum diuidi posse. Cæterum malè concluditur hoc argumentum: nam quod in assertionem antecedente accipitur, corpus non potest esse diuisum in infinitum, nihil aliud significat, quam si diceretur, non potest esse corpus diuisum in infinita. quare concludendum est, ergo non potest diuidi in infinita, atque ita concedetur vtrumque. nam quantumuis diuidatur corpus, nunquam in infinita diuiditur. Itaque vera est Aristoteli assertio, nihil posse fieri quod factum esse non possit, recteque colligitur omne motum esse intra quosdam terminos finitum, sed non statim ac monstratum sit motum omnem esse finitum terminis, constat etiam esse tempore finitum, nam circulus cæli quibusdam terminis concluditur, finitam enim viam percutit, tamen non est finitus tempore. Proinde ergo Aristoteli cum monstrasset omnem motum esse finitum terminis, considerandum esse an sit etiam omnis finitus tempore, an possit esse tempore finitus, qui sit idem & vnus. Addidit, qui sit idem & vnus: quia nihil prohibet infinitam motionem variis modis fieri, ita ut motus motui citra intermissionem semper succedat, velut si post lationem alteratio, post alterationem generatio, post hanc alteratio, postea rursum latio fiat, & alia eodem modo. Ita quidem semper erit motus, sed non idem semper, quia non est motus aliquis qui fiat ex omnibus. tamen nullus (inquit) potest esse infinitus tempore, ita ut semper sit idem præter vnum, hic autem est latio quæ circulo agitur. Nam cum latio quæ agitur circulo, non sit inter contraria cum reflexione, sed res tota quæ ita fertur eodem loco persistens semper mouetur, sit ut possit semper moueri vno motu citra intermissionem: quare sola latio potest esse infinitus tempore motus.

*Obijciunt
Arist.*

Respondetur.

¶ Liber septimus de Natura. ¶

PROEMIUM IN LIBRUM VII.



Hunc librum septimum de motu haud quaquam puto ab Arist. elaboratum esse, sed ex eius scrijjs cartis aliquibus exceptis, ab alijs esse male compilatum. Na cessi continet pauca quadam non inutilia, neque Arist. indigna, tamen pleraq; eorum quae in hoc libro scripta sunt, in octavo repetuntur, & quae hic partim arguuntur fallacibus, partim assertionibus falsis disputantur, illic multo sobrius & expli- cantur. Et confirmantur, quare censeo omnia illa argumenta aliorum Philosophorum fuisse: in ijs quae Arist. meditata in scrijjs reposuerat, fortasse ut refutaret, fortasse ut alienis et si fallacibus in sententia propria confirmationem daretur. Utunque hoc habeat, mihi in singulis quid verum, & quid probabile, aut secus sit, expendendum est, ut sit semper scopus Veritas, Aristotelis autoritate non neglecta, non esse tamen hunc ab ipso autore perfectè elaboratum indicat in primis magna Varietas lectionum, quae cum in Latinis, tum etiam in Graecis codicibus occurrit, ut vix sint duo enarratores qui eadem lectione sequuti sint; quidam autem etiam omni lectione neglecta ad paraphrasim sint conuersi.

CAP. PRIMVM.



Necessè est omne quod mouetur ab aliquo moueri, si enim in se ipso non habet principium mouendi, constat ab altero moueri, si autè in se ipso, accipiat in quo *AB* quod moueatur, nõ quòd aliquid illius moueatur. Primum igitur accipere *AB* à se ipso moueri, quia totum mouetur, & à nullo eorũ quae extra sunt, perinde est, ac si quis *DE* mouente, *EZ* & ipso etiam moto, accipiat *DEZ* à se ipso moueri, eo quod non videat vtrũ ab vtro moueatur, nõ *DE* ab *EZ*, aut *EZ* à *DE*: Praeterea, quod à se ipso mouetur, nõ quã cessat cum mouetur, eo quòd aliud aliquid sit quod moueatur: igitur necesse est si aliquid quod mouetur cessat eo quòd aliquid aliud sit,

ab altero moueri: hoc autè cum cõstet, necesse est omne quod mouetur moueri ab aliquo. Quoniã enim acceptum est *AG* moueri, diuisibile erit: omne enim quod mouetur diuisibile est. diuidatur ergo quae *B*, necesse est autè *BG* quiescere, quiescere & *AG*, sin minus enim accipiat moueri, ergo *BG* quiescente, mouetur *AG*, non ergo per se mouetur *AG*: sed ponetur per se moueri primũ, constat igitur fore ut *BG* quiescente, quiescat & *AG*, & tunc cessabit quod mouetur, sed si quid quia aliud quiescit stat, cessatq; à motu, hoc ab altero mouetur. Constat ergo omne quod mouetur ab aliquo moueri. diuisibile enim est omne quod mouetur, & quiescere parte, quiescet totum.

¶ Haecenus Arist. de motu, ut est in re ipsa quae mouetur, disputauit, & de motus ipsius diuisione, & de eo quod, & in quo, & tempore quo mouetur, nunc de causis quae mouet dicere incipit, conaturq; hinc inuestigare primam rerũ causam, & motũ primũ. Ponit

ergo in primis, omne quod mouetur moueri ab aliquo alio, quam assertio nem vt confiteri mer, dicit res que mouetur quassam habere principium mouedi extra se, huiusmodi est aqua que incalescit, hæc enim manifestè ab igne aur sole incalescit, & lapis sursum proiectus, & vt semel dicatur quicquid præter suam naturam mouet, habet principium mouedi, hoc est causam que mouet extra se, que verò mouentur naturaliter, intra se habent principium, velut descendens terra, descendit enim præsta à nullo, & aqua frigescit, quin ab aliquo externo refrigeretur. verum omnia hæc dicit Arist. moueri ab alio. Si habet (inquit) principium extra se aperte id conspicitur, sin minus monstrari etiam poterit. Sit (inquit) corpus A G quod moueatur, non quia aliquid illius mouetur, sed per se, & hoc quoque monstrabitur ab alio moueri. Sed priusquam monstratiõne aggrediamur, moner (ne quenquam sensus fallat) est corpus quod positum est videatur moueri totum, & à nullo externo, nõ p inde putandũ esse nõ moueri ab aliquo. Nã p inde erit, ac si corp^o D E Z moueat parte D E mota, & mouente partē E Z, & dicat quispiã totũ id corpus D E Z à seipso moueri. Itaq; Arist. docet, nihil exatè moueri à se ipso, sed si moueatur res aliqua, quæ nullũ habeat principium extra se, moueri tamen partes à partibus. quod ita monstrare contendit. Si qd corpus potest moueri per se primò, sit illud A B G, monstroq; hoc nõ ita moueri: quod mouetur per se primò, non definit moueri eo qd res aliqua quiescat, quia scilicet eius motus nõ pendet à motu alterius: ergo qd quiescit, quia res aliqua quiescit, nõ mouet per se: diuidatur ergo, siuo intelligatur diuidi corpus A B G, in parte qua est B (nã cum sit mobile diuisibile etiã erit) si quiescit pars B G, necessariò quiescit pars A B, & ita quiescit totum A G, quia quiescit B G pars: quare non mouebitur A G p se: aut si quiescente B G, mouetur A B, certè A G non mouetur per se, sed p partē: ergo nullo modo potest A G moueri à se ipso, ac proinde neque aliud aliud corpus eadem ratione: quia quodcunq; erit diuisibile, & quiescente parte quiescet totum. Hæc est assertio, & hæc confirmatio Arist. fertur Galin libro de demonstratione, qui nõ extat apud nos, hæc scio an apud alios extet, refusasse hanc demonstrationem, in quã etiã Auicenna innectus est, haud mirũ quandoquidem

medicis displicere cepit, si mihi nõ p betur. Ego profecto sophistam potissimum esse, & ridiculis paralogismis simile aperte video, atq; nullo loco magis miratus sum, enarratorum Arist. & Græcorũ & Barbarorũ per tinacem contentione, qui sibi imperare omnia que æque uis scripserit Arist. probare & tueri: sentiri enim omnes, pculdubio vitium argumentationis, tamè quærunt probabilia que dicant, ne dicant vera, quasi verò nõ solcat Arist. sepe in confirmatione assertionis veræ & pprie alienis & fallacibus argumentis vri. Quare et si defendenda illis hæc sententia sit, omne quod mouetur moueri ab alio, quam nos etiam quatenus vera est defendimus, nõ proinde argumenta omnia probare tenentur. Primũ omnium quis nõ uider Arist. ambigere vri nominibus, & æquiuocè argumentũ concludere etiã p. b. dicebatur. Si quis ergo hõ mouet pedẽ solũ, certè homo mouebit nõ ab alio, tamè nõ per se primò: quare et si Arist. pbauerit nihil moueri per se primò, nõ est qd putet se monstrasse, qd mouetur moueri ab alio. sed hoc quoq; putã nihil moueri per se primò, illegitimè colligit. Nam qui sumulstarum nõ docet, si inter disputandũ ponitur aliqd positò repugnãs, qd positũ erat prius deponi statim? si ergo cõ posuisses D E Z moueri p se primò, ponis ex cõditiõne qui escere eius partem, repugnãs ponis: cur ergo vt absurdũ aliquid colligis, nõ esse iã motum per se primò, qd ita moueri ponebat? ita enim fieri oportet, uidelicet vt si pars quiescit, totũ non moueatur per se primò. Atq; vt apertius intelligas absurditatem consequutionis, cõsidera e: utrisq; contrariis idẽ colligi, vt sit corpus D E Z, si quiescente parte E Z, altera nõ quiescit, nõ mouetur p se primo. Ego ita colligo, si quiescente E Z, quiescit altera pars, nõ mouetur per se primo: ergo si quiescit altera, atq; si nõ quiescit altera, idẽ fit, argumentũ ergo nõ est legitimum. Prætere ea, eodẽ argumento monstratur niuem nõ esse per se primò candidã. Nã aut nigrescente vna parte altera nigrescit, & ita totũ, quare nõ erit tota per se primò candida, quia qd nigrescit, quia nigrescit aliud

*An quod
mouetur
ab alio mo-
ueatur.*

nō est candidū per se, si nō nigrescit pars altera, nō est tota nix per se primū cāda, sed secun dū partem: igitur nullo modo nix est candida per se totam. Sed neq; sol erit totū splendens, neq; nōx atra. Demonstratio itaque prorsum est fallax. De assertionē quid sentiam audi. Omne quod p̄ter naturā motū extrahit, ab alio mouetur, quā nihil sese agit uerū qd sua natura amat, sed agēti resistit, id ergo qd extrā suā naturā rem quāpiam agit, extrā eā rem est: atqui etsi rem aliam mouere res queuis potest, motū à sua ipsi⁹ natura alieno, se ipsam tamē nō potest, velut calida aqua calefacere potest manus, tamen sui ipsius calorem augere non potest, etsi ab igne inceperit calefieri. nimirum omne quod mouetur uolenter, mouetur ab alio, tamen quod naturaliter mouetur, à se ipso mouetur, velut ignis per se primū ascendit, & aqua calida per se primū frigidescit: nam omnis motus naturalis fit à principio interno rei quæ mouetur, aut solo quidem, vt cū lapis sponte ruit, aut iuuatē etā externo, vt cū deorsum proicitur: verū sine interno principio nunquā fit motus naturalis. Atque illud principium non solum passiuum (quod vocatē esse est iatis, sed opus est, vt sit principium efficiens, quo motus fit naturalis. Nam mouendi etiā p̄ter naturam habent res principium passiuum: si enim lapis non haberet principium passiuū, vt proiceretur à solo Deo, qui principio passiuo non indiget vt operetur, posset sursum proicirigitur vt moueatur naturaliter res queuis habet principium, idq; efficiens: res ergo quecunq; mouetur naturaliter totā, mouetur eo motu per se primū, velut lapis qui descendit: totus enim descendit, & totus à seipso, & queuis pars à seipsa. Neque certē partes à partibus mutud mouentur, vt si quis dicat, partem anteriorem lapidis trahere posteriorem, & posteriorem impellere anteriore (hoc enim tortasse modo quipiam imaginari possit, omne quod mouetur moueri ab alio) nam in rebus que mouentur, aliis partibus aliis, mouentibus, debet esse mouendi ordo, vt alie aliis causæ sint, vsquedum veniatur ad eam que mouetur primū, que quidē à se ipsa mouebitur, velut profectū in animalibus ouenit, transi fertur corpus totū, quia transierunt pedes, pedes uerū quia musculi, musculi à seipis. Sed si nullus talis ordo sit, sed motus omnibus eque primū putetur inesse, pro-

fectū fieri nō potest, vt moueatur. Nam sic corpus A A B B, & descendat partibus B B trahētibus, & partibus A A impellentibus. Rogo an partes posteriores impellant, quia priores trahunt, an non, sed quia insitam habent vim impellendi. Et rursum an priores trahant, quia impelluntur, an quia vim insitam habent trahendā si impellunt ille quia hē trahunt, certē trahit in incipit prius, quare priorum motus est ante quam sit impulsio (non enim mouet corpus quod non mouetur) quare priores mouentur à se, si etiam priores trahunt, quia pelluntur, pulsio erit prius, quare utratūque impetus erit prior & posterior, & utreq; partes mouebunt seipsas, non ergo ita est, sed res queuis que motu naturali agit per se mouetur, & queuis in ea pars. Neque verū poterit (vt putant multi) indicasse te quod mouetur moueri ab alio, etsi probes non idē esse principium agendi & patiēdi, neq; quo res moueat, & moueatur, sed longē diuersū, vt in animā te corpus, cui proprie inest magnitudo, esse quo animal moueri potest, animū uerō esse principium & causam efficientem motus: & in inanimis corporib⁹ suas formas, aut si lobet p̄ter has etiam leuitatem aut grauitatem, nam etsi hoc ita habeat, totū animal quod mouetur est quod mouet. Atque quāuis ob ordinem illum mouendi, quem in illius partibus esse docui, possis dicere totū non moueri per se primū, sed per partes, tamen illæ partes, quibus primū inest motus, quas medici vocant propria instrumenta, mouentur per se primū, & totus lapis mouetur, & mouet sese, & queuis in eo pars actio nes enim suppositorū sunt, quare lapis mouet non forma, & idem lapis mouetur non materia, & musculus mouet & mouetur. Quod itaque hoc loco affirmare possum nihil aliud est, quā omne quod p̄ter naturam mouetur, ab alio moueri quod licuisset ipsi Aristoteli ita intelligenti uenturim affirmare, omne quod mouetur ab alio mouetur si nā dixerat (superiori libro, edire ad naturam que uero esse quoddammodo mouetur) itaq; hominis v̄sparatione uenturim mouedo omne quod mouetur moueri ab aliis, p̄ter animantium partes, hæ enim mouentur uolenter impetum habent, quo possunt sese etiam p̄ter naturam mouere, vt graves partes eriguntur. Concederem etiam in rebus inanimis eūm moueri ad uocatas esse aliud principium patiēdi & aliud agendi,

*Quædā
mutatio
mutatio
mutatio*

itatamen vt eiuſdem vtrouſque principium ſit, & idem per ſe primò moueat & moueatur, nimirum principium agendi ex forma, patiendi ex materia magis ſluit: tamen mouere & moueri res ipſa tota per ſe, & primò dicitur: nam neque forma neq; materia mouet aut mouetur. Nec; verò id ad quod quidam enarratorum conſigunt alicuius momenti eſt: dicunt enim, quandoquidem probatum antea eſt, non eſſe in re quæ mouetur partem primò motam, fieri vt cuiuſque partiu motus ab alterius motu procedat. Sed in iſtatione, de qua hic præcipuè diſputatur, quibus videat falſam eſſe illam aſſertionem (reſerata autem eſt à me antea) nam in lapide nulla pars mouetur, imouero neque in aëri poteſt loco, antequam totus lapis moueatur: cum continui durique corporis partes moueantur ſimul. Itaque veriſſimum eſſe videtur rem quamuis naturaliter mouere ſe ipſam, cum totam, tum etiam quomuncunq; in ea partem: non tamen ita mouetur à ſe ipſa, vt etiam moueatur à ſe ſola. nam cauſa in perſe vniuerſales vocatæ operantur ſimul cum re quauis iuuantes eius motum: que ratione nulla certè res modo quopiam moueri poſſit à ſe ipſa ſola: quare mouetur ab alio. Atque hoc modo poſſit eſſe vera Aristo. aſſertio: quanquam cum hac enarratione argumenta multo minus congruunt, & quod de ſuperius cauſis dico, neque probatum habetentus eſt, neque probationem in hoc opere habet. Sed de hac aſſertione lib. 6. dicitur ruriſum.

¶ Quoniam autem omne quod mouetur ab aliquo mouetur, neceſſe eſt & omne quod mouetur in loco moueri ab alio, & id igitur quod mouetur ab alio, quoniam & ipſum mouetur, & ruriſum hoc ab alio, neque quidè in infinitum ibit, ſed alicubi conſiſtet, & erit aliquid, quod prima cauſa erit mouendi: ſi enim non ſed in infinitum procederetur. Sit A quod à B moueatur, B autem à G, & G à D, & hoc modo procedatur in infinitum. Quoniam ergo quod

mouet, & ipſum mouetur, conſtat ſo- re vt ſimul moueatur & A & B. nã ſtatim ac mouetur B, mouebitur & A, & cum mouetur B, & G, & cum G & D, erit igitur ſimul motus A & B & G & cuiuſque aliorum: & accipere ergo poterimus quodcunq; eſt horum. Etenim ſi quodcunq; à quocunq; mouetur, non minus quam vnus numero eſt cuiuſque motus, & non infinitus extremus, ſiquidem omne quod mouetur ex quodam in quiddam mouetur: aut enim numero accidit eundem motu eſſe, aut genere, aut ſpecie. Numero quidem dico eundem motum eum qui ex eodem in idè numero, in eodè tempore numero ſit, vt ex hoc albo, quod eſt vnus numero, in hoc nigrũ, hoc tempore quod eſt vnus numero: ſi enim alio, non amplius erit vnus numero, ſed ſpecie. Genere autè idem motus, qui in eadè categoria ſubiſtãtis aut generis. Specie autè, qui ex eodè ſpecie in idem ſpecie, vt ex albo in nigrum, aut ex bono in malũ, non diuerſum ſpecie. Hac autè in prioribus etiã dicta ſunt. Accipiat igitur ipſius A motus, et ſi ex quo hoc E, & qui ipſum B ex quo hoc Z, & qui ipſius G D ex quo hoc H I, & tempus in quo mouetur A hoc X, ſimul igitur motu A, ſimul erit & tempus, & non infinitum, quod H I, ſed in eodem tempore mouet aut A & B, quodcunq; aliorum, accidit igitur motum E Z H I qui infinitus ſit, tempore finito moueri hoc X, nam in quo tempore A mouebatur, & omnia

quæ

Reſoluitur
quorãdam
enarratio.

Res natura-
les & ſi
mouentur
à ſe ipſis, nõ
à ſe ſola.

qua deinceps post A, quæ erant infinita, movebantur: quare in eodem mouentur. Etenim aut æqualis motus erit, qui Aei qui B, & aliorum, aut maior. Differt autem nihil, omnino enim infinitum motum finito tempore accidit moueri, hoc autem est impossibile, ita igitur videri possit demonstrari quod ab initio: sed tamen non demonstratur, quia nihil absurdum accidit. Contingit enim in tempore finito motum infinitum esse, non eundem, sed alium, & alium multorum que mouentur, & infinitorum: quod quidem accidit & his que nunc. Sed si quod mouetur primo secundum locum & corporali motu, necesse est tangere, aut continuum esse mouenti, quemadmodum videmus in omnibus hoc accidere: erit enim ex omnibus vnum totum, aut continuum: hoc autem, quod potest fieri, accipitur, & sic magnitudo aut continuum, in quo A B G D, huius autem motus hic E Z H T. Differt autem nihil aut finitum aut infinitum, eodem enim modo in definito mouebitur X aut infinitum, aut finitum: vtrunque autem horum impossibile, manifestum igitur quod stabit aliquando, & non infinitum procedet quod semper ab altero: sed erit aliquid quod primo mouebitur. Nihil autem refert hoc posito aliquo hoc demonstrari, eo enim quo fieri potest posito nihil absurdum oportebat accidere.

¶ Pones Aristo. quasi probatum iam sit, omnino quod mouetur ab alio moueri, colligit esse aliquam primam causam mouendi, que

scilicet moueat & nō moueatur: id quod probat in latione, quia arbitror in alteratione, non est opus vt quod calfacit calefiat: tamen in latione opus est, vt quod impellitur, moueatur eō versus quod impellitur. Si igitur (inquit) quod mouetur mouetur ab alio; & illud aliud quod mouet etiam mouetur: illud quo que mouebitur ab alio, & illud rursus ab alio, sed procedetur in infinitum, ergo consistendum est in aliqua quæ sit prima mouendi causa: si minus (inquit) procedetur in infinitum. Sit ergo A quod a B, & B quod a G, & G quod a D moueatur, & ita in infinitum mouendo procedatur: quoniam igitur quod mouet simul mouetur, cum mouer, constat fore vt infinita illa moueatur simul: ergo poterimus accipere seorsum cuiusque motum, eritque quiuis motus quidam, nō infinitus extremis, siquidē quodcumque illud moueatur ex quodā in quiddā. Repetit ex dictis per digressiunculam, motum posse esse vnum numero, specie, aut genere: numero quidem illi motus nō erunt idem, tamen erunt specie. Accipitur ergo motus A, & sit ex E, & motus B sit ex Z, & motus G sit ex H, & motus D sit ex T, & tempus in quo mouetur A sit C. cum igitur motus A sit finitus, finitum erit tempus C, sed in eodem tempore mouebantur A & B & alia omnia que sequebantur, igitur accidit motum, E Z H T, & sequentiū, qui sit infinitus, fieri tempore finito. Nam in quo tempore mouebatur A, mouebatur & omnia que deinceps post A, quæ erant infinita: quare in eodem tempore quo A mouentur infinita. Neque quequā refert, siue motus si fuerint æquales, siue nō: nā cum omnes tui finiti & incipiant simul, omnino finito tempore fiet infinitus motus, sed monstratū erat antea hoc esse impossibile, ergo non potest in infinitum procedere numerus mouentium, sed consistendum est in prima causa mouendi. Huic argumento Aristo. respondet, vt nouam confirmationem addat. Videri (inquit) possit hoc argumento demonstrari quod ab initio propositum est, videlicet non esse procedendum in infinitum in numero mouentium (nam huc tendunt hæc omnia) sed tamen nondum demonstratur, quia nihil absurdum accidit, etsi concedatur, id quod colligitur: concedatur enim tempore finito esse motum infinitum, sed non eundem vnumque, sed alium & alium

multorum quæ mouentur, quæ erunt infinita, quod quidem accidit & in his quæ nunc, hoc est, quod accidit rebus habentibus vt nunc habent, scilicet eadem hora sunt varii multarum rerum motus. Neque profectò magis absurdum esset, fieri infinitarum rerum infinitos eadem hora, si infinitæ res essent, quàm modò est multarum rerum fieri multos: proinde hæc addit argumento, omnino quod mouetur primò secundum locum, & corporali motu, hoc est primum illorum quæ ponuntur moueri (vocat latorem corporalem motum, quia secundum magnitudinem, & corpus accidit rei esse in loco & moueri) necesse est tangere, aut continuum esse mouenti, quemadmodum videmus in rebus omnibus accidere: ergo necessariò ex omnibus quæ mouentur simul erit vnù per contactum, aut cõtinuitate vnù, atque vtroque modo fieri poterit, vt moueatur simul: ergo quandoquidem hoc fieri potest, accipiatur ita esse vt fiat ex illis omnibus vnum continuatum, & sit illa magnitudo A B C D & reliqua, huius autem motus E Z H T, nihil autem differt siue ponatur magnitudo constata esse finita, siue infinita: nam si motus est in finitus, eodem modo, hoc est motu infinito mouebitur in tempore X, quod est finitum, magnitudo siue finita, siue infinita: vtrũque autem horum est impossibile, scilicet moueri corpus siue finitum, siue infinitum motu infinito tempore finito. Constat ergo nõ posse fieri vt procedatur in infinitum, si quid vis mouetur ab altero, sed statim aliquando, & erit aliquid quod primò moueatur: quare & causa quæ primò moueat. Neque verbò (responderi cõtinet obiectioni) putandum est argumentum malè concludi, quia procedit ex illa positione, fieri scilicet omnia continuata: nã ea positio nihil cõtinet repugnans: posito autem eo quod fieri potest, nihil absurdum accidere debet, vt Dialectici docent. Si ergo absurdum aliquid accidit, constat ex aliquo absurdo procedere: quare constat absurdum esse procedere in infinitum, sed standum esse in aliquo quod moueatur primò, & in aliqua quæ sit prima mouendi causa. hæc Arist. Tamen constat apud nos qui negauimus, omne quod mouetur moueri ab alio corpore, nisi præter naturam moueatur, hoc argumentum non concludi legitime. Nam si id quod moueri ponitur mouetur naturaliter, nõ opus est vt moueatur ab alio corpore, si potius moueri præter natura

ram, tamen potest moueri ab alio quod naturaliter moueatur, vt stipulæ feruntur sursum ab ascendente igne: quare nõ erit opus procedere in infinitum, neque venire vsq; ad id quod vocant primum mobile, neque vsq; ad primam causam. sed & Arist. ipse parum videtur consona dicere. Nam in initio capituli dixit res quasdam habere principium motus extra, quasdam intra sese, atque ad eò veram esse illam assertionem, omne quod mouetur ab alio mouetur, etiã in his quæ nullum principium mouendi habent extra se, quia partes à partibus mouentur. Nunc verò inuestigat primum mobile & primam causam procedendo semper per externa principia mouendi, ponens quodais corpus moueri semper ab alio corpore: nam si per partes procederet vt cõperat, certè nihil esset absurdum procedere in infinitum, imouero constat ex dictis antea procedendum in partitione corporis in infinitum, neque cõsistendum in parte aliqua quæ primò moueat: nam illa esset quæ primò moueretur, quam tamen esse posse Arist. ipse antea negauerat. sed sit ita, concedamus necesse est omne quod mouetur moueri ab alio extra se vt quædã perueniatur ad primam mouendi causam, quæ moueat & nõ moueatur. Tamen hinc non video cur sequatur esse vnum corpus quod primò moueatur: nam illa prima mouendi causa potest mouere multa corpora, aut ordine quodam altero alterum impelleret, aut ea omnia simul, velut ego possum mouere sex lapillos positos ordine mouendo vnico, eum qui primo loco positus est, aut sex illos seiuictos possum simul mouere, quemuis per se, si primo modo mouer omnia causa prima, erit necessariò quod primò moueatur, sed si secundo mouere potest, non est quod necessariò sit. Primò ergo videndum est, an causa prima possit mouere multa non alterum per alterum. Profectò, si illo ordine necessariò mouentur res, necesse est vna mota moueri omnes, vsque ad primum mobile, quare cum nunquam desit quæ moueatur, nulla vnquam poterit esse quies: sed videor ego modò posse moueri eisi poneretur bona acris pars inter me & cælum quiescere. Neque profectò verum est omne quod mouet moueri præter primam causam, nam magnæ quiescens trahit ferrum, quod cuiusvis licet experiri, & Arist. ipse statim sequenti capite in sinu habet nõ ergo ita procedit rerum motus, neque ex fuc-

cessio corporum impulsu possumus primum mobile aut primam mouendi causam inuestigare, sed primum mobile fortasse frustra ponitur, prima mouendi causa altiori quadam ratione, quæ non per ordinem corporum & motuum sed ipsarum virtutum procedat, inuestigari debet: Quare videtur mihi Arist. nondum satis tempestiue, vsque ad primam causam progressus: nam hæc contemplatio multo altiora exigit his principia. Sed quantum possint ad hanc physica præstare lib. vltimo differetur.

CAPVT SECVNDVM.

Quod autem primum mouet, non vti cuius causa, sed vnde principium motus, simul est cum eo quod mouetur. simul autem dico eo quod nihil est in medio illorum, hoc enim commune est omni mouenti & moto. Quoniam autem tres sunt motus, qui secundum locum, & secundum quale, & secundum quantum, necesse est & quæ mouentur esse tria: ergo qui secundum locum, latio: qui secundum quale, alteratio: quæ autem secundum quantum, accretio & decretio. Primum ergo de latio dicamus, ipse enim est motuum primus. Omne igitur quod fertur, aut à se ipso mouetur, aut ab alio, quæcumque igitur ipsa à seipsis mouentur, constat in his simul esse quod mouet & quod mouetur: inest enim ipsis primum mouens: quare nihil est vitrorumque medium. Quæcunque autem ab alio mouentur, quatuor modis necesse est fieri, quatuor enim sunt species lationis ab alio, tractio, pulsio, vectio, volutatio. Omnes enim secundum locum motiones rediguntur in has: nam impulsio pulsio

quædam est, cum id quod à se mouet persequens pellit: expulsio autem, cum non persequitur mouens: proiectio autem, cum vehementiorem faciat motum à se latione naturali, & tantum feratur quantum vicerit motus. Rursum extrusio & contrusio expulsio & tractio sunt, nam extrusio est expulsio, nam aut ab eodẽ aut ab altero est expulsio: contrusio autem tractio, nam & ad idem & ad aliud est tractio: quare & quæcumque horum species velut dispersio, & textio cum radio, alia enim est contrusio, alia extrusio, similitur autem et alig cõgregationes & segregationes: omnes enim erunt extrusiones, aut cõtrusiones, præter eas quæ ortu & interitu fiunt. Simul autem constat non esse aliud motus genus cõgregationis & segregationem: omnes enim distribuuntur in quasdam earum quæ dictæ sunt. Adhuc autem inspiratio tractio, exspiratio expulsio est, ita autem & excreatio, & quæcumque alia per corporum vitrorumque excretrices aut receptrices sunt motiones: hæc enim tractiones, illa pulsiones. Oportet autem & alias omnes secundum locum huc referre: omnes enim incidunt in has quatuor. Harum varium vectio & volutatio in tractio nem & pulsionem: nam vectio aliquot modorum est: nam quod vehitur mouetur per accidens, quia est in eo quod mouetur, aut super aliquid quod mouetur, pellens autem vehit, aut quod trahitur, aut quod pellitur, aut quod voluitur: quare communis est omnium dictorum trium vectio, volutatio

lutatio autem componitur ex tractio-
ne & pulsione: necesse est enim quod
voluit partim pellere, partim trahere,
partem enim à se, partem ad se agit:
quare si pellens & trahens simul cum
pulso & tracto, constat inter id quod
mouetur & quod mouet loco nihil me-
diū esse, sed hoc quidem constat vel
ex diffinitionibus pulso enim est, à se
aut ab alio in aliud motus: tractio au-
tem ab alio ad se, aut ad aliud, cum ve-
locior fuerit motus trahentis, qui sepa-
rat à se inuicem continua. ita enim ce-
lerius simul tractum est. fortasse autē
videbitur esse tractio etiam aliter, li-
guum enim trahit ignem, non hoc mo-
do. hoc autem nihil differt modo aut
manente eo quod trahit tractionem fe-
ri: cum enim trahit alicubi est, cum au-
tem alicubi erat, impossibile autē aut
ab ipso ad aliud, aut ab alio ad ipsum
mouere quod non tangit: quare constat
nihil medium esse eius quod loco moue-
tur, & quod mouet.

¶ Hoc apud Aristotem docet Aristot. quod primum mo-
uet simul esse cum eo quod mouetur: dici-
tur autem mouere rem aliquā aut id cuius
gratia mouetur, aut id quod motus est effe-
ctrix causa: nunc ergo de eo quod motum
efficit disputat. Dicitur primum mouere
quod mouet eam rem per se, ac non potius
quia mouet prius aliam. velut si A pellit B,
& B C, & C D, A mouet D, sed non pri-
mum, quia B & C mouet prius, tamen C
mouet D primum: nullum omnino aliud mo-
uet prius, ergo (inquit) quod ut efficiēs cau-
sa mouet primum, simul est cum re quę mo-
uetur, hoc est, conuicuum est illi, atque ita ut
nihil intercedat. atque hoc in omni motu
contingere docet. Cū enim verō tres sint species
motus, latio, alteratio, & accretio, à latio-
ne dicit se velle incipere præsentem disputatio-
nem: quia latio est primus motuum. Est au-

tem hunc primum omnium motuum, lib.
octauo docebit, nunc dicta causa à latio-
ne incipit. Omne (inquit) quod fertur aut à se
ipso mouetur, aut ab alio, in his quę mouen-
tur à se ipsis non est dubium, quod mouet
& quod mouetur simul esse, quia insunt ei
dem: sed in his quę mouentur ab alio perin-
de de accidere ex partitione motus colligit. Om-
ne (inquit) quod mouetur ab alio trahi-
tur, pellitur, vertitur, aut vehitur: sed tra-
hens, pellens, vertēs, aut vehens, necesse est
simul esse cū eo quod trahitur, pellitur, ver-
titur, aut vehitur. id verō ita habere in sin-
gulis probat ex singularum specierum mo-
tus definitionibus. Sed consideratione dignū
est hoc loco, quæ intelligat Aristot. à seipsis
moueri, cū ante docuerit omne quod
mouetur moueri ab alio. ut intelligi facile
possit, & assertio præcipua huius capituli cō-
firmetur, de definitionibus specierum la-
tationis, opus est prius dicere, quatuor species
esse dicit pulsionem, tractionem, & voluta-
tionem, & vocationem. Nam et si multis aliis
nominibus mouendi vti solemus, omnia
tamen significantur motiones quę his
quatuor continentur: nam siue dicimus ali-
quid impelli siue expelli, siue trahi siue con-
trahi, siue quidvis aliud simile, certē hæc om-
nia expulsiō est. Nam impelli dicitur eam
id quod pellit persequitur id quod pellitur,
ita ut inter pellendum ab eo non recedat,
ut homo hominem impellit in aditu thea-
tri. Expelli cū nō persequitur, velut ex ar-
cu expellitur sagitta: proici dicitur quod ac-
cipiens impetum vehementiorem suo natu-
rali impetu ad ferendum, eatenus mouetur,
quatenus impetus externus inretum vin-
cit, velut lapis proicitur sursum. Nihil mo-
do refert disputare, an possit etiam fieri pro-
iectio eō versus quod fert natura, ut lapidis
deorsum, an illa non proiectio, sed expulsiō
sit, nihil inquam refert, nam erit contentio
de nomine: ergo hæc in parte utrunque lo-
quere. Conuicuum sit tractione simul & pul-
sione, cū id quod pellitur aliquod aliud se-
cum trahit, velut inter terendum trusus à
textore radius trahit secum filum: nā expul-
sio potest esse à se, ut cū à se aliquid hos-
mo excutit, vel ab alio, ut qui segregat gra-
na à paleis pellit paleas à granis. Tractio etiā
potest esse aut ad se, velut magnus trahit ad
se ferrū, aut ad aliud, ut primū cælū trahit
solē in occidentē. Atque ita (inquit) oēs cōgre-
gationes aut segregationes sūt, aut extrusio-
nes

nes sunt, aut extrusiones: præter eas (addit) quæ ortu aut interitu fiunt. Id dicit quia se paratio elementorum, quæ est concrecere (substantia resolutio, & congregatio, quæ est compositio, non sunt motiones secundum locum, sed hic est ortus, ille interitus, verum hæc in libris de ortu & interitu Deo annuente declarantur. Constat itaque (dicit) congregatio nes & segregationes non esse aliud genus motus præter quatuor dicta: nam omnes distribuantur in quædam genera illorum. Expirationem etiam & inspirationem in his generibus contineri dicit: nam inspirationem tractionem aëris, expirationem expulsionem esse, velut excreationem esse expulsionem spiritus, ac denique omnes excretiones extremorum, & receptiones quarundam rerum, ut cibi & potus, & denique omnis alimentis, illas pulsiones, has tractiones esse. Itaque omnes motiones ad has quatuor species referri dicit, quin etiam has quatuor rursus dicit referri ad duas, tractionem scilicet & pulsionem: quia volutatio est motus, ex tractione & pulsione compositus, voluitur enim res, quia per partes trahitur, per partes pellitur. Vt actio non est motus per se, sed quod vehitur mouetur cum re cui insidet, aut in qua continetur, velut qui equo aut naui fertur, igitur vtius referuntur ad id genus motus quo fertur res que vehitur, siue tractio, siue pulsio, siue volutatio fit: igitur omnes motus species rediguntur in duas, tractionem inquam, & pulsionem, quin etiam animaduerti hic velim, quandoquidem Aristoteles ipse separat, id quod est per se ab eo quod est accidenti, tractionem per accidens fieri ad aliud: per se vero semper ad se: pulsionem per se fieri semper à se, ex accidenti etiam ab alio. Nimirum cum id quod trahit ad se simul fertur: versus aliud, trahit etiam versus illud, quia trahit, versus se, velut primus orbis trahit in occidentem posteriores orbis, quia trahens versus se tendit in occidentem, ita qui equum vult in fluvium trahere, trahit ad se equum, interim in fluvium tendens. Ita qui ex alio pellit, id facit quia pellit ex sese, velut ego pellens ex me aliquid, ex accidenti pello ex domo in qua sum. Neque quidem alia ratio physica est pellendi quæ à se, neque trahendi quæ ad se, dixi physica, quia quæ mouet imperio, aut autoritate, possunt trahere & pellere, cum à se, aut ad se moueant, velut possit modò rex Compluto pellere aut in Toletum trahere, ipse Madriti agens. verum hæc ratio mo-

uendi non est physica. Possunt autem componi aut quidam horum motuum, aut omnes ut potest res simul hinc pelli, illinc trahi, neque quicquid quidè ita mouetur voluitur, sed id solum cuius partes non mouentur eodem modo, sed alie pelluntur, alie trahuntur: quin & quod voluitur potest simul trahi & pelli secundum se totum, ut si carina que in fluvio voluitur per partem anteriorem sine trahatur, per posteriorem pellatur trabe, in qua qui vehitur simul volui, vehi, trahi, & pelli dicitur: vsq; adeo componi possunt huiusmodi modi, atque adeo quidam eorum quorum Aristoteles mentionem fecit, ratione differunt solum non etiam numero, velut impulsio & expulsio: idem enim motus quætuor hinc fit, expulsio, quatenus illuc impulsio est, velut & attractio & extractio. Ex hac partitione motus colligit Aristoteles omne quod fertur esse proximè moueri, ut nihil intercedat: nam omnes mouendi modi referuntur ad tractionem & pulsionem, trahens autem ei quod trahitur & pellens ei quod pellitur proximè est. Effesse autem proximè probat ex definitionibus: nam pulsio est à se, aut ab alio in aliud motus, tractio autem est ab alio ad se, aut ad aliud. fit autem eum velocior est motus trahentis quam rei que trahitur, & hæc continuata ita sunt, gratia continuitatis id quod est minus velocior sequatur tractum à velociori, quod aliò qui separaret ea que continuata sunt: illo autem celerius actio, hoc sequente, celerius simul cum tardiori fertur, velut si duo equi currui alligati sint, & equali impetu feruntur, ambo trahunt currum, si verò alter alterum impotens vincit, ille alterum cum currui trahit: ergo ex ipsa ratione trahendi constat trahens trahenti continuatum esse. Obicit deinde Aristoteles sibi, non omnem tractionem esse huiusmodi, quia lignum quiescens ignem trahit, cum quo continuatum non est, quare videri non semper esse trahens simul cum eo quod trahitur. Respondet Aristoteles, nihil interesse siue quiescat, siue moueatur id quod trahitur: nam ut quæque fiat, aliquid est, atque nihil trahere poterit nisi proximè fiat ei quod trahendum venit. Profectò cum lignum concipit ignem, non trahit illud, ortus enim ignis est ille, non motus: tamè Aristoteles hoc loco noluim id explicare, sed præterire, docuit tamen posse rem aliquam quiescentem trahere rem aliam, habereque nihilominus cum ea contactum, velut magnes quietus trahit ferrum. Vnde manifestum sit, imprimis etiam Aristoteles, superioris capituli.

*Capitulum post
sunt varietate
rationis huius
cetera.*

*Non idem est
volui &
partem pel-
li partem
trahi.*

*Tractio
semper ad
se, pulsio à
se.*

te dixerit, omne quod mouet moueri infra primam causam, tamen si physice intelligatur falsum esse: quanquam profecto Arist. male fecit nimis physice exemplis vrens, rem que nimis physice explicans: sed ita quidem sit verum, si intelligatur omne quod mouet ab alia causa superiori aliquo modo affici, quod tamen ut antea monuimus non ad modum pertinere ad physicam doctrinam, sed latius sit vera intempestiuè quàm tempestiuè falsa docere. Deinde manifestum sit omne quod mouet proximum esse ei quod mouetur, non semper secundum corpora, sed nonnunquam virtute solum. Nam si res quiescens potest trahere aliam, & tractio semper fit versus rem trahentem; profecto quod quiescens trahit non potest esse proximum ei quod trahitur, vt nihil inter eorum corpora inter sit: tamen si trahit, virtute & potentia attingit illud. Itaque quod hic docetur, nihil aliud sit quàm quod alio loco, omnia agere & pati contactu quodam. Itaque colligit Arist. nihil medium esse eius quod mouet loco, & eius quod mouetur. Verùm occurrat hoc loco dubitatio de inspiratione, quam dicit tractionem esse. Nam cum inspiratio non aliter fiat, quàm dilato thorace, & aëre succedente ne fiat vacuum, non tam videtur trahi, quàm sponte succedere. at qui reuera ita habet, nā quod trahit aut virtute quadam id trahit, velut magnes ferrum, aut quodam motu, vt homo trahit manibus; orax verò neque vim habet trahendi aërem, neque arripit, sed dilato sese, atque aër succedit sponte vt repleat. Itaque inspiratio non est tractio per se, sed ex accidenti, nimirum thorax ad se cōuocat non trahens aëre, sed faciens vt occurrat. velut ergo mouere dicimus nonnunquam qui amouendo impedimenta facit vt res moueatur, ita dicitur thorax trahere, quia dilatando facit vt aër veniat. Sed his de speciebus latius disputatis, tempestiuum est ad id quod dicere distulimus conuertij. Dixerat superiori capite, omne quod mouetur ab alio moueri, que sunt ergo que modò dicit à seipsis moueri? animalia intelligunt plerique enarratorum, sed si omnia præter animalia intelligantur in his que nō mouentur à seipsis, cum omnia huiusmodi moueantur trahendo, aut pellendo, aut vehendo, sic vt terra discedens trahatur, aut pellatur, aut vehatur: sed nihil horum videtur pati, nam à quo trahitur, pellitur, aut

vehitur? profecto Arist. vt sequenti libro videbis, cum mirè studeat causam hæc inanimata corpora mouentem excogitare, nullam aliam inuenit, quàm generantem, aut remouentem id quod impedit. Quid ergo qui remouet id quod impedit, aut causa que generauit, vehit rem? non sanè sed neque trahit, neque pellit, nam neque ad se, neque à se mouet: non ergo res tales, cum naturaliter mouentur, trahuntur, aut pelluntur. quare aut hic est vsus imperfecta partitione, aut intelligit in his que mouentur à se ipsis omnia que mouentur naturaliter. Atque ego ita censeo: nam etsi modo quodam à generante moueri statuat, vt sequenti libro declarabimus, tamen non negat inesse illis principium mouendi, non passiuum solum, sed actiuum etiam. Verùm hæc ex quarto calib. vltimi petantur, quæ modò illius loci gratia tacta sunt.

*Dubitatio
de inspira-
tione.*

*Dubitatio
albe.*

Verùm neque eius quod alteratur, & quod alterat: hoc autem manifestum sit inductione, in omnibus enim accidit simul esse extremum commutans, & quod alteratur, quale enim alteratur, quia est sensibile. Sensibilia autem sunt, quibus differunt inuicem corpora, vt grauitas leuitas, durities mollicies, sonus et soni vacuitas, candor nigricies, dulcedo amaritudo, humor siccitas, densitas raritas: & quæ in medio horum sunt. Eodem autem modo & alia quæ subsensibus sunt, quorum est & calor & frigus, & lenitas & asperitas: hæc enim sunt passiones subiecta qualitatibus, aut enim calfactum, aut factum dulce, aut densatum, aut siccatum, aut dealbatum alterari dicimus, eodem modo & quod inanimatum, & quod animatum dicentes. Et rursum animatorum partes non sentientes &

ipfos

ipſos ſenſus, alterantur enim quodammodo & ipſi ſenſus: ſenſus enim qui ſecundum actum motus eſt à corpore patientis aliquid ipſo ſenſu. Secundum quæcunq; alteratur quod eſt inanimatum, alteratur & animatum: non tamen inanimatum ſecundum quæcunq; quod eſt animatum. Non enim alteratur ſecundam ſenſus: & aliud quidem lateret, aliud autem non lateret, cum patitur. Nihil autem prohibet & quod animatum eſt latere cum non ſecundum ſenſus ſit alteratio: ſiquidem igitur alteretur quod alteratur à ſenſibilibus, in omnibus hiſ eſt manifeſtum ſimul eſſe extremum quod alteratur, & quod prius alteratur, huic enim continuus eſt aër, aëri autem corpus: rurſum autem color luminis, lumen autem viſui. Eodem autem modo & auditus & odoratus. Primum enim mouens ad id quod mouetur aër, & in guſtatu eodem modo: ſimul enim cum guſtatu ſuccus. Eodem autem modo & inanimatis & in ſenſibilibus: quare nihil erit in medio eius quod alteratur & alterantis: neque quidem augentis & eius quod augetur, auget enim quod primo auget adgenerans, quare res tota eſt in generatione. Et rurſum minuit quod minuit detracto aliquo eius quod minuitur: necceſſe eſt igitur continuum eſſe: & quod auget & quod minuit, inter continua autem nihil eſt medium, conſtat itaque eius quod mouetur, &

eius quod mouet primi & extremi aliquid quod mouetur, nihil eſſe medium vtrorumque.

¶ Quod in latione contingere haecenus docuit, nunc in alteratione etiam affirmat, & probat. Neque eius (inquit) quod alteratur & eius quod alteratur eſt medium aliud quod: hoc autem probat inductione enumerans qualitates, ſecundum quas corpora alterantur, dicensque in omnibus illis accidere ſimul eſſe extremum commutans & commutatum. Non enim quodlibet commutans ſimul eſt cum quolibet commutato, ſed extremum cum extremo. velut ignis non eſt ſimul cum panibus, qui in turno aſtantur, tamen eſt extremum aëris, qui ignis vim concipit, ſimul cum illis eſt. Enumerationem vero ita facit. Quale corpus alteratur, quia eſt ſenſibile nam ſecundum qualitates ſenſibiles alteratur. itaque quodvis corpus eatenus eſt alterabile, quatenus ſenſibile, ergo tot ſpecies alterationum ſubire poſſent corpora, quot ſunt ſenſibiles qualitates, ſenſibiles autem ſunt qualitates, quibus corpora inuicem differunt, differentis ſcilicet ſenſibilibus & accidentalibus, eſſentiales enim differentia corporum præter ſenſibiles qualitates ſunt: illæ vero nobis ignoſcibiles ſunt. Itaque omnia accidentia, quibus poſſumus modum ſubſtantiarum corporum definire, & corpora à corporibus diſtinguere, ſunt ſenſibilia, velut grauitas leuitas, durities molities, ſonus & ſoni vacuitas, candor nigrities, dulcedo amaritudo, humor & ſiccitas, denſitas & raritas, & quæ in medio horum ſunt. atque eodem modo alia omnia quæ ſentiri poſſunt, vt calor frigus, lenitas & aſperitas: hæc enim ſunt (inquit) paſſiones ſubiectæ qualiſtatibus (hoc venit coniungendum cum verbis ſequentibus) id eſt hæc ſunt paſſiones corporum ſecundum ſubiectas qualitates, aut enim caſtatum, aut factum dulce, aut denſatum, aut ſiccatum, aut dealbatum, aut factum aliquid aliud eorum quibus corpora ſunt ſenſibilia, alterari dicimus. Alteratur vero hiſ modis (facit modum enumerationem corporum alterabilium) quod inanimatum

& quod animatum. & partes animatorum, atque partes animatorum tam quæ non sunt sentientes, velut ossa ligamenta, & quædam viscera, quam ipsos sensus, id est, partes quæ sunt sensuum organa, velut oculos linguam, auditorium meatum, & nervos omnes. Atque scire hoc loco oportet partes sentientes duobus, a nodis alterari posse, vel ut partes quasdam, scilicet ut reliquas partes, vel ut sunt instrumenta sensuum: nam ipsi sensus alterantur, cum sentientes, ab ipsis rebus quæ sentiuntur. Nervus ergo est obstructus sit, & omni sensu priuatus, potest incallescere, aut refrigerari: tamen tunc temporis alterabitur, non ut sensus proprium instrumentum, tunc enim non fiet passio quæ est sensus actus, sed cum sentit, patitur à sensibilibus, quatenus sentiendi instrumentum. Nam sensus actus (inquit) est motus à corpore, ipso sensu patiente aliquid, hæc iuxta placita sua dicit Aristoteles. alii enim sunt qui nolunt sensum actum in sola passione ponere, sed in actione quadam. Verum hoc examinari non est presentis loci, disputata est à me ea questio lib. 2. Contro.) ergo omnes passiones inanimatorum accidere possunt animatis, non tamen contra, quia sensus inanimatis non accidunt. Atque passiones inanimatorum latent cum fiunt, fiunt enim sine sensu, passiones animatorum non latent, quia ipsum pati est sentire. Potest autem (inquit) latere & quod animatum est, hoc est animal potest subire passionem, quæ non sentiatur, cum non secundum sensum sit alteratio. id vero potest bifariam accidere, vel quia pars quæ patitur caret sensu, ut pulmonis inflammatio nullum dolorem facit, quia id membrum sensu caret, vel parte quæ alioqui sensu prædita sit aliqua causa impedita modo, velut si fecerit, aut vratur nervus, resolutus. Ergo (inquit) siue alteratio fiat à sensibilibus, quatenus sensibilia sunt, siue inanimatis & sensu carentibus, necesse est, id quod movet proximum fieri ei quod movetur, aut per se, aut alterato eo quod interest, velut si quis incallescit, igni est proximus aer, & æri corpus quod incallescit: ita etiam color qui videretur, est proximus lumini per ærem effuso, lumen vero oculum attingit: ita & auditus & odoratus sunt effusa re aliqua usque ad instrumentum sensus

per ærem: in gustatu succus ipso rei quæ gustatur attingit linguæ partes, eodem modo in inanimatorum passionibus sit. Igitur (colligit) hæc inductione constat id quod alterat rei quæ alteratur proximum fieri, nec quicquam in medio eorum esse. Deinde addit, neque augentis & eius quod augetur esse quicquam medium, neque minuendi & eius quod minuitur, sed proxima esse hæc quoque: quod ex ratione augendi & minuendi confirmat. Quod primum auget vocat primum augens alimentum vltimum, illud inquam quod vni ca commutatione iam mutatur in substantiam rei augendæ (panem enim & carnes dicuntur augere nostra corpora, ea tamen non augent primum, sed murata prius in substantias alias, ut chylum & sanguinem) non aliter auget quam adgenerans (ut ita dicatur) aliquam substantiam partem, hoc est genita parte aliqua substantiæ & agglutinata priori & minutio sit corrupta parte aliqua substantiæ, ergo auctio & imminutio ortus quidam & interitus est: hæc verò non nisi substantia alterata sit, significatur alteratio sine contactu non fit certe neque accretio, neque decretio, neque omni non motus aliquis fieri potest sine contactu: quod de contactu secundum potentiam inrelligendum esse hoc ipso capite antea monimus.

CAPUT TERTIUM.

Omne autem quod alteratur alterari à sensibilibus, & in solis his alterationem dici, quæ secundum hæc patiuntur, ex his considerandum. Altorum enim accipere aliquis potest maxime in figuris & formis & habitibus, & in horum derivationibus, & receptionibus alterationem esse: in nervis autem est, sed sunt hæc cum quædam alterantur, nam

den

densata, aut rarefacta, aut calfacta, aut refrigerata materis: alteratio autem non est, non enim id quod formatur cum perfectum iam sit. Licet illud ab eo ex quo est, ut staturam aë, aut pyramidem ceram, aut lectum lignum: sed denominatiuis venientes illam quidem aëream hanc autem ceram: rursus hoc ligneum. Quod autem alteratur, appellamus: sicum enim, & humidum, & durum, & calidum aë dicimus, & ceram. Ex non ita solum, sed etiam humidum & calidum aë dicimus æquiuocè dicentes cum passione materiam: quare si secundum figuram & formam non dicitur quod factum est in quo est figura, secundum passionem autem & alterationes dicitur, constat quidem non esse has generationes ipsas alterationes. Adhuc autem & ita dicere absurdum videatur, aut alterari hominem, aut domum, aut aliud quodcumque eorum quæ facta sunt: sed fieri quidem fortasse quodcumque horum necesse est aliquo alterato, ut materia densata, aut rarefacta, aut calfacta, aut refrigerata: non ergo quæ sunt alterantur, neque generatio ipsorum alteratio est. Sed neque habitus, neque corporis virtutes. Habitus enim alij sunt virtutes, alij vitia: non est enim neque virtus, neque vitium alteratio, sed virtus perfectio quædam est, cum acciperet propriam virtutem, tunc dicitur perfecta esse res quæcumque, tunc e-

nim est maxime quod secundum naturam, ut circulus perfectus, cum maxime factus sit circulus optimus. Vitium autem huius corruptio & eleuatio. Quemadmodum igitur neque domus perfectionem dicimus alterationem (absurdum enim si rectum & regula alteratio, aut si quæ recto, aut regulis regitur alteratur, ac non potius perficitur domus) eodem modo & in virtutibus & vitijs, & in habitibus aut accipientibus: illa enim perfectiones, hæc detractiones sunt: quare non alterationes. Adhuc autem dicimus omnes virtutes esse in habendo quodammodo ad aliquid: eas enim quæ sunt corporis, ut sanitatem, & bonum habitum, in temperie & commoderatione calidorum & frigidorum ponimus. Aut ipsa interna ad se ipsa, aut ad continentis. Eodem autem modo & pulchritudinem, & robur, & alias virtutes, & vitia: quodcumque enim horum est ipso ad aliquid quodammodo habere, & circa proprias passiones, bene aut male disponunt id quod habet: propria autem in quibus fieri aut corrumpi nata sunt. Quoniam ergo quæ ad aliquid, neque ipsa sunt alterationes, neque ipsorum est alteratio, neque generatio, neque omnino mutatio aliqua, constat neque habitus, neque habituum receptiones aut detractiones alterationes esse: sed fortasse necesse est fieri & corrumpi alteratis quibusdam, quem

admodum & speciem, & formam, ut calidis & frigidis, aut siccis & humidis: aut in quibus primis accidit esse, circa eadem enim quae- cunque virtus, aut vitium dicitur, in quibus alterari potest id quod habet. Virtus enim facit imparabile, vel natum pati ut oportet: vitium autem contrario modo patibile & imparabile. Eodem autem modo & in habitibus animi: nam illius etiam omnes sunt, in ipso habere aliquo modo ad aliquid, & virtutes quidem perfectiones, vitia autem detractiones. Adhuc autem virtus bene disponit ad passiones proprias, vitium autem male, quare neque ipsa erunt alterationes, neque quidem receptiones, & abiectiones illarum. Fieri autem ipsas necesse est alterata parte sentiente. alterabitur autem à sensibilibus: nam omnis virtus moralis circa voluptates, aut molestias corporeas versatur. Haec autem aut in actione, aut in recordatione, aut spe: quae ergo in actione secundum sensum sunt, quare à sensibili aliquo moveri contingit: quae autem in memoria aut in spe ab eadem sunt, aut enim quae passim sunt recordati delectantur, aut sperantes quae futura sunt, quare necesse est omnem huiusmodi voluptatem à sensibilibus fieri. Quoniam autem voluptate & dolore accidente & vitium & virtus accidunt (circa easdem enim sunt) voluptates autem & dolores alterationes sunt

sentientis, constat alterato aliquo necesse esse & has abire & recipi, ad huc generatio ipsarum cum alteratione. Ipsa autem non est alteratio. Sed neque intelligenti parti anima alteratio est: nam sciens maxime in his quae ad aliquid dicitur, hoc autem constat: secundum nullam enim potentiam motis fit quod est scientia, sed cum exiterit quiddam, tam ex peculiari experimento accipimus scientiam uniuersalem. Neque quidem ipse actus generatio, nisi quis dicat & intuitum & tactum esse generationes, huiusmodi enim est actus. Rursus actus & usus non est generatio, nisi quis visionis & tactus putet generationem esse, & ipsum agere simile est his. Receptio autem scientiae ex principio generatio non est, neque alteratio: quiescere enim & stare mentem, scire & prudenter esse dicimus. In quietem autem non est generatio, uniuersim enim nullius mutationis, ut dictum est antea.

Adhuc autem quemadmodum ex ebrietate aut somno, aut morbo in contraria mutatus esset aliquis, non dicimus rursus scientem factum esse, etsi non potuerit uti prius scientia, neque cum à principio acciperit habitum, nam quia anima fit affecta virtute morali, prudens quiddam & sciens. Quapropter pueruli neque discere possunt, neque sensibus iudicare, perinde ac seniores, multa enim perturbatio & motio: se-

dantur autem & conquiscentur quaedam ab alijs. In virisque autem alteratis quibusdam eorum que in corpore, quemadmodum in visione & actione cum sobrius factus sit, aut ex perfectus. Constat igitur ex dictis, alterari & alterationem in sensibilibus fieri, & in sensitiua parte anima: in alia autem nulla, nisi secundum accidens.

¶ Superiori capite dixerat, alterationem in sensibilibus tantum esse, definierat vero sensibilia aliquanto latius utens nomine, dicens esse accidentia, quibus corpora differunt: nunc vero exactius hæc perstrinens dicit, in illis solum qualitatibus, quæ quia sensum aliquem per se efficiunt, dicuntur passibiles qualitates (huiusmodi sunt sensibilia propria, quæ in tertia specie qualitatibus collocantur) esse alterationem per se: confirmatque hanc assertionem argumentis. Neque vero perinde in passionibus, atque in passibilibus qualitatibus alterationem per se esse docet Aristoteles, ut qui dant intelligunt: sed ad passibiles qualitates solum. Non enim ad iram, gaudium, aut motum aut pudorem per se est alteratio: nam aliter passionis sit alia passio, & motus alius motus. Itaque Aristoteles non intelligit ad omnes qualitates tertie speciei esse alterationem per se, sed ad passibiles solum: illæ vero sunt sensibilia propria, nam composita aut non sunt qualitates, sed in aliis categoriis, velut distantia situs, & magnitudo, aut sunt in aliis speciebus, velut asperum & lenè, & quævis figura. Iam vero durum & molle in dictum est à me. 4. lib. Meteor. quatenus est sensibile per se proprium etiam esse tactus, atque hæc ratio ne ad tertiam qualitatis speciem referretur quamquam alia ratione, qua (inquam) vincitur, aut non vincitur à tangente manu ad secundam referatur. Neque quicquam interest, siue natura in sita, siue aduentitia durities, aut mollicies sit, ut nugantur quidam. Neque ad diuersas species dixeris rationibus pertinere, quicquid affert in compositi. Sed quoniam ad passibilem qua-

litatum speciem pertinent, constat ad illas esse alterationem per se: siquidem vera est Aristotelis assertio, ad eas qualitates solum, quæ per se sentiri possunt, esse per se alterationem: quam hæc argumentis confirmat. Primo, si in aliquibus aliis qualitatibus videri possit alteratio esse, maxime in figuris & formis, & in habitibus, & in horum detractionibus, & acceptionibus, ita ut forma, aut figura, aut habitus comparetur, aut amittatur alteratione aliqua per se, sed in neutris horum est, neque (inquam) in qualitatibus primæ speciei, habitibus scilicet, aut dispositionibus, neque in his quæ sunt quartæ, forma & figura: in nullis ergo qualitatibus est alteratio, præter passibiles qualitates. Omitit enumerare naturalem potentiam, aut impotentiam, vel quia voluit hæc cum habitibus intelligi (sunt enim velut habitus quidam nulla industria comparati, sed naturales, velut salubritas aut insalubritas naturalis) vel quia in figuris, formis, & habitibus magis quam in aliis videtur esse alteratio, illorum meminisse solum voluit, quasi vrens argumento quod vocant à maiori. Itaque inquit, hæc non fieri alteratione propria, sed fieri hæc cum quædam alterantur, hoc est succedere aliis alterationibus. Itaque proinde ad passibiles qualitates esse alterationem per se, ad reliquas qualitates per accidens: non esse autem in forma sine figura alterationem probat hoc argumento. Quod alteratur non amittit propriam appellationem, sed ea retenta comparat aliam denominatiuam, velut homo cadescens non desinit appellari homo, ut appelleret candidus, sed appellatur homo candidus, & ex quod factum est humidum, aut calidum vocamus, ex humidum, aut calidum: neque hoc solum, sed etiam dicentes humidum, aut calidum, etsi nihil addamus æquiuocè significamus ipsum subiectum. Duo enim significat nomen qualis, præcipue formam, deinde & subiectum, tamen quod formatum est, cum iam perfectum est, non retinet appellationem materię accipiens à forma appellationem denominatiuam, sed potius accipit præcipuam appellationem à forma, & à materię denominatiuam ut statua ærea, aut pyramis cerea, non dicitur æs aut cera, sed statua ærea, & pyramis cerea:

erereat neque lectus dicitur lignum, sed lectus ligneus. Constat ergo has generationes quibus status, pyramis, & lectus sunt, non esse alterationes ipsas, sed succedere quibusdam alterationibus. Præterea, quæ formatione sunt sunt in his quæ simpliciter dicuntur fieri, quæq; sunt ex non subiecto, velut ea. t. lib. 5. dicebamus, nimirum vt homo fit ex non homine, & domus fit ex non domo, moritur velut absurdum sit dicere fieri hominem esse alterationem, ita fieri domum, aut pyramidem, aut statuam, aut quidpiã aliud eorum quæ fieri dicuntur, absurdum est dicere alterationem esse. Sed fortasse (inquit) necesse est quodcumque horum fieri aliquo alterato, vt materia densata, aut rarefacta, aut calfacta, aut refrigerata, aut modis aliquibus aliis affecta. Ergo quæ sunt non alterantur, neque ipsum eorum fieri alterari est: sunt verò forma & figura in his quæ sunt, vt diximus. Probar des inde, neque secundum habitus alterationem propriam esse: habitus verò sunt duplices, corporis & animi, velut bona temperies, bona habitudo, pulchritudo, & horum contraria corporis: virtutes morales scientia & prudentia habitus animi sunt. Imprimis ergo probar non esse alterationem in habitibus corporis hoc argumentum. Habitibus corporis quidam sunt perfectiones, velut sanitas, bona habitudo, pulchritudo: quidã imperfectiones velut morbus, mala habitudo, & deformitas: perfectio autem & virtus in re quacumque est, cum res maxime consequuta est illud quod secundum naturam amat, vt circulus perfectus est qui optimus est circulus: imperfectio & vitium est huius corruptio atque detractio: ergo quemadmodum domum, cum perfecta sit, alterari non dicimus (absurdum enim sit dicere domum cum tecto & regulis obducitur alterari, ac non potius perfici) ita neque rem, quæ habitum comparat, alterari dicere debemus, sed potius perfici, aut perfectionem deponere. Præterea virtutes omnes & perfectiones sunt quodammodo ad aliquid, quia in commensuratione quarundam rerum sunt, velut sanitas est in moderatione calidi frigidi, humidi & siccit, aut ad seipsum, aut aërem continentem (profecto multo exactius modo disputat, in temperie & moderatione elementorum sanitatis essentiam statuens, quam supra in succorum proportionibus) bo-

na habitudo est bona membrorum compositione, ita & pulchritudo partium figura præstantissima ad actiones, & earum apta proportio: robur, ad actiones potentissima natura, ita alia omnes virtutes & vitia ad aliquid dicuntur, quia circa proprias passionibus bene aut male disponit corpora. vocant proprie illis passionibus in quibus virtus illa aut illa vitia fieri aut corrumpi nata sunt, hoc est, quæ illis sunt vt fundamenta, velut sanitas & morbus sunt in calido frigido, humido aut sicco: ergo circa has per sanitate bene, per morbum male disponitur homo. Itaque omnes habitus corporis boni aut mali sunt ad aliquid, demonstratum est cap. 2. lib. 5. eorum quæ sunt ad aliquid, neque alterationem, neque generationem esse per se, sed cum aliis fieri & perire: ergo neque habitus, neque habituum receptiones, aut amissiones alterationes sunt, sed necessario sunt alteratis quibusdam (velut formam & speciem dicebamus) vt calidis frigidis, siccis & humidis, aut denique illis in quibus primis, hoc est, velut in fundamento proximo accidit esse, vt sanitas est in homine, primum tamen in temperie calidorum frigidorum, humidorum & siccorum. nam virtus & vitium circa ea dicitur esse primum, in quibus alterari potest id quod habet, vt virtus aut vitium fiat, aut tollatur, velut homo qui habet sanitatem, aut morbum, vt sanus, aut æger fiat, non alteratur per se secundum sanitatem, aut ægritudinem, sed secundum calorem, frigus, humorem, aut siccitatem. Esse autem circa aliquas positiones tales quemcumque habitum constat: quia virtus facit corpus imparabile, siue difficile patibile extremis passionibus, & patibile vt oportet, hoc est, affectum moderatis passionibus: vitium contra facit imparabile vt oportet & moderatis passionibus, patibile verò ab extremis, velut sanitas facit corpus non esse febre aut perfrigeratione ariditate, aut nimio humore affectum, esse tamen moderatis calore frigore, humore & siccitate: morbus contra, facit pati aliqua nimia intemperie, moderatis verò carere: ergo habitus omnes circa aliquas passionibus sunt, & quodam modo ad aliquid, quare in illis non est alteratio. Ex hoc loquitur quidam medicorum sanitatem & morbum habere essentiam in re
Sanitas & morbus vt sunt ad aliquid.

latio.

lacione, pertinereque ad categoriam ad aliquid: tamen constat Aristote. non aliter dicere, morbum & sanitatem ad aliquid, ac omnes habitus & dispositiones, scilicet quodammodo ad aliquid, & secundum dici. Verum horum sententiam in Controuersis satis diffusè refutauit, ex eo loco qui uolet rem diligentius examinare perat: ego enim ad medicinalibus placitis abstinere uolo, ne in quorundam vitium uidear incidisse, qui totam Theologiam nobis passim huc intrudunt, non raro placitis uerè physicis negligentius examinatis. sed uenio ad reliqua. Probat deinde, neque secundum habitus animi esse alterationem: qui habitus duplices sunt, morales, & intellectuales: primum ergo probat secundum morales alterationem non esse: deinde neque secundum intellectuales. Eisdem argumentis inquit fieri quibus in corporeis habitibus actum est, quia scilicet ad aliquid etiam quodammodo sunt, & morales habitus sunt uirtutes, aut uitia: uirtutes autem sunt perfectiones, uitia detractiones: fieri autem rem in eo quod sua natura amat perfectam, aut deficere à perfectione non est alterari. Præterea uirtus moralis, non alterat corporea, bene dispositum animum circa eas passionem, circa quas uersatur ea uirtus, ne scilicet præter rationem patiatur, quemadmodum corporea uirtus disponit corpus, ne patiatur præter naturam: uicium contra, male disponit animum, ergo neque uirtutes, neque uitia, neque eorum abiectiones aut receptiones alterationes sunt, sed sunt aliquibus alteratis. Itaque non sunt alteratione propria, sed quibusdam alteratis succedunt. Atqui cum probauerit dictis argumentis non fieri uirtutes aut uitia alterationibus propriis, probat deinde, fieri quibusdam alteratis hoc argumentum. Virtus & uicium uersantur circa uoluptates & dolores: docet hoc diffusè satis lib. 2. Ethicorum cap. 3. quo lococitat in eandem sententiam Platonem) nam uoluptatibus irretiti improbi agimus, & dolor: deterremur à uirtute. Itaque ille comparat uirtutem, qui afflicti minus dolere ex bene actis, ille fit malus qui uiuunt: uoluptatem ex malo caput: quare sapientissimè Plato uoluptatem eorum malorum, dolorem fugam impedimentumque honorum appellauit. Et rursus ad hoc ad eam uoluptates doloresque admodum uenenosus

morborum omnium animæ grauissimi indicandi: quod certè uerum est, usque adeo ut uirtus & uicium non in bonis aut malis operibus, sed in bene aut male actis (id uerò est in modo uolendi) consistat. Dolor autem aut uoluptas capitur ex actione ut liberalis delectatur largitione, & auarus delectatur spe futurarum diuitiarum, & dolet timore futuræ inopie: ut recordatione, uel intemperantes solent recordatione uoluptatis præterite intemperanter agere. Itaque dolore aut uoluptate, consuetudine agendi bona, aut mala, auctis aut domitis fit uirtus, aut uicium, delectatio autem aut dolor omnis est in sentiente parte, scilicet externo sensu, aut concupiscibili parte, & imaginatione. Omnes inquam dolores aut uoluptates, in quibus uersantur morales uirtutes: nis enim dolor, quem contritionem uocant, & uoluptas ex contemplatione diuinae bonitatis, ad partem immortalem spectat. sed molestia & uoluptates, in quarum moderatione aut immoderatione consistunt uirtutes morales, aut contraria eis uitia, alterationes sentium uita: ergo habitus morales quibusdam alteratis sunt, sentiente scilicet parte alterata. Nam siue ex actione, siue ex memoria, siue ex spe capiat uoluptas ad eandem sentiuam partem pertinet, & ex modo quo pars sentiens alteratur nascitur uirtus, aut uicium. Nam si ex actione procedit, actus patitur passio sentiens, si ex recordatione, ea certè recordatio est uoluptatis, quam accepit si ex spe, ea est cum imaginatione futuræ passionis, quam Plato uocat spem bonam, consultioremque, cum irrationali sensu. Deinde probat Aristote. neque secundum intellectuales habitus esse alterationem. Atqui cum sentientia sit duplex, habitus, & actus, primum probat habitum scientie non comparari alteratione: deinde neque actum scientie esse alterationem, aut a ratione distinctum. Primum itaque uirtute eodem argumentum, quo sapientiam antea. Scis inquam sentientia ad aliquid quodammodo, ergo non si per se, sed succedit, cum aliud aliquid ad uerò (inquit) uel ex modo quo sentit in nobis consistat, non enim potentia quæ alterata sit sentit, sed est aliud quod peculiari habitus actusque in se habet, & huiusmodi sunt, ut de omnibus aliquam rationem sentit, & ex omni quæ est sentientia, hanc

neque ipsum videre, neque tangere, neque ipsum aliquo alio modo sentire, neque ipsum intelligere est scientem fieri per se: sed nobis sepe sentientibus ignem calefacere, ingeneratur in nobis habitus quidam, quo vniuersim scimus omnem ignem calefacere: quare scientia non fit alteratione aliqua per se, sed succedit alterationi quibusdam potentis per experimenta peculiaria. Sed dicit fortasse aliquis, ipsam actum sciendi esse illius habitus generationem. Respondet Arist. non esse, nisi fieret, ut & ipsum intueri, & tangere esset generare aliquid; (nam huiusmodi est scientia actus) quod tamen consistit esse falsum in nam sentire, aut est pati, aut certe non est actio productiva rei alicuius. Rursus neque ipsius actus sciendi & ipsius usus, quo scilicet scientia vitatur, est generatio. Nam eadem ratione visionis, & tactionis esset generatio: nam ipsum agere, hoc est actu scire, simile est his, hoc est, ipsi videre & tangere. Rursum diceret aliquis, scientiam fieri cum respicitur ex principiis: itaque ipsam receptionem ex principiis scientiæ generationem esse, id autem non ita habere, ita probat. Scire & prudentem esse, est mentem quiete: nam ita dicimus cum inuestigata aliqua ex principiis scientiam comparauimus, mentem quietescere. itaque scientia quietes quædam mentis est, quia ut corpus quodcumque amat suum locum, ad eumque naturaliter ferri cupit; ita mens scientiam amat, ac scire desiderat, sed quietis non est generatio: nam probatum est antea cap. scilicet. 2. lib. 5. nullius mutationis generationem esse, & monstratum deinde eodem libro, & quietem esse mutationem quædam ex motu. Rursum similitudine quædam probat, fieri scientem non esse generari aliquid per se, sed sedatis quibusdam motibus succedere scientiæ. velut (inquit) cum aliquis ex ebrietate, somno, aut morbo mutatus, incipit scientia uti posse, non dicimus scientiam in homine fieri, sed quia cessauit affectus, qui impediēbat, posse nunc hominem scientia uti: ita neque cum à principio accipit homo habitum, sit per se in eo scientia, sed sedatis quibusdam perturbationibus succedit. Quo fit, ut cum mens virtutibus moralibus affecta est, & sedauit affectus omnes, facile fiat prudens, & sciens, & pueri ineptiores sint ad scientiam & prudentiam adultioribus, quia multa est eis per-

turbatio & morbus: nimirum ut Plato dicit dialogo de Natura, ab initio anima, cum mortalitas corporis vinculis includitur, amens efficitur: at postquam nutritionis & augmentatiuius sensus misissetque fuit, animusque circuitus tranquillore motu suum iter persurgunt, processuque temporis sedatiores fiunt, & in figuram naturæ sue congruam restituntur; tunc singulorum circuloꝝ directæ conuersiones eiusdem & alterius naturam probe discernunt; hominemque sic institutum prudentem efficiunt: hæc Plato, quæ suo loco concedente Deo enarrabuntur: nunc in hoc adducta sunt, ut intelligatur gratia perturbationum peruerso imprudentes & ineptos ad scientiam esse, nihilque animi tranquillitate esse ad scientiam vtilius, quo fit ut qui prohibent moribus citius plusque discant: & ut sapientia *Initium sapientie timor domini* initium sit, timor domini, qui omnium animis tranquillitatem pacemque affert. Non mor domini tamen ita ut puer comparet scientiam sedatis solum moribus à natura & ab alimento factis, quemadmodum ebriis soluta solam ebrietate, nam non est satis animum componere moribus, & mutato temperamento tranquillum facere, ut doctus sis, nisi etiam discas. Opus præterea est doctore, qui admonitionibus & præceptis eos velut exciet, & obliuionem depellat, ut qui dormientem rerum præteritarum commemoratione excitat: atque hoc quoque est perturbationem ab anima pellere, quod etiam sine doctore fieri potest; atque hoc est quod dicit, sedantur autem & conquiescunt quædam ab aliis, hoc est, non omnes perturbationes tollantur naturali mutatione gratiæ, sed quædam etiam moralibus virtutibus, quædam etiam doctrina, quædam captandis experimentis, in vtriusque autem, hoc est, in discantibus denud, & in expertis, & respicientibus, & cõualescentibus ex morbo, sit scientiæ usus quibusdam in corpore alterius: in experrectis & respicientibus, in visione & actione: non enim prius experrectus aut sobrius antea est, quam quædam sentiat, aut agit, in discantibus potest quædam alterantur actibus sciendi, & experimentis: igitur in his qui discunt non generatur scientia, sed velut exciratus è somno redit usus scientiæ: quare ad nullos habitus alteratio est. hæc quoque de scientia & doctrina hoc argumēto vltimo dixit, profectò ex placito Platonis: accipit putatis scientiam innatam esse animis, discere autē esse

esse vel utro minifcit quam remanententia
 Arist. alio loco refutat, hic tamen preterit,
 cum quia nondum venerat ex professo in
 disputationem de modo discendi, tum etiã
 quia familiare est auroribus omnibus Græ-
 cis maximè, quæ his assertionibus quas con-
 firmandas accipiunt, disputantur etiam ex
 alienis placitis accipere. Vt ex hoc loco aper-
 tè intelligant omnes, non omnia quæ inter
 argumentandum ab Aristor. dicuntur ipsi
 probari, sed multa aliorum Philosophorũ
 inferri, quæ aut alibi refutat, aut certè refu-
 tarent. Certè hoc vltimo argumento, ei qui
 Aristor. placitis ad dictus sit, nihil persuaderi
 possit, tamen trahuntur in hanc sententiã
 Platonici, & Arist. erūt satis priora. sed res
 exigit, vt antequam caput hoc concluda-
 tur, ad ea quæ cap. 2. lib. 5. in hunc locum di-
 stulite deam: id verò est, ad magnitudinem
 non esse motum per se magis quàm ad figu-
 ras, aut habitus, aut aliud quiduis. quod vt
 apertius intelligatur, monendum est, malè
 hic quosdam putare ad eam rem esse mo-
 tum per se, quæ per se ac præcipuè sit finis
 mutationis. Nam profectò finis præcipuus,
 ac per se natura, quæ morbos sanat, & me-
 dici qui curat, sanitas est, per accidens est
 calor, aut frigus. Nam qui refrigerat febrili-
 tatem, non frigus gratis facit, sed sanita-
 tis: statuarius cum ligna expollit, certè per
 se in statuam fertur, huius gratia in ligno-
 rum has aut illas figuras: Itaque hac ratio-
 ne esset ad sanitatè per se motus, & ad sta-
 tuam, & ad domum, ad calidum & frigi-
 dum per accidens plerunque: non ergo
 hæc est ratio, qua præsentis loco per se, aut
 non, dicitur ad aliquid alterationem esse.
 Quapropter etsi natura rerum per se videa-
 tur certas quasdam moles experere, & ea-
 rum gratia corpora augere, non proinde
 ascendendum est ad magnitudinem esse mo-
 tum per se magis quàm ad sanitatem. Sed
 tota ratio qua nõ per se cõparari motu hic
 aliquid dicit, huc vertitur, quodd, vt fiat, nõ
 indiget generatione propria, sed quibusdã
 alteratis succedit: id verò nulli magis con-
 gruit, quàm magnitudini, nam vt res fiat
 maior, quid opus est motu proprio? pone
 alimenta ferri in particulas, pone commin-
 tari, & affigi, pone veteres partes corporis
 dilatarì (horum verò nihil est accretio) tol-
 le imaginatione cõnem alium motum, p-
 fectò res erit aucta sine accretione, imoue-
 re neque intelligi possit illis actis rem non

esse maiorem: vsque adeo vt maior fiat res,
 nõ est opus proprio motu qui sit accretio.
 Præ terea; Arist. nõn aliter confirmat habi-
 tus nõ esse alterationem, quàm quod sunt
 alii perfectiones, alii imperfectiones, tamè
 ipsemet capit. citato ex quinto lib. dixerat,
 quæ in magnitudinem perfectam accretio,
 quæ ex hac decreuit. Præ terea, magnum &
 parvũ sunt multo magis ad aliquid, quàm
 virtus & vitium. Præ terea, ipsemet supe-
 riori capite dixit, auget enim quod primũ
 auget ad generans aliquid. Itaque genera-
 tioni secundum partes succedit totius ac-
 cretio, non sit per se. Sed de his satis.

CAP. QVARTVM.

*¶ Dabitur autem aliquis, nunquid
 erit omnis motus omni comparabilis,
 an non: si igitur omnis comparabilis,
 & æquè velox est quod in aequali tem-
 pore æquale mouetur, erit circularis
 aliqua æqualis recta, & maior, ergo
 & minor. Præ terea, alteratio & la-
 tio aliqua æqualis, cum in aequali tem-
 pore hoc quidem alteratum sit, illud
 latum, erit igitur æqualis passio longi-
 tudini: sed hoc est impossibile, igitur
 cum in aequali tempore æquale motum
 sit, tunc æquè velox: æqualis autem
 non est passio longitudini, quare non
 est alteratio lationi æqualis, neque mi-
 nor, quare non omnis comparabilis.
 In circulo autem & recta quomodo
 accidit? absurdum enim si non erit cir-
 culo moueri aliquid æqualiter, & hoc
 in recta, sed statim necesse est, aut ce-
 lerius, aut tardius, vt si decliue non au-
 tem accliuè. Præ terea, nihil differre,
 neque in ratione, si quis dicat necessa-
 rium esse celerius statim, aut tardius
 moueri, erit enim maior aut minor cir-*

circularis recta, quare & equalis. Si enim in tempore A hoc quidē hanc B percurrit, hoc autem hanc G, maior quidem sit B quam G, ita enim celerius dicebatur, ergo si E in minori equali, celerius: quare erit pars aliqua ipsius, in qua B, aequale circuli percurrit, & ipsum in toto. A hanc G, at uero si sunt comparabilia, accidit quod nuper dictum est, aequalem rectam, esse circulo, sed non sunt comparabilia, neque igitur ipsi motus: sed quacūque non æquiuoca, omnia comparabilia, velut, cur comparabile non est vitrum acuius filius, an vinum, an nere? quod enim æquiuoca non comparabilia, sed nere paranei comparabilis, quia idē significat acutum in vitrisq; igitur nō idem velox hic & illic. Multo autem minus in alteratione & latone, an primum quidem hoc non verum, ut si non æquiuoca comparabilia, nā multum, idem significat in aqua & aère, & non comparabilia. Si autem non hoc, duplum idem, dico enim ad vñ, & non comparabilia, an & in his eadem ratio, etenim multum æquiuocū. sed quorundam & rationes æquiuoces, ut si quis dicat multum esse tātum, & aliud in super tantum, & quod aequale æquiuocum, & quod vnum quidem si contigerit statim æquiuocū: si autem hoc, & duo, quandoquidem qua causa alia sunt comparabilia, alia autem non, si quidem est vna natura, an quia in alio primo recipiente: equus ergo & canis comparabiles, vter cadidior, in quo enim primo idem

est, pura extremitas, & secundum magnitudinem eodem modo, aqua autē & vox non, malo enim, an manifestum fore sic omnia vnum facere, in alio autem quodcūque dicere esse, & erit idem aequale, & dulce & album, sed in alio. Atque adhuc receptivum non quodcūque est, sed vnius vnum primum. Sed tamen non solum oportet comparabilia non esse æquiuoca, sed etiam non habere differentiam, neque quod, neque in quo. Dico autem, ut color differentiam habet, aut diuisionem, non ergo secundum hoc est comparabile, ut vitrum est magis coloratum, non secundum colorem aliquem, sed quatenus color, sed secundum album.

¶ Disputat modō Arist. qui motus quibus motibus conferri possint secundum celeritatem. an omnes omnibus, an quidā quibusdam? atque proposita questione, imprimis probat non esse omnes motus comparabiles, deinde distinguit qui quibus sint comparabiles, idque facere incipit ubi dicit, quocūque non æquiuoca. Dubitabit (inquit) aliquis, an omnis motus omni erit comparabilis (secundum celeritatem scilicet) an non, sed quædam quibusdam solum disputat primum in partem quæ negat, hoc modo. Si omnis est comparabilis, erit aliquis motus circularis æquē velox recto, quare cum æquē velox motus sit, qui equali tempore aequale spatium percurrit, erit aliqua linea circularis æqualis lineæ rectæ, & maior & minor. id quod ut prorsum falsum colligit Arist. quia non possit lineæ rectæ ad eircularem proportionē longitudinis agnoscere, neque prorsum circulum rectilineæ figuræ æqualem fieri Cosmographi vno ore docent. Addit aliud argumentum, si alteratio cum latone conferri possit, & fieri alteratio latoni æqualis, fieri posset passio ea secundum quam alteratio fit, longitudo nisi secundum quam fit latitudo æqualis. hoc autem

rem per se videtur absurdum, ut calorem esse æqualem, aut maiorem, aut minorem biæubitali lineæ ergo cum passio longitudinis æqualis nõ sit, non est alteratio latiore maior, aut minor, aut etiam æqualis, quare nõ omnis motus comparabilis. Redit rursum ad primum argumentum per objectionem, rem magis explicans, hoc modo. Videtur absurdum dicere non posse esse motum aliquem circulari æqualem, idq; in recto, hoc est, non posse aliquid recta æquale celeritate ferri, atque aliud circulo, sed dicere necesse esse si quod cõferret moueri recta, statim moueri celerius aut tardius, quasi aliterum sit decliue, & alterum accliuæ, & pinde aliud celerius, & aliud tardius necessario feratur. Neque verò (addit) quicquam differt, neque rationes quidem differt ad eõpram disputationem, siue dicatur necessario esse celeriore, siue tardiore circulari rem recto, siue rectum circulari. Nam utcumque hoc dicatur sequitur posse esse æquales lineas rectam & circulatẽ, nam utcumque illud dicatur, erit linea circularis recta maior, aut minor. vnde fit, ut sit etiam æqualis, si enim in tempore A aliud corpus percurrit hanc lineam — B, & aliud eodẽ tempore hanc lineam circularem & illud sit celerius, hoc tardius, necesse est (C) lineam B maiore esse quàm G. nam hoc erit celerius ferri, putã eodem tempore percurrere maiore: ergo si minori tempore æqualem lineam percurreret, celerius etiam erit: erit igitur pars aliqua temporis A, in qua corpus celerius percurreret partem lineæ B, æqualem lineæ G, antequam percurrat totam B, & ipsum quod percurreret G, percurreret totam G in toto tempore A, igitur si motus circularis & rectus sunt comparabiles, accidit quod nuper dictum est, putã lineam rectam esse æqualem circulari: sed non potest esse æqualis (hoc monstrat Geometra) ergo colligit, neque ipsi motus, circularis inquam & rectus, atque ita non omnes motus sunt comparabiles. Sed quæ sunt comparabilia? hoc explicare incipit Arist. deinceps dicens, imprimis ea quæ nõ sunt æquiuoca esse comparabilia, quæ verò æquiuoca comparabilia non esse, velut stilus, vinum, & fides lyra: non possunt conferri secundum acutem, neque quisquam interroget vtrum sit acutius vinum, an stilus, an fides prima lyra: quanquam tria hæc acuta esse dicimus, sed non vniuocè. etiam

dicimus primam secunda acutiorẽ esse, collatis videlicet fidibus, quia acurum idem significat in vtrisque, diciturque de eis vniuocè. Redit deinde ad motus, ac dicit, non esse ergo idem velox in circulari & recto motu, atque multo minus in latiore & alteratione, sed dici æquiuocè ac proinde nõ posse hos motus conferri. Ceterum quantum verum sit, quæ æquiuocè dicuntur non esse comparabilia, ut vinum, lyra, & stilus, tamen non proinde est verum, quæ non sunt æquiuoca (quanquam id quidem dixerat Arist. sed distinguit modò) omnia esse comparabilia. Nam multum idem significat vniuocè que, siue de aere, siue de aqua dicatur, tamen aer & aqua in ratione multi non sunt comparabilia: neque quidẽ multum aëris æquale est multæ aquæ, sed quod est multum aquæ, aëris sit exiguum. aut si hoc (inquit) non videtur esse vniuocum, at duplum appetẽ est idem & vniuocum in rebus omnibus. nam vna est ratio, duo enim ad vnum dicuntur, & tamen nõ sunt comparabilia, nimirum duplum duplo non est æquale, ut duplum libræ & duplum dragmæ. Sed dicit fortasse aliquis, in his eandem esse rationem, quia non sint comparabilia, nimirum multum æquiuocum est, non enim absolutum aliquid est quod multum, sed est quorundam, & rationes quibus in rebus diuersis multum dicitur, sunt æquiuoca, vti quis dicat multum huius rei est tantum, & aliud multum est in super tantum, velut multum scamoniũ est dragma vna, rabarbari multum est dimidiata vncia, multa casia est dimidiata libra, inuitæ aquæ potus est libræ quatuor: ita eius quod dicitur multum in rebus diuersis diuersa sunt mensuræ, hæc verò sunt rationes, ita etiam quod æquale dici æquiuocè, nõ grana quinque scamoniũ, & aloẽs dragma æquales doses sunt, & quod vnum quidem (illud si cõtigerit nihil significat, sed phrasis est) esse æquiuocum: nam vna cetera est homines centum, vna legio sunt multo plures, vnus homo est vnicus, si verò vnum est æquiuocum, & duo, aut duplum dicitur æquiuocè, nam duo homines & due centurie non sunt toridem homines. Itaq; dicit aliquis esse etiam hæc æquiuoca. Quandoquidem (dicit tui ita placebit, alia autem nõ sunt, si est illorum vna natura, hoc est, si sunt omnia ea vniuoca. Respondet Arist. in his

qua sunt vna natura per se, & secundum formam, quæ tamen aliquis potest dicere esse æquiuoca & multa, non simpliciter, sed multoties, hoc est, ob differentiam rerum de quibus dicuntur, velut multum, duplū, æquale, & vnum, & similia, non esse comparabilia, quia sunt in alio primo recipiente. Dicitur primum recipiens, id quod proxime æt per se & non per mediam aham formam, recipit formam, velut candor inest substantiæ, non tamen primò, prius enim extremitati, quæ inest substantiæ, cui etiam per extremitatem inest candor. Itaque quod inest eidem primò, est comparabile, equus & canis conferri possunt secundum candorem, potestque interrogari, vter est candidior, quia candor inest eidem primò, purà extremitati, ita etiam & secundū magnitudinem possunt conferri, atque interrogari, vter sit maior, quia magnitudo vtriusque inest eidem primò, purà substantiæ continuate. Cæterū vox & aqua non possunt conferri in magnitudine: neque rectè quis interroget, an vox hæc sit maior hac aqua, nam magnitudo illorum non inest eidem primò, voci enim non secundum substantiam continuatam, neque secundum extremitatem, cum neque substantia neque corpus sit, atque ita dicendo putà illa non esse comparabilia, non quia æquiuoca, vt alii possent dicere, sed quia non insunt eidem primò, manifestum (inquit) est sequi, vt omnia illa quæ æquiuoca dicebantur, fiant, sintque idem & vniuocum. Cæterum esse quodcumque illorum in alio & alio primo receptino, atque æquale & album, & dulce & magnum, & duplum, & quodcumque tale erit idem & vniuocè dicetur, cæterū nō semper in eodem primo, sed in alio & alio. Itaque hæcenus Arist. duos modos dicendi docuit, quia reuera, quod ad rē ipsam pertinet, nihil discrepāt, aut illa quæ sunt in multis & nō sunt comparabilia, nisi aperte sint æquiuoca, esse tamē æquiuoca aliquo modo, hoc est in singulis, id est differentiæ subiecto rui: aut hæc quidē vniuoca esse, tamen non esse comparabilia, quia non insunt eidem primò. Atque quamquam his duobus modis eadem res dicetur, hunc secundum sermonem magis probat Aristot. atque addit, non quodcumque subiectum cuiuscunque formæ esse primum receptiuum, neque indistinctè, sed vnum vnus primum, hoc est cuiuscunque formæ, quæ secundum speciem

vna est, vnum certumque esse receptiuum primum. Sed tamen (inquit) non solum oportet comparabilia non esse æquiuoca, sed etiam oportet vt non habeant differentiam, neque quod hoc est, neque secundum ipsam formam, neque quo, hoc est, neque secundum id subiectum in quo primò recipiuntur, velut secundum colorem nō sunt res comparabiles: malè enim quæritur, vtrum est coloratius nix, an carta, nisi secundum colorem aliquem peculiarem interrogatio fiat, sed quatenus color inest, & comparari possunt secundum album, estque idonea interrogatio, vtra candidior nix aut carta? quia scilicet color differentias habet secundum speciem, & varii colores variis subiectis primis insunt. Nam etsi omnes extremitati insunt, tamen intelligit Arist. nescio quas varias dispositiones extremitatis quibus diuersorum colorum subiectū primum sit. Ex his aperte constat de sententia Arist. comparationem solum posse fieri secundum id quod specie est vnum, non etiam secundum genera: atque ad idem est dictū comparabilia sunt ea solum quæ insunt eidem primò, siue quæ nō habent differentiam quo, siue quæ specie vltima sunt idem: siquidem dictum est vnus speciei vnicum esse receptiuum. Itaque omnia quæ hoc capite de his quæ comparari possunt dicit Aristot. in hanc vnica regulam rediguntur, in specie vltima aut specialissima comparationem fieri. Nam si secundū speciem vnica dicuntur, non dicuntur equiuocè, & insunt eidem primò: nihil ergo aliud desideratur, vt comparari res aliquæ possint, quàm vt in specie aliqua vltima conueniant, secundum quam comparari possint, & quæcumque talia sunt comparari possunt. Sint autem ea quæ comparari debent in his, quæ recipiunt magis aut minus: nam non est quod interrogos, vter est magis pater hic, an ille? neque vtrum est magis duplum, neque enim recipere possunt hæc magis aut minus: sed in his quæ recipiunt, quæcumque formam aliquam specie vnica habent, secundum eam conferri possunt. Vocis magnitudo non potest hominis aut lapidis magnitudini conferri: magnum enim non dicitur propriè de voce, cum vox sit passibilis quædam qualitas, cui non accidit propriè magnam, aut paruum nuncupatis tam longè abest, vt specie sit vnica corporum & vocis magnitudo, potèrè confide-
rari

rari hoc loco velim; et si comparatio abfoluta in his quæ conveniunt genere fieri non poffit, fieri tamen poffe ad aliquid, velur dicimus æquè pallida eft hæc res, atque illa viridis, quod non perinde eft ac fi diceretur, æquè colorata funt: fed colorem habet hæc ad res candidas alias tam intentum, quàm illa ad res alias virides. Itaque hæc eft proportio, quæ vocatur proportionalitas, hoc eft proportionum proportio.


¶ Ita & circa motum æquè velox quod in tempore æquali mouetur, æquale & tantum: fi autem longitudinis in hoc, hoc quidem alteratum eft, hoc autem latum, æqualis igitur hæc alteratio, & æquè velox lationi? fed absurdum, caufa autem, quod motus habet fpecies: quare fi quæ in tempore æquali lata funt æqualem longitudinem, æquè velocia erunt, æquales rectæ & circularis, nunquid ergo caufa quod latio genus, an quod lineæ genus? tempus enim idem femper in diuifibile fpecie, an fimul illa fpecie differunt? etenim latio fpecies habet, fi illud fpecies habeat, in quo mouetur, atque adhuc fi quo, vt fi pedes deambulatio, fi alæ volatus, an non, fed figuris latio alia? quare quæ æquali tempore eandem magnitudinem mouentur æquè velocia: eandem autem non differentiæ fpecie & motu indifferens fpecie? quare hoc eft confiderandum, quæ differentia motus.

¶ Cùm difputauerit hætenus generatim, quæ fint comparabilia, & quæ fecus, nunc

ad motus redit rurfum. Illud verò imprimis neceffarium eft admonere, Aristotelem hoc loco non meminiffe augmentationis, quoniam eadem eft ferè ratio illius, quæ motuum localium: nam quemadmodum fe habet fpatium in motu locali, ita fe habet & quantitas in motu augmentationis. Quoniam verò diuerfa eft ratio aliorum motuum hoc prætermiffo de illis difputat. Primum autè de alterationis & lationis, deinde de circuitionis & rectæ lationis comparatione differens, docentque, neque alterationem lationi, neque circulearem rectæ lationi fecundum celeritatem confertri poffe. Ergo (inquit) circa motum æquè velox eft quod in tempore æquali mouetur æquale, & tantum. Videtur ergo fi longitudinis, vt ligni, exempli gratia, altera pars fit alterata, altera lata eodem tẽpore, ea alteratio æquè velox effe illi lationi: fed hoc eft absurdum. Caufa autem (inquit) eft, quia motus non eft fpecies vltima, fed latio ab alteratione fpecie differt: fed fi hæc eft caufa (addit) ea alterum quæ æqualem longitudinem lata funt æquali tempore erunt æquè velocia, fed fi hoc ita effet, fieret vt antea argumentabamur, vt lineæ circularis effet æqualis rectæ, quod etiam eft abfurdum: ergo neque latio recta poteft confertri circulari. Querit ergo Aristoteles quæ caufa eft? an quia latio eft genus, funtque circularis & recta diuerfe motus fpecies? an quia lineæ eft genus, habetque fpecies rectam & curuam? Nam ex ipfo tempore non poteft ea diuerfitas fieri, cùm tempus idem fit femper, & indiuiifibile fecundum fpeciem. an hoc quidem idem eft dictum, differuntque fimul illa duo, putat lationes & lineæ: nam latio à latione differt fpecie, quia id in quo, hoc eft fpatium, aut lineæ, quæ motu defcribitur, habet fpecies, vt capite quarto libri quinti dictum eft, atque adhuc videntur effe fpecies lationis, quæ aliunde accipiuntur, vt ex eo quo agitur, vt quæ pedibus agitur deambulatio, quæ alis volatus eft. an (inquit) non funt hæc veræ fpecies lationis, fed quæ figuris linearum differunt, vt loco citato docuimus, lationem rectæ & circuitionem comparabiles non effe: quare (inquit) quæ æquali tempore

pore mouentur eandē magnitudinem, eandē denique uel non diuerſum ſpecie, mouentur motu non diuerſo ſpecie; & quod uelocia ſunt, uelut duæ lationes rectæ quibus æqualis linea æquali tempore percurritur. Ergo (inquit) ad totam hanc diſputationē, hoc eſt conſiderandum, quæ ſit motus diſferentia, qui ſcilicet motus diſferant, & qui ſint idem ſpecie: nam qui idem ſunt ſpecie comparabiles; qui diuerſi non ſunt comparabiles. hæc docet hoc loco, qui motus diſferant ſpecie, qui ſecus cap. octauo ex lib. 5. docuit ipſemet Ariſt. uerū oportet hoc loco conſiſtere tantillum, & quæ dicuntur attentius conſiderare. Certè quod de his quæ comparari idonea ſunt generatim dixit, ueriliſſimum eſt: nempe comparationes ſecundum ſpecies uelut ſæpius non dicit ſi circuiſio & recta latio comparari non poſſunt, quia ſpecie diſferunt; cur latio ſurſum & deorſum uelut comparari poſſint, cur non ſolum diuerſa, ſed etiam contrariæ ſint? eſt autem rectas lationes comparabiles, nemo negat: ſæpe enim quædam ſentimus eandem celeritate aſcendere, quæ alia deſcendunt, aut eorū ea diſferentia lationis quæ accipitur ex figura linearū facit motus incomparabiles, ea uero quæ ex terminis uelut quos itur, nō faciet. Eſt qui reſpondeat circuiſionem non poſſe eſſe æquæ celerem rectæ lationi; quia difficilius eſt in gyrum uertere corpus quàm ferre recta proinde neceſſariò eſſe celeriorē lationem rectam. Sed hoc ridiculum eſt, nā ſi celeriorē concedit circuiſionem, comparabiles ſunt: nam quæ comparabilia non ſunt, neque ſecundum magis, neque minus, neque æquale dicuntur, uelut latio alteratione, neque æquæ uelox, neque uelocior, neque tardior. deinde ponit ita reſpōdet) ſolem tardius ferri teſtitudine quæ feratur recta, deinde non uidet poſſe eum qui circulo uertitur equo ueluti, eum uero qui recta pedibus incedere. Quod ſi intelligat idem corpus eodem imperu & eodem modo actum, celerius ferri recta quàm circulo, fortæ ſit uerum: ceterum ad præſentem quaſtionem faciet nihil, non enim quaeritur uero motu ferantur res facilius: ſed an poſſint eſſe illi motus æquæ celeres, aut alter altero celerior aut tardior: hoc enim eſt ſecundum celeritatem comparari, at qui perfectio, quicquid Ariſt. dicat, ego ita ſentio poſſe non minus comparari circuiſionem

lationi rectæ, quàm aſcenſum deſcenſum: quia non magis diſferunt ſpecie, quàm hæc, tamen etiam quia ex communi hominum ſermone conſtare poſſet. quis enim hominū nō dicit, ſolem celerius moueri quàm deſcendentem muſæam, aut ſigillatim celerius ferri, quàm gnomonem horologii: certè ferri quodam circulo quibusdā recta actis celerius & tardius: quod ſi celerius & tardius, certè & æqua celeritate. Deinde Ariſt. nihil magis abſurdum colligit ex earum lationū collatione, quàm poſſe eſſe lineam rectam æqualem circulo, tamen apud me non eſt dubium eſſe quāſdā rectas quibusdā curuis lineas æquales, eſt Geometre id neque agnoſcere, neque probare poſſint; nam ſi figura rectilinea curuilinea maior & minor eſſe poſſet, idque plus & minus, & additione paulatim facta poſſet ex minori fieri maior, perfectio æqualis etiam poſſet eſſe. quod ſi figura rectilinea curuilinea eſſe poſſet æqualis, certè & linea recta curuæ deſcribere ergo intra quadratum circulum, atque intra huc quadratum alium.



conſtat quadratum externum maiorem eſſe circulo, & internum minorem, poſſe quoque ſeſcentibus paulatim lateribus, internum externū fieri æquale, quod quidem non ſit, antequam fuerit circulo factum æquale, cum ſit altero quadrato maior, altero minor: quin etiam lib. 1. cap. 2. monſtrauimus argumento Hippocratis inueniri figuram rectilineam curuilineam æqualem: igitur nō eſt dubium poſſe eſſe lineam rectam curuæ æqualem: tamen non poſſet monſtrari, neque agnoſci à Geometris, aut ſi poſſet, huc

Circuiſio
rectæ latio
ni comparari
poſſe.

ſiquæ

vsque certè non constat ratio demonstrandi. Causam quæ neque agnoscat, neque monstratur indifferencia figura esse puto, quæ ipsa causa facit, ut inter circuli & diametri nulli proportio rationalis sit, hoc est cognita, quæ que certio quodam numero possit significari, ut que est multiplex, ut dupla, tripla, aut quadrupla, vel superpartiens semel, aut bis, aut ter, aut aliquotiens alteri: tertias, quartas, aut quintas, aut alias partes, vel sex quater, tertia, aut quarta, aut quinta, aut alio numero (de his proportionibus supra diximus, qui fusiùs scite cupit petat à Geometris) tamen est inter diametrum & circulum proportio aliqua, cum nulla earum linearum infinita sit, in omnibus autem magnitudinibus finitis fit aliqua proportio, quæ in continuatis quantitatibus ob infinitam partium diuisionem potest esse irrationalis, & incognita. Cæterum si circulus diametro maior linea est, profectò est aliquanto maior, addatur tantundem diametro, fit quæ linea recta circulo æqualis, aut tantum detrahatur lineæ curvæ, quanto rectam superat: igitur circularis latitudo rectæ non ita conferri potest, ut que sit æquæ velox agnoscat, neque qua certa proportione rationali celerior, aut tardior: tamen comparabiles sunt, dicitur quæ propriè simè altera altera celerior, aut tardior, potest quæ esse re ipsa æquæ velox, etsi agnosci non posse videatur, sed si probauimus quod Arist. docet comparationem in specie vltima fieri, quo pacto nunc concedimus circulem rectæ cōferri ceterè, ut Arist. ipse concederet ascensum descensui conferri posse, quanquã specie differunt, scilicet nihil impedit res quæ conferuntur specie differre, sed illud vnũ considerandum venit, an ea forma secundum quam collatio fit eadem sit specie: nam homo & equus conferri possunt, etsi res sunt specie diuersæ, quia can dor secundum quod conferuntur vltima species est ergo hitotus, quorum celeritas in eadem specie est, secundum eam celeritatem conferri possunt: quorum verò celeritas est diuersa, non possunt proinde latitudo & alteratio conferri non possunt, quia celeritas non est in illis eiusdem rationis: nam in ratione celeritatis est, tanto tempore moueri plus minus, aut tantum, illud verò tantum aut quantum æquitate dicitur, de loco & qualitate, qualitas enim neque magna, neque parua proprie est, sed quodammodo, quia in cetera aut

remissa: igitur latitudo & alteratio merito secundum celeritatem comparabiles non sunt. Cæterum in circulari latitudo & ascensu ac descensu vnica secundum speciem est celeritatis ratio, puta percussere tantum in tanto tempore. Ex tempore non potest, differentia nasci, quia tempus idem est, magnitudo verò siue tantum aut quantum idem specie est in linea recta & curua: differentia enim quam habent non est in categoria quanti, sed est figura quæ ad categoriam qualitatis refertur, & in essentia quanti qualitas quantum, non est rectum aut curuum, sed accidit lineæ. Quoniam ergo linea percurritur quatenus quanta, ea autem rationelinea non est genus, sed species, celeritas circuitionis & aliarum latitudinum neque genus est, neque æquiuocum: quare conferri possunt. Itaque meo videri latitudo omnes sunt inuicè comparabiles. Sed venio ad reliqua.

¶ Atque significat quidem sermo hic genus non vnum quiddam esse, sed ob hoc latere multa, sunt quæ æquiuocationum hæc quidem valde diuersæ, hæc autem habentes quandam similitudinem, hæc autem prope, aut generi, aut analogia: quæ propter non videntur æquiuocationes esse. Quando igitur est alia species, cum idem in alio, aut aliud in alio, & quæ diffinitio, aut quo iudicamus idem esse album & dulce, aut aliud, quia in alio videtur aliud, an quod omnino non idem.

¶ Ex dictis colligit Arist. genus non esse omnino vnum, ut speciem, sed latere in genere multa, hoc est, multas variasque naturas latere in eodem genere: quoniam scilicet si vna esset natura generis quam speciei, non minus essent res comparabiles, secundum genus, quam secundum speciem: tamen non sunt, quia in genere latent multa, neque eadem perfectione participatur ab æcibus omnibus ratio generis, ut ratio speciei à singularibus. nimirum forma vna, & vna natura sunt omnes homines vnius, tamen animalia multis variisque natu-

ris sunt. Itaque quæ secundum genus dicuntur, æquiuocè quodammodo dicuntur: & ut dicatur (semel), omnia incõparabilia sunt æquiuoca, & quæ vniuoca omnino sunt, omnia sunt comparabilia. Verùm æquiuocationum sunt multi gradus. Quædam enim sunt valde diuersæ, & quæ solum nomen commune habent, hæcque sunt propriè & omnino æquiuoca, vt canis est sydus & animal. Quædam sunt quæ ob quandã similitudinem dicuntur vno nomine, in quo genere sunt omnia quæ per metaphoram dicuntur, vt ridentia prata & flumina. Quædam sunt quæ propè sunt, hoc est minus differunt naturis, vt quæ sunt vna genere, aut analogia, hoc est similitudine multo maiori, vt Cæsaris statua Cæsar nuncupatur, atque hi vltimi æquiuocationum gradus aded accedunt iam ad vniuocam significationem, vt æquiuocationes non videantur esse, igitur his æquiuocorum gradibus distinctis, nihil in ererit dicere omnia vniuoca esse comparabilia, aut omnia quæ sunt eadem specie vltima esse comparabilia. Quoniam ergo hæc disparatio venit, vt opus sit distinguere quæ sunt æquiuoca, & quæ secus, & quæ sunt eiusdem speciei, & quæ secus: cum quæ dixerit quæ & quor modis æquiuoca sint, de ratione agnoscendi quæ sunt eadem & quæ diuersa specie, duas quæstionculas proponit, quas, quia ad metaphysica pertinet decidere, modò proponit tantum: erant verò quæstiones eo sculo inter Philosophos agitari solitæ. Rogat ergo, quenam est alia species? num cum est idem in alio, aut cum aliud in alio? hoc est, an ad differentiam speciei satis sit subiectorum differentia, vt candor equi à candore canis differt, an hæc differentia subiectorum non sit satis, sed opus sit vt ipse per se formæ sint diuersæ, & diuersis subiectis insint, velut cador equi & nigricies corui. Fortasse videatur Arist. aliam partem interrogationis omisisse, videlicet aut aliud in eodem; hoc est, an sint diuersa specie, quæ cum diuersa sint insunt eadem, vt album & dulce eadem lacti. Cæterum quia Arist. de receptiuo primo intelligit, atque receptiuum primum vnius vnum esse dixit, quali fieri non possit, vt quæ diuersa per se sunt non insint diuersis, dixit solum, an idem in alio, an aliud in alio. sed si vnum receptiuum primum vnius est, certè vt non potest esse aliud in eodem, ita neque idem in alio: qua-

re iuxta hanc Arist. doctrinam, quæcumque insunt eidem sunt eiusdem speciei, & quæ diuersis diuersæ. nihilominus differentia accidentium non nascitur ex subiecto: ex remota quidem factis constat, non enim differt calor ligni à calore lapidis: sed neque ex primo, nam rerum omnium differentia speciei est in earum essentia, accidentia autem omnia habent essentias proprias per se, ac præter in hærentiam. Ego igitur cum ob hoc, tum etiam quia quod de primo receptiuo dicitur, etsi modò non disputo, non omnino intelligo, ita responderim, differre specie formas, cum per se diuersæ sunt, siue in eodem, vt in lacte candor & dulcedo, siue in diuersis, vt in lacte & colochinide. Esse autem diuersas per se formas quo pacto agnoscat, rogat rursum Arist. est quæ secunda quæstio, an definitio & terminus, quo agnoscimus idem esse dulce in lacte & melle, aut idem album in lacte & cale, aut aliud quiduis, sit quia videtur aliud in alio, an quod omnino non est idem. hoc est, an ratio diffiniendi quæ sunt eadem & diuersa specie sit ex eo, quod sensibus videtur idem esse aut aliud, ita vt quæ sensus ite dicat esse eadem, eadem esse putentur, quæ non eadem, diuersa, vt Pythagoram affirmasse ferunt, an non, sed quæ omnino & reuera non sunt eadem: quasi sensus nunquam falli soleat, sed ipsarum rerum naturæ per se perpendendæ sint ratione adiuncta sensui, non solo sensu. Neque huic quæstioni responder, insinuat tamen id quod res habet, in rerum distinctione agendum esse, non sensu solum, sed ratione etiam. Verùm hæc ad aliam Philosophic partem pertinent, vt diximus.

In alteratione autem quomodo est altera altera celeritate æqualis? si igitur sanari alterari est, coningit autè hunc celeriter, hunc tardius sanari, & simul quosdam, quale est alteratio æquè velox: in æquali enim tempore alteratum est. sed quid alterari est? nam æquale non dicitur in his, sed vt in quanto æqualitas in his similitudo. Sed sit idem quod mutatur in tempore æquali

re equali æquè velocè, num igitur id in quo passio, an passionem oportet comparare? hoc igitur quod sanitas eadem est accipere, aut quod neque magis neque minus, sed similiter accidit. Cum autem passio alia sit ut alteratur quod album sit, & quod sanatur, his nihil idem, neque æquale, neque simile: qua iam hæc faciunt species alterationis, & nõ est vna, ut neq; latio, quare accipiendum quot sunt species alterationis, et quot lationis. Si igitur quæ mouentur specie differunt, quorũ sunt motus per se, et nõ secundũ accidens, & ipsi motus specie differunt: si autem genere, genere, si autem numero, numero. sed nunquid in passionem oportet intueri, an sit eadẽ, an similis, an æquè veloces alterationes, an in id quod alteratur. ut si huius quidem tale sit factũ albũ, huius autem tantum, aut in vtrunq;. Et eadẽ quidem aut alia passione: si eadẽ æqualis autem, aut inæqualis, si illud inæquale.

¶ Cum hætenus de lationum inuicem collatione disputauerit, nunc de alterationũ collatione secundum celeritatem disputat: atque docet in alterationibus nõ omnino eodem modo dici quod æquè velocè: nõ est quod æquali tempore mouetur tantũ, sed illud tantũ de magnitudine dicitur propriè, de qualitate non dicitur, sed ut in lationibus dicimus æquè veloces esse quibus eodem tempore mouetur æquale, ita in alterationibus dicimus, mouetur idem, aut magis vel minus inest, vel æqualiter, hoc est, quod eandem intentionem, aut eundem gradum qualitatis comparat. ut si duo homines æquè grauitur ægrotantes toridem diebus æquè sani fiant, eadem celeritate

sanati dicentur. Rogat verò Arist. an hic oporteat comparare id quod passio nem accipit, an passionem ipsam? Nam si id quod passionem accipit, profectò potest esse propriè tantum & quantum & æquale in alteratione, ut si vna hora huius ligni cubitus vnus incalescat, & alterius eadem hora tantundem. Si verò ipsam passionem, profectò non est propriè quantum. Verũm antequã hanc quæstionem decidat, quiddam aliud addit maioris distinctionis gratia. Passio ipsa potest esse specie eadem, ut si duo homines sapentur, aut diuersa, ut si hic sanatur, ille albescat. Passiones (inquit) eadem habent commune esse idem, aut inesse eodem modo, hoc est eadem intentione: tamen quæ sunt diuersæ, quia specie differunt, non magis habent commune idem, quã alterationis & latio: quare ut hæc non sunt comparabiles, ita neque alterationes, quæ specie diuersæ sunt, sed quæ sunt specie eadem comparari possunt, esseque alia aliis celeriores, aut tardiores, & æquè veloces. Ergo (inquit) distinguere oportet, quot sint alterationum species. Rationem agnoscendi qui motus sint idem genere, specie, aut numero, fusiũ docuit libro. 4. sed nunc obiter etiam docet dicens, ut differunt ea quæ mouentur, quorum est motus per se, & non secundum accidens, ita differunt ipsi motus, si genere quidem, genere, si specie, specie, si numero, eodẽ modo. Quæ mouentur per se, ut libro. 1. indicatũ est, sunt contraria iis quæ motu sunt, ut album per se nigrescit, homo verò per accidens, quia cui accidit esse albo est homo, ergo idem est dictu motus differre ut differunt termini ad quos fiunt, atque ut differunt ea quæ mouentur per se, quia perinde est distinguere hæc, aut illa in contrariis. Itaque idem modò docet, quod antea docuerat, motuum differentiam accipi ex terminis ad quos itur. His dictis redit ad quæstionem, an in passionem oporteat intueri, considerareque, an sit æqualis? Respondet Arist. intueri oportere in vtrunq;, ut tunc sunt eadem celeritate alterata, cum æquales partes duorum lignorum eodem tempore sunt æqualiter calfactæ. Atque in passione considerandum an sit eadem, hoc est, æquè intensã, si est eadem specie, & in eo quod recipit considerandum an æquale.

Arist. hoc loco non potuit effugere (quod toto hoc opere habuimus effugerat) quin de propria quantitatum diuisione in partes intentionis disputaret. nō enim satis sit, ut æquē celeriter aqua calfacta esse putetur, si eorūdem libræ eodem tempore sint calfactæ, nisi etiam æquē calfactæ sint: quin potius ad agnoscendam celeritatem alteratio nis, quæ in quavis parte est, solam intensio nem refert considerare: sed ad celeritatem totius corporis quod mouetur, hanc & partium quæ alteratæ sunt magnitudinem. ut Petrus quidem celerius calfactus quam Ioannes dicitur, si dum hic incaluit sola manu, ille toto corpore incaluerit: manus uerò manu nō celerius, nisi incaluerit plus. Cæterum neque hoc loco probare possum quod Arist. docet, putā alterationes specie diuersas non esse comparabiles secundum celeritatem. Nam, ut antea dixi, non refert considerare, an ipsi motus specie differant, sed an diuersa in illis ratio celeritatis sit: in alterationibus uerò omnibus, quia eadem est ratio tantæ & quantæ, putā intensum, eadem est celeritatis ratio, quæ neget posse aquam eadem celeritate calefcere, qua alia aqua frigeat, etsi calefcere & frigeere specie diuersæ alterationes sint: pone aquā quarto gradu frigidam vna hora quarto calidam fieri, atque eadem hora aliam calidā quarto gradu fieri quarto gradu frigidam, poneque esse æquales aquæ portiones, profectō æquē celeriter moræ sunt. nam à frigidō quarto gradu ad calidum quarto gradu, & à calidō quarto gradu ad frigidum quarto æqualis alteratio, & totidem gradus sunt. Nam uterque ab altero totidem superat, quot superatus, nisi alia via est Athenis ad Thebas, quam Thebis ad Athenas: ergo possunt res quædam eadem celeritate alterationes diuersas subire, quin & celerius & tardius, ut si aqua eundē calorē, quē duabus horis accepit, vna hora amittit, aut quæ accepit vna, amittit duabus. Itaque quilibet oēs, quæ in intensōe & remissionē accipiunt, secundū celeritatē cōparari possunt.

Et in generatione quidem & corruptione idem est considerādū, quo pacto aquē velox generatio si in tēpore equalidem et indiuisibile, ut homo, sed nō animal: celerius autem si in equali alterum, nō enim habemus aliquod duo

in quibus diuersitas ut dissimilitudo, et si numerus substantia maior aut minor numerus similis speciei, sed innotinatum quod commune, et vtrumque, ut maior passio, aut excedens magis, hoc autem quantum magis.

In generatione & corruptione idem dicit esse considerandum, videlicet æquē velocē generationē esse, si in tēpore eodem generetur idem & indiuisibile, ut homo, idest, quod eiusdem speciei in diuersas naturas indiuisibiles sit, vel ut si eodē tēpore generentur duo homines, & nō vt animal, idest nō est satis si eodem tempore generetur idem genere, ut homo, & equus: celerius autem est, si in equali tempore fiat alterū. Sed quo pacto quod sit eiusdem speciei (nā specie diuersa nō cōparat Arist.) fiet eodem tēpore alterū? Respondet nō habemus aliquod duo siue aliqua cōtraria, quib⁹ propriē significemus maiore & minore generationē, velut in qualitatib⁹ habemus intens⁹ & remiss⁹, & in magnitudinibus maius & minus. Sed inquit si substantia est numerus, ut Pythagorici & Platonici dicere visi sunt, maior & minor numerus eiusdem speciei est illud quod mai⁹ & minus in substantia significamus: illud uerò nō est nomen: um, ut in quali & quāto. hæc Arist. Sed quid sibi vult dicēs, maior & minor eiusdem speciei numerus. Nā eiusdē speciei nō possunt esse maiores, aut minores, sed in indiuisibili cōstitūt: Ceterū qui ponebant substantiā esse numeros, nō ita vt solos mathematicos numeros ponebant, sed quasi naturæ essent res numeraræ, & quarūdā cōcursu perfectiores fierent, velut vnitatū cōcursu numeri. Naturæ ergo illæ, quæ in substantiā quandā tendant, perfectionem uerò nondū cōparauerint, minor numerus eiusdem speciei sit. velut decem equi quā equi viginti minor numerus eiusdem speciei est. ita igitur si hic ordo generationis esse ponatur, ut ex embione senties equi sentiere homo fiat: si dū in vtero hui⁹ sit homo, in vtero altetius solū embrio, aut viuens, tardior sit hæc, & celerior illa generatio: quia eodē tēpore illic maior hic minor numer⁹ eiusdē speciei fact⁹ fuerit. Hoc est quod secundū aliorum placita maiorem aut minorem numerum appellat. Innotinatum autem esse dicit, ego perfectum & in perfectum

perfectum in substantia vellem appellari. Alius rationibus fieri potest celerior aut tardior generatio aut corruptio, quas tacet Arist. videlicet cum minori tempore idem numerus siue eadem perfectio erit comparata, vt viri quam femina, & septimestres quam nonomestres, & in calidis regionibus quam frigidis celerius generatur, quia celerius sentiunt, & mouentur, & nascuntur. Dicitur etiam alio modo ob magnitudinem corporis generandi, vt si quo tempore exiguum ligni frustram vitur magnus palearum cumulus. Verum de comparatione ortus & interitus secundum celeritatem hæc sint satis, si illud vnum addiderimus, ortum & interitum perse nullam celeritatem aut tarditatem habere, vt neque successione & moram, sed alterationes ad eos necessarias. proinde ad physicam partem satis fuisse de motuum celeritate & tarditate disputasse: accretio autem & decretio perinde habent vt generatio, si vt dictum antea est à me, non est perse motus. proinde bene videtur mihi hic Arist. fecisse, qui eius cõmutationis oblitus est, aut prudens præterit. De celeritate & tarditate, quid sit, & quæ ratione in motibus fiant, dictum est cap. 2. lib. 6. hæc de his solum, quæ secundum eas conferri possunt, institutum erat dicere, non etiam de earum essentia.

CAPVT SEXTVM.

Quoniam autem id quod mouet, mouet semper aliquid, & in aliquo & vsque ad aliquid (voco autem in aliquo quod in tempore, id autem vsque ad quod, quia quanta est longitudo, semper enim simul mouet, & mouit, quare quævis aliquid erit quod motum est & in quanto) si autem A sit quod mouet, & B quod mouetur, longitudo autem tota, per quã motus est G, in quãto autem tempore, in quo D. igitur tempore equali, equalis facultas ei in qua A dimidiũ B duplũ G mouebit, ipsam autem G in dimidio ipsius D: ita enim erit analogũ. Atq; si eadẽ

virtus idẽ in tempore hoc, tantã roneat & dimidiã in dimidio, & dimidiata virtus dimidium mouebit, in tempore a quali, quod æquale. velut si sit virtutis A dimidiũ hæc E, et ipsius B hoc Z dimidiũ: igitur eodẽ modo habent et ad analogiã virtus ad grauitatem, vt æquali in tempore æquale moueãr, et si hoc E hoc Z moueat in D hæc G, nõ necesse est in tempore equali hoc in quo B duplum grauitatis Z mouere, dimidiã ipsius G. si igitur A mouebit ipsum B in D, quanta est G dimidiũ ipsius A in quo E ipsum B nõ mouebit in tempore in quo D, neq; in aliquo ipsi? D aliquid ipsius G, quatenus analogũ ad totã ipsam G vt A ad E, omni no enim si cõtigerit, non mouebit aliquid, si enim tota virtus tantã mouet, dimidia nõ mouebit, neq; quãrãncũq; neq; in quantocũq; vnus enim mouere possit nauem, si virtus trahentium nauem diuidatur in numerum & in longitudinẽ per quã omnes mouerũt.

¶ Ponit Arist. maiorem aut minorem motum, & motus celeritatem nasci ex maiori aut minori proportione agẽtis ad id quod patitur. nimirum quanto id quod agit rem que patitur plus vincit, tanto plus & tanto celerius mouet, quanto minus, tanto minus & tardius. Atqui cum in motu sic mouens, & quod mouetur, & quouque mouetur, & tempus quod in motum infumitur, & quanto in æquale motum minus temporis infumitur, tanto celerior motus sit, & quanto maior in motu progressus sit, vt in latione quanto longius spatium pertransiatur: in alteratione, quanto maior gradus comparatur, tanto sit maior motus, sit (quod præfenti capite docet) vt si tanta vis, tantum pondus, per tantam lineam, tãro tempore, eadẽ mouet vis, pãdus duplo min⁹ per eadẽ lineã duplo min⁹

ri tempore, aut eodem tempore, per duplo minorum lineam moueat: nam hæc est analogia. Nam perinde est tempus aut spatium duplo maius aut minus ponere. porro duplo minor virtus mouebit pondus duplo minus eodem tempore per æquale spatium, non tamen (inquit) proinde necesse est vt si tanta virtus tantum por dus tanto tempore per tantam lineam mouet, duplo minor virtus idem pondus duplo minori tempore, at per duplo minus spatium moueat. Nam si cõtingerit, ne mouebit quidem, hoc est, fortasse duplo minor virtus omnino nõ poterit mouere id pondus, quod duplo maior potest: non enim quicquid mouetur à maiori, mouetur etiam à minori virtute: igitur in his potentiis, à quibus certum quoddam pondus moueri poterit, quod à maiori certo quodam tempore certum quoddam spatium moueri potest, à duplo minori duplo maiori tempore, aut duplo minus spatium mouebitur: tamen quia fieri potest, vt à maiori moueatur, quod à minori moueri omnino non possit, dicitur non esse hæc perinde ac priores regulas necessarias. aliter fieret, vt si à centum hominibus nauis trahitur, ab vno homine trahi possit, quocirca tamen sentimus esse falsum. Hic considerandum, vt hæc præcepta ad vniuersos motus pertineant, non solum ad lationem, latius esse dicere, vt ego dixi, eo vsque moueri, quam per tantum spatium, nam quod est in latione tantum spatium, illud est in alteratione tantus in qualitate progressus, atque ita in omnibus erit vnum commune nomen, tantus vel tantus progressus, siue secundum locum, siue secundum quale. Cõsiderandum rursum hic, eam resistentiam quæ à medio per quod latius fit prouenit, cum eo quod partur intelligi debere. Nam aliter illius differentia posset plurimum rationem celeritatis perturbare manentibus integris proportionibus virtutis mouentis & ponderis. Sed satis est nomine eius quod mouetur, aut partur intelligere totam resistentiam, quæ & à corpore & à medio aëre fit. porro hæc omnes regulæ proportionum intelligendæ sunt in eadem motus specie, nam si modus mouendi potest non nihil facere ad facile aut difficile mouendum, certè fieri possit, vt quod virtus quoddam quodam tempore quoddam minus potest mouere, modo quodam, duplo maior virtus non possit duplo mino-

re tempore eo vsque, neque eodem tempore per duplo plus promouere. velut si circumferre difficultus est quam recta trahere, aut si trahere difficultus est quæ pellere, aut facilius (quibusdã enim hoc, quibusdã illud facilius esse videtur) profecto non quacunque causa poterit quodam tempore aliquam tam lineam recta trahere quoddam corpus, poterit duplo minus duplo minori tempore per æqualem circumferre, neque quæ trahere pellere, sed si diuersis mouendi modis motio agenda sit, oportebit præter regulas dictas tantum addere virtuti vel tempori, aut demere progressui vel corpori mouendo, quanto ratio mouendi alia mouendi ratione erit difficultior: vel tantum detrahare virtuti, aut tempori, & progressui, aut resistentiæ addere, quãto erit facilius. Neque tamen quia hæc regulæ non respondent exactè, si circumducto cum recta latione confertur, putandum est non esse lationem rectam circuitu comparabilem: est enim comparabilis vt probauimus, etsi sit alia regula comparandi.

Considerandum

Considerandum

Zenonis ratio non est vera. mili quænis pars, nihil enim et non mouere aërem in aliquo tempore hunc quem motu diu caderet totus medimnus. Neque usque tantum particula, quantum mouere totius si esset, perse mouet: neque enim que quænam est sed in toto potentia.

¶ Ex dictis colligit dilutionem cuiusdam sophismatis, quod dicit fuisse Zenonis. erat verò id, si totus mili medimnus cadens in terram sonitum edit, & granum vnicum mili oportere vt sonet, quia (arbitror) in toto modio oportet hoc granum sonare, aliter neque illud, neque aliud, neque denique aliquod aliud, quare nullum, atque ita neque totus modius: sed sonat totus, ergo & quoduis granum. Primum non necesse est, vt si totus modius sonat, sonet quoduis granum, velut de trahentibus nauim dicebamus: quare si totus modius sonat, necesse est & totum modium, & quoduis in eo granum aërem verbera-

re, tamen non est necesse, vt si ex omnibus verberibus conflata vna verberatio sonū potest edere, quāuis percussio per se vāleat: non enim quantūlacunq; percussio sonum facit, sed certa quædam. Deinde (hoc est quod nunc respondet Arist.) non necesse est vt granum partis cadens tantum ærem eo tempore moueat, quantum eodem tempore mouit, dum totus medicinus caderet (sed in isto, est mēsurā Attica aridorum, capit libras centum & octo.) Neque itaque (inquit) tantum ærem particula mouet, si sit perse, quantum moueret si esset totius. Neque enim (inquit) quicquam est, sed in toto potentia, hoc est, non enim pars quæuis est aliquid actu, cum est in toto, sed est potentia. Verūm possit alicui hoc loco videri Arist. non satis idoneam causam reddere, quā pars perse non tantum mouet quantum in toto, nam in toto non est quicquam, sed potentia, imo uero, quia non est quicquam actu, sed potentia videtur posse mouere minus, sed quod Arist. docet, hoc est. Partes singule in toto non sunt res quædam perse, sed ipsum totum est vnum quiddam, partes sunt in eo potentia, atque ita ex illo toto vna quædam actio prodit, conferentibus partibus omnibus aliquid, etū aliqua illarum nihil perse possent promouere. velut nullus hominum possit nauiem vel tantulum mouere. cæterum conferentibus aliquid singulis prodit ex omnibus motio quædā insignis, quæ si velut per partes in decem illos distribuenda sit, certè quiuis hominum aliquid mouerit, quāquam perse solus nihil potuisset mouere. Sed quanquam perse ob debilitatem, si vt totum quoddam conaretur nihil moueret, tamen cum est vt pars, potentia in quodam toto, potest ad vnam quandā eamq; insignē motionē aliquid cōferre.

Si autem duo vtrunq; herū virūq; mouet, tantū autē in tanto, & cōpositæ virtutes cōpositum ex potētib; æqualem mouebunt longitudinem, & in æquali tempore analogum enim, igitur ita et in alteratione, & in accretione.

Quiddam enim est quod auget, quiddam quod agetur, in quanto autem tempore, & quantum hoc quidem auget, hoc autem augetur, & quod alterat, & quod alteratur eodem modo & a liquid, & quantum secundum magis & minus alterata sunt, & in quanto tempore, in duplo duplum, & duplū in duplo: dimidium autem in dimidio tempore, aut in dimidio dimidiū, aut in æquali duplum. Si autem quod alterat, aut auget, tantum quidem in tanto, aut auget, aut alterat: non necesse est & dimidium in dimidio, & dimidium, sed nihil si contigerit, alterabit aut augebit quemadmodum & in gravitate.

Hic nihil aliud docet, quā eadē esse præcepta agnoscēdi celeritatem motus ex proportionē agentis ad id quod accipit, siue cōferatur vna virtus cum vna resistentia, siue duæ cum duabus. potest eadē esse regulas & in alteratione & accretione, quæ in latrone: quod quidem perse est satis perspicuum ex dictis.

Libri octauus de Natura.

CAPVT PRIMVM.

Non quid factus est aliqua do motus, cū nō fuerit prius & corrūpitur rursus, ita vt nihil moueatur, an neq; factus est, neq; corrūpitur, sed semper erat, & sem-

per erit, & hoc immortale & (vt ita dicatur) in cessabile inest his quæ sunt, vt vna quædam existens omnibus natura constantibus: esse ergo eorum omnes affirmant, qui de natura

aliquid dicant, quando quidem de
Cosaopi. & de generatione &
corruptione est illis omnibus contem-
platio, quam impossibile est esse nisi
motus sit. Sed quicumque & infinitos
mundos esse dicunt, & quosdam mu-
dos oriri, quosdam interire, semper di-
cunt esse motum: necesse est enim gene-
ratione & corruptione illorum cum
motu esse. Quicumque autem vnum,
aut non semper, & de motu suppo-
nunt secundum rationem, si igitur con-
tingit aliquando nihil moueri, duo-
bus modis hoc necesse est accidere, aut
enim vi Anaxagoras dixit: dicebat
enim hic simul omnibus existentibus,
& quiescentibus infinitum tempus,
motum fuisse intellectum, & discre-
uisse. Aut vi Empedocles, partim mo-
ueri, & rursus quiescere: moueri qui-
dem cum amicitia ex multis faciat v-
num, aut his multa ex vno: quiescere
autem in temporibus medijs, ita di-
cēs. Quatenus quidem vnum ex mul-
tis conuenit fieri, quatenus autē rur-
sum vno generato plura profiscun-
tur, eatenus quidem generantur, &
non habent firmum ætium: quatenus
autem permutantur omnino, neque
simul definiunt, eatenus semper sunt se-
cundum immobilem circulum, illud
enim quatenus permutatū illinc huc
dicere ipsum, accipiendum est. Con-
siderandum ergo de his quomodo ha-
beant, operæ pretium enim est, non
tantum ad contemplationem de natu-
ra veritatem agnoscere, sed etiam ad
eam methodum, quæ est de primo prin-

cipio. Incipiamus autem primum ex
his quæ nobis definita sunt prius in
physicis. Dicamus ergo motum esse
actum mobilis quatenus mobile, ne-
cesse est igitur esse res quæ moueri po-
sunt quocumque motu, & præter dif-
finitionem motus, quiuis fatebitur ne-
cesse esse moueri quod moueri potest se-
cundum quemcunque motum, vt al-
terari quidem alterabilia, ferri autem
loco mutabile. quare oportet prius ef-
se vribile, quam vri, & causlicum
quam vrere: igitur & hæc necessariū
est aut fieri aliquādo quæ non essent,
aut perpetua esse, si igitur factum est
mobiliū, & motuorū vnumquod-
que, necessarium est ante acceptam,
factam esse aliam mutationem, &
motionem, quæ factum sit quod potest
motum esse, aut mouisse. si autem quæ
sunt præerant semper motu non exi-
stente, præter rationem quidem vide-
tur etiam ijs qui per se discunt, atue-
ro magis vltra progressis necesse est
hoc accidere: si enim alijs quidem mo-
bilibus, alijs autem motujs existi-
entibus, aliquando erit aliquid primum
mouens, aliud autem quod moueatur,
aliquando autem neutrum, sed quie-
scit, necesse est hoc mutari prius, erat
enim aliquid cau' a quietis: quies enim
priuatio quædam motus, quare ante
primam mutationem erit prior muta-
tio. Quædam enim mouent vnico mo-
do, alia autem secundum contrarios
motus, vt ignis quidem calfacit, refri-
gerat aut nullatenus: sciētia autē vide-
tur contrariorū esse vna. Videtur ergo
et illic

Et illic esse aliquid simile: nam frigidum calfacit, conuersam aliquo modo, & recedens, sicut peccat volens qui scit, cum contrario modo virtus sciētia. Erro quacuq; possunt facere, & pati, aut mouere, hæc autē moueri, non vrcunq; possunt, sed quodammodo habentia, sed accedentia ad se inuicem. Quare cum aporpinquens, aliud quidem mouet, aliud autem mouetur, & cum adsint, ita ut sit aliud mobile, aliud motiuum. Si igitur non semper mouebatur, constat quod non ita habebant, ut possent aliud moueri, aliud mouere, sed oportebat mutari alterum illorum: necesse est enim in his que sunt ad aliquid hoc accidere, ut si cum non esset duplum, nūc duplum mutari, an si non vtrūq; alterum: erit ergo aliqua prior mutatio prima. Preter hæc autem prius & posterius quomodo erit, si tempus non est, aut tempus, si non est motus. si autē tempus motus numerus, aut motus quidam: siquidem tempus est semper, necesse est & motum perpetuum esse, atvero de tempore præter vnum consentientes videntur omnes. Ingenitum enim esse dicunt, & ob id Democritus ostendit, impossibile esse omnia esse facta, tempus enim ingentum esse: Plato autem solus ipsum facit, simul enim illud cum cælo factum dicit, cælum autem factum esse. Si igitur impossibile est & esse & intelligere tempus sine nunc, nunc autem est medium quoddam, & principium & finem habens simul, sed prin-

cipium quidem futuri temporis, finem autem præteriti, necesse est semper esse tempus. vltimum enim finiri accepti temporis in aliquo nunc erit. nihil enim est accipere in tempore præter nunc, quare nunc quandoquidem est principium, & finis, necesse est ipsius ex vtriusque esse tempus: verum si tempus necesse est & motum esse, siquidem tempus passio est motus. Eadem autem est ratio, & de hoc, motum esse incorruptibilem. Nam quemadmodum in generatione motus accidebat priorem esse aliquam mutationem prima, ita hic posteriorem vltima. non enim simul desinit motum & mobile esse, aut vrendum & vribile (contingit enim vribile esse quod non vritur) neque motiuum & mouens, & quod corruptibile oportebit corruptum esse, cum corrumpitur, & quod huius corruptiuum rursus posterius: etenim corruptio mutatio quædam est. Si igitur hæc impossibilia, constat esse perpetuum motum, sed non aliquando quidem erat, aliquando autem non: etenim ita dicere videtur figmentum quoddam magis: eodem autem modo & dicere, esse quidem natura ita comparatum, & oportet existimare hoc esse principium. quod videtur Empedocles dicere, vincere & mouere per partes amicitiā & htem inesse rebus necessario, quiescere autem in eo quod interest tempore. forè autem & hi qui vnum principium faciunt, ut & Anaxagoras, sic vtrūq; dicunt.

dixerint. Verum nihil inordinatum eorum que natura, & secundum naturam: natura enim causa omnibus ordinis, infinitum autem ad infinitum nullam rationem habet, ordo autem omnis ratio: infinitum autem tempus quiescere, deinde motum esse aliquando: huius autem nullam esse differentiam, quod nunc magis quam prius, neque rursum ordinem aliquem habere, non iam natura opus. Aut enim simpliciter habere oportet id quod natura, & non aliquando quidem ita, aliquando autem aliter (ut ignis sursum natura fertur, & non aliquando quidem, aliquando autem non) aut rationem habere quod non simpliciter. Quapropter melius est, ut Empedocles, atque si quis alius dixit, ita habere, per partes totum quiescere, & moveri rursum, ordinem enim iam aliquem habere quod huiusmodi. Sed etiam hoc oportet dicentem non affirmare solum, sed etiam causam ipsius dicere, & non ponere solum, neque censere dogma irrationale: sed aut inductionem aut demonstrationem asserere. Nam que posita sunt, non sunt causa, neque hoc erat amicitia esse, aut licet, sed illius quidem congregare, huius autem segregare. Si vero insuper definiatur in parte, dicendum in quibus, ita quemadmodum quod est aliquid quod congregat homines amicitia, & fugiunt inimici inuicem, hoc enim ponitur & universo esse: videtur enim in quibusdam ita. hoc autem & per equalia tempora indiget ratione qua

dam: omnino enim putare principium esse hoc sufficiens, quod semper aut est ita, aut dignitur, non recte habet accipere: in quod Democritus refert causas de natura, quod ita etiam prius fiebat, ipsius autem semper non vult principium quaerere, dicens in quibusdam recte, quod autem in omnibus non recte, etenim triangulus habet duobus rectis semper aequales angulos. Sed est quadam aeternitatis huius altera causa, principiorum autem non est altera causa, cum perpetua sint. Quod quidem igitur nullum tempus erat, neque erit, cum motus aut non erat, aut non erit, dicta sint tot.

Hic est vltimus totius doctrinae de motu liber, & ut par est, omnium praestantissimam contemplationem continens, adeo ut maxima ex parte pertineat ad primam Philosophiam. Neque verò proinde putandum est Aristoteli, praeter chorum saltare, aut vltra institutum disputationem producere. Nam vinculum illud & societas quod inter scientias omnes nedum inter eiusdem scientiae partes est, facit ut communes quaedam contemplationes sint. Disputatur hoc libro an sit motus aeternus, an inceperit, cum antea nullus fuerit, & an sit, & qui sit primus motus, & an sit primum mobile, & primus motor, qualisque hic primus motor sit: estque hic finis totius sermonis de motu felicissimus, utpote qui causam omnium principum attigerit. Hoc primo capite Philoiphorum, qui apud antiquitatem fuerunt praestantissimi, sententias in examen vocans, monstrare contendit totius motus nullum fuisse principium, neque futurum finem, sed esse hanc rerum vniuersitatem, quae semper mutatur per partes, aeternam sine principio & sine fine, & in ea aeternum motum. Proponit ergo quaestionem, dicens, nunquid factus est aliquando motus, cum nunquam fuisse prius, & corrumpitur. Rursus ita ut nihil moueatur, an neque factus est, neque corrumpitur, sed semper erat

Argumentum in istis ostium.

erat, & semper erit, & hoc immortale & æternum, quasi dicatur ineffabile, inest his quæ sunt, hoc est totum rerum vniuersitati, vt vita quadam existens omnibus natura constantibus. Deinde recitat antiquorum sententias, atque ex illis partitione colligit, quot modis fieri possit, vt non fuerit semper motus. In primis (incipit ab vniuersali assertionem) motum esse omnes (inquit) affirmant, qui de natura aliquid dicunt, hoc est, qui naturales Philosophi censeri debent (eos enim qui tollunt motum ne naturales quidem esse libet dixerat) quandoquidem disputant de cosmopia, hoc est, de mundi fabrica, & omnino de generatione & corruptione, quæ quidem non possunt esse sine motu. Ponunt itaque omnes naturales motum esse, cæterum semper æternumque esse non omnes: sed qui infinitos mundos esse dicunt (hæc fuit sententia Democriti & Leucippi) & semper oriri quosdam, & quosdam interire, semper dicunt esse motum. Nam necesse est generationes & corruptiones illorum cum motu esse. Ponebant verò illi Philosophi esse infinitos numero simul, nullos illorum æternos, sed alios nascentes, alios intereuntes: ita vt semper alii nascerentur, alii intereant. Quicumque autem aut vnum, aut multos, sed non semper, de motu supponunt secundum rationem, hoc est, sentiunt de motu quod consequens est, scilicet non semper esse motum. Vt et Anaxagoras ponebat vnum esse mundum huncque factum, res omnes simplices siue omnes simul infinito tempore quiescentes intellectu aliquando separante: & Empedocles dicebat mundum & motum alternis vicibus esse & non esse: nunc enim multa ex vno lite separante, nunc vnum ex multis amicitia congregante, nunc omnia quiescentes, rursumque fieri res, atque ita esse vicissitudines infinitas. Ex vtraque harum sententiarum fit motum non semper esse, sed aliquando nihil moueri, atque ita videntur hi duo modum tantum esse, quibus affirmare quis possit motum non semper esse. Proinde Aristoteles de his inquit considerandum, videndumque, an probabiles sint, nam his rebus utriusque videtur constare motum æternum esse. Ante Aristotelem, si vt ipse dicit omnes naturales disputabat de xos motu, nulli censuerant vnicum fuisse eumque æternum mundum, proinde hæc sententia non recitat modis quosdam enim cum coepit

recitare sententias eorum qui de cosmopia disputauerant, quare decipiuntur enarratores qui censent, vbi dicitur, quicumque autem vnum aut non semper intelligi qui vnum æternum, aut vnum non æternum: sed quid hæc significant iam diximus. Sententiam quam de vicissitudinibus, quibus motus sit & non sit, & nunc sint multa rerumque vniuersitas, nunc vnum chaos, esse quam Aristoteles impurat Empedocles, ex ipsa partitione, qua vtitur intelligimus. An verè tamen fuerit Empedocles sententia, & an verba illa quæ recitat ex Empedocle possint in aliam sententiam explicari nihil curo: habet hoc vtrumque. Nam cum perierint Empedocles opera, fuerit inanis labor: nos disputatiorem Aristotelem persequamur. Considerandum (inquit) de his quomodo habeant, hoc est, an motus semper fuerit, an non, an dicatur de sententia de mundi formatione probabiles sint, an non. Nam veritatem hæc in re agnoscere non ratum (inquit) pertinet ad hanc contemplationem de natura, sed etiam ad eam methodum, siue doctrinam quæ est de primo principio, hoc est de ente, ad metaphysicam scilicet doctrinam. Itaque teste eodem Aristotele multa eorum quæ hic liber continet ad metaphysicam spectant, quare ferendum erit vt nonnulla metaphysicè explicentur, modò explicentur verè. Nam Aristoteles aperte insinuat se propterea ad metaphysicam speculationem, et si hanc orditi velint à physicis. Nam quid aliud est illud, incipiamus autem primum ex his quæ nobis definita sunt prius in physicis: iam hinc incipit argumentari, non fuisse motum aliquem ante quem non fuerit alius, quod quidem dicit contra primam sententiam, dicentium non semper esse motum, sed esse mundum vnicum qui aliquando inceperit, ita vt fuerit aliquis motus, ante quem nullus fuerit omnino. Argumentum primum est huiusmodi, Monstratum est antea motum esse actum mobilis, quatenus est mobile, ergo vt motus, quicumque is sit, fieri possit, necesse est esse quod eo motu moueri aptum sit. Augens vim argumenti addit, neque solum ex definitione motus hoc constat, sed quibus etiam fatebitur, necesse esse id quod mouetur quocumque motu esse quod eo motu moueri possit, vt quæ alterantur alterabilia, & quæ feruntur loco mobilia: quare oportet, vt prius sit vrbile quam vratur, & cautum, siue vstium, quam vratur, atque omni-

no mobilia quàm moueantur, & motiua quàm moueant: ergo & antecum motum quem primum esse accepit fuerit mobilia, & quæ mouere possent. Aut ergo ea erant æterna, quæquam nunquã mora fuerat, vel mouerant, aut fuerant facta. Si facti fuerat quodcũq; illorũ, ergo iam ante acceptũ motũ fuerat alia mutatio prior, quæ factum fuerat quodcunq; mobiliũ: quare iam nõ erat ille primus. Si uero dicas illa fuisse quidem semper, sed nunquam ante mouisse, aut mota esse, per se quidem vel iis qui non didicerunt ex præceptoribus videtur absurdum, atque multo magis iis qui ueltra progressi sunt necesse est ita uideri. Nã si cùm essent quædam mobilia, quædam motiua ab æterno, tamen aliquando incipit aliquid antequam quicquam aliud moueri, & aliud mouere, & aliquando antea, neque erat quod moueret, neque quod moueretur, necesse est fuisse aliquã causam, quæ impeditet. Nã quies est priuatio motus, motus uero ad quietem est ut forma, in formam omnia feruntur naturaliter, in priuationem tenetur impedita: ergo motiua & mobilia non poterant in quiete contineri, nisi impediter causa aliqua, quam oportuit sublatam esse prius: ergo ante illam primam mutationem fuerit iam alia prior. Addit aliud argumentum quo cõfirmet, positis illis mobilibus, & motiuis necessario fuisse ante quancunq; aliam mutationem. Nam (inquit) cùm quædam sint quæ mouent vno modo, ut ignis calcificat terram: quædam quæ contrariis modis mouere nata sunt, uelut eadem ars est contrariorum operum, Dialecticus enim eadem arte utitur syllogismo ad probandum & paralogismo ad decipiendum: videtur etiam in ægentibus naturalibus esse aliquid simile ei quod in scientia, nimirũ ut idẽ homo bene uens arte probat, male uens arte decipit, sciens quidẽ peccat, si artis esse satis peritus, facitque contraria eadem Dialectica nunc docens, nunc decipiens: ita frigidum quidem refrigerat per se, calcificat tamen per accidens, aut quia conuersum ad materiam densat calidum, aut recedens, recedente enim frigore res incallescunt. Igitur (hec debent suppleri ne præter rem uideatur Aristot. loquutus) non posuerunt calida cum frigidis esse quiescentia, nam aut frigidum ad motum refrigeraret, aut si id non posset per antiphrasim uocaram calciferet, vel quia frigidum esset remotum fieret calcificatio, aut

quia non remotum refrigeratio. Si itaque contrariis modis mouere utrunque contrariorum potest, nullatenus uidentur esse potuisse sine motu. Præterea, quæcunq; possunt facere & pati, aut mouere vel moueri, non utcunq; habentia id possunt, sed quodammodo habentia, non enim utcunq; posita, sed accidentia ad sese, atque cùm appropinquant aliud mouet, & aliud mouetur, & cùm ad sint, hoc est, uicina sint, & aliud sic mobile, & aliud motiuũ. Igitur si erant quidem aliud motiuum, & aliud mobile, non erant satis uicina: ergo antequam motus ille quem dicebamus primum succederet, necesse erat ut accederent ad sese, quod fieri non poterat, nisi utrisq; aut altero mutato (satis enim erit alterum mutare, ut si quod non est duplum altero fit duplum, necesse mutari utrunque aut alterum) ergo necesse est esse mutationem priorem prima, repugnat ergo esse primam. Præterea uideatur esse alia ex parte repugnantia, dicunt enim aliquando fuisse motum, cùm prius nullus motus fuerit, sed non poterat esse prius & posterius, si non erat motus, neq; poterat esse tempus, si nõ erat motus, cùm monstratum antea sit, tempus aut esse numerũ motus, aut motum aliquem: igitur si semper tempus est, semper etiam est motus: tempus autem esse semper probat communi omnium Philosophorum consensione: nam omnes præter unum Platonem dicunt ingenitũ esse, ut quædam ut Democritus hoc solo argumento monstrauit, non omnia esse facta, quod tempus factum non sit, solus autẽ Platonem dicit tempus esse factum, simul enim cũ cælo factum dicit, cælum autem factũ esse. Cæterum hoc non posse esse uerum probat Aristot. hoc argumento, non potest esse tempus sine nunc, & nunc monstratum est semper esse initium futuri, & sine præteriti temporis, ergo non potest esse initium aliquid temporis, non enim erit tempus sine nunc, neque sine præterito, non ergo potuit tempus incipere, quare necesse est semper fuisse: sed si tempus, motum etiam necesse est semper fuisse, cùm tempus sit passio motus. His ita demonstratis addit Aristot. eadem ratione probari motum non esse corruptibilem, hoc est, nõ omnino posse tolli motum, nam quemadmodum in generatione motus, hoc est, posito motu primo accidebat esse alium priorem, ita hęc, hoc est, ponẽdo aliquem esse ultimum, accidit aliquem esse

post-

posteriorum. Nam mobile non simul desinit moveri & esse mobile, aut videntur & veribile, sed prius desinit moueri, quam esse mobile, & vti quum esse videntur. Neque si simul desinit esse morum, & moueri, sed prius desinit moueri, igitur si postquam cessauit motus est mobile, sursum inuoluitur, si postquam corruptum corruptibile, rursum corrumpitur, & cum quod corruptum corrumpitur ab aliquo corruptum, necesse erit corruptibile corruptum iam esse, cum corruptum, ut id quod illius erat corruptum, cum igitur corruptio mutatio quodam sit, & postquam corruptio corruptionem sit futura alia, constat non esse vltima mutationem, igitur non potest incipere esse motus, cum nunquam antea fuerit, neque desinere, ut nunquam deinde futurus sit. Deinde accedit Aristoteles ad refutationem alestius sententia, per vicissitudines quasdam nunc esse, nunc non esse morum. Dicit ergo, sed non aliquando quidem erit, aliquando autem non erit. Primum quia videtur hoc esse se figmentum quoddam magis quam demonstratione alia qua confirmata assertio. Nam non est probare, sed dicere ita esse hoc natura comparatum, & oportere existimare hoc esse velut principium quoddam. Velut Empedocles videtur dicere inesse rebus necessitate quasi naturale quiddam, ut partim moueantur incedente lite, aut amicitia, partim quiescant in eo tempore quod inter interitum & ortum interest. Reddit statim obiter ad refutationem sententia Anaxagorae dicens, hoc erit vitium esse in Anaxagorae sententia, quod scilicet non dicit causam qua cum prius res in quiete fuerint aliquando moueri ceperint, sed velut quiddam quod natura inest ponit, atque in hoc grauius errat quam Empedocles, quia imputat naturae quiddam inordinatum, cum tamen natura omnibus rebus sit ordinis causa, sine ordine vero faciat nihil. Nam ponit, infinito tempore quiescere, & finito tempore moueri, in finem ad finem nulla est proportio, & omnis ordo est proportio quaedam, tunc enim dicimus ordine positos homines, cum homo homini succedit, aut tot hominibus tot alij, ut horum ad illos quaedam ratio aut proportio sit, igitur ubi nulla proportio, nullus ordo. Illud ergo quod Anaxagoras ponit non potest naturae esse opus, nam opera naturae quaedam sunt simpliciter, velut ignis simpliciter ferrum sursum & natura, non enim aliquando sur-

sum, aliquando deorsum, se semper sursum: quaedam non sunt simpliciter, sed aliquando, tamen variatione quaedam habent: ergo hoc in parte minus errat (inquit) Empedocles, atque si quis alius dixit, ita habere, per partes, hoc est, vicissim totum quiescere, & moueri, nunciam in huiusmodi assertio ordinem saltem aliquem habet. Ceterum hic, quoque peccauit, quia non satis reddidit causam, sed solum affirmauit quod libuit, id verum in Philosophia non licet, neque ponere dogma irrationale, hoc est, cuius non reddatur ratio. sed eius quod dicitur aut inductionem, aut demonstrationem afferri (opponit inductionem demonstrationi, quasi inductio demonstratio non sit, quia non habet inductio vim ex forma, sed ex materia, estque magis observatio experientiae quam syllogismus) quod Empedocles acceperit, nam quae posita sunt, non sunt causa eorum quae ab illo docentur. Non enim, haec est essentia amicitiae aut litis, ita ut quae congregat sit amicitia, quod segregat inimicitia, neque omne quod congregat est amicitia, neque quod segregat inimicitia, sed amicitia est congregata, & inimicitia segregata, ut & quarundam aliarum causarum. Si vero definiatur in parte, hoc est non simpliciter, sed in quibusdam rebus, velut si dicatur amicitia est quae congregat homines, inimicitia est quae facit homines se mutuo fugere, in ipsa oratione dicendum erit, in quibus rebus ita contingat, tamen hoc non fiet, ut in vniuerso eodem modo contingat, sed ponitur solum sine demonstratione. Nam videtur in quibusdam ita accidere, non autem in omnibus, estque accipere id quod aliquando contingit, quasi contingat semper. Praeterea, illud etiam quod in Empedocles dogmate continebatur, putatur per aequalia tempora vicissim res oriri & interire, & moueri & quiescere, ratione quaedam indiget. Neque enim (dixit rationem quaedam respondendi, quae Democritus videtur, quae etiam videtur posse vti Empedocles) satis sit dicere, ut Democritus, qui omnes causas de natura refert in hoc principium, quod semper ita prius fiebat, ita etiam sit, sicut illius autem semper nollebat causam reddere, sed quod semper est velut principium & necessarium quiddam accipit, nebat, qui quidem in quibusdam recte dicit, in his scilicet quae sunt vera principia, tamen non in omnibus, nam triangulus tres angulos habet, semper aequales duobus, hoc

hoc amentum illi prope generam referri. Eu-
chides multo minus potest illi reddi-
causa propter illud quod dicitur in
re quibus est generatio mundi huius, nam
in hoc quod est completus mundus non habet
rationem de eius temporis generationis reru
a quibus est temporis corruptionis, sed quia
a quibus est accessus & recessus in Zo-
diaco, principiorum autem non est altera
causa, non ergo erat hoc principium, sed
Empedocles posuit dogma irrationabile con-
tradictans caput dicit, Quod quidem igitur
nullum tempus erat, neque enim, quae in-
tus non erat, aut non erit (hoc est nunquam
non fuisse, & nunquam non futurum esse
eorum) dicitur, si ut hoc Arist. toto hoc
capite, neque conuenit nullum initium fuisse
mundi, neque mutationem, quod tamen mi-
hi videtur non minus repugnat, etiam si
uis aliquid nam si finitum aliquo tempore fue-
runt generationes rerum, profecto non sem-
per fuerunt, sed semper fuerunt, in infinito te-
pore fuerunt, quod si hoc est, quibus homi-
num fuit ex infinito maioribus. Foris er-
go qui terre recta initium fuerunt maiores, nulli
si fuerunt infinitum tempus ante me, nam
si omnes fuerunt finito tempore ante me, totu
tempus fuit finitum, si ergo fuit infinitum,
multi meorum maioru fuerunt infinito te-
pore ante me, non tamen omnes mei maio-
res fuerunt infinito tempore ante me, nam
neque pater, neque avus, neque arau⁹, igitur meo-
rum maiorum quidam fuerunt finito tem-
pore, quidam infinito tempore ante me. Rur-
sum, omnes qui fuerunt finito tempore an-
te me, fuerunt numero finiti; nam si infiniti
eum quibus illorum aliquo tempore vixerit
tempus fuerit in finitum, ergo fuerunt finiti &
numero quodam certo omnes qui finito tem-
pore à me distarunt, accipiantur omnes (ac-
cipi enim possunt eum sine finiti) si addatur
vnus sicut infiniti, non aliter non erant acce-
pti omnes, qui erant finiti; ergo si erant acce-
pti omnes, & vno addito, sunt infiniti, non erant
finiti, & erant finiti, repugnat ergo non fuisse
maiores omnes finitos numero, quare
eum nulla singulari generatio fuerit in te-
pore infinita totum mundi a eum fuerit fini-
tium. Neque vero hinc possis conuenire ad
vulgarem illam partitionem infiniti, dicens
non posse accipi omnes qui fuerunt finito te-
pore ante me, quia erant finiti; si reuera
fuerunt infiniti, syncategorematicè quod vo-
cant, nam hac ratio infiniti, quod vocant

syncategorematicè, in his quibus non sunt a-
ctu, vel in futurum non accipiuntur, sed po-
tenter, in hoc autem non accipiuntur, non
potest. Nam ut ratio, non accipiuntur finiti,
aut infiniti, actu verò, accipiuntur omnes ma-
iores mei. Præterea, cum monstratum sit
meorum maiorum numero, fuerunt vero
etiam infiniti) fuisse in infinito tempore
fuerunt ante me, illorum, non sit vocatus
Apollo, sed quidvis aliquid inter Apollinem
& me fuerunt infiniti homines, tamen tunc
ille ab eo tempore primus, & ego vltimus
in eodem serui, ergo fuerunt quidam series
hominum in hunc retroque quantum, & infinita,
hæc autem sunt repugnancia videtur Aristoteli,
non ergo intelligi potest, si accipiuntur
morum, & successio eorum ante fuisse ab
eterno, sed est quod tempore, quid ergo non
argumentis Arist. adeo sunt fallaces, & nullius
momento tradidit falsam assertionem confirmant
non certe, sed est quidam illorum comunita
sua, quædam certe sunt similitudina, quin etiã
monstratio non vim habet. Comunita dico,
quæ adiectum vult quæ sunt præponi pos-
sunt, cuiusmodi dicit illud, quod adiectum Pla-
tonem videtur, ut et Arist. non fuisse aliquid
initium temporis. Nam (inquit) nunquam fuit tem-
pus sine nunc, & ante omne nunc fuit tempus,
ergo ante omne tempus fuit tempus aliud. Eo-
dem argumento fiet, ut nulla res, quæ nunc
quiescat, possit incipere moveri, si quid non
potest esse motus sine aliquid mutato esse,
& ante omne nunc mutari esse est moueri, ut ab
eodè Aristotele lib. sexto dicebatur: igitur
argumentum hoc est commune, indiget quæ
Arist. illius dilutione non minus quam nos,
proinde hoc in finem disputationis depona-
tur, veniamusque ad reliqua. Profecto si reru
ortus, & interitus nunquam aliter agi potuit,
poterit tunc, quam nunc agitur, si inquam ex
materia semper, ac semper motibus quis-
busdam materia dissonanda, semperque à
generante, & corruptente, ortu & inter-
tuiti obnoxii, semper inquam cum conditio-
nibus commutatorum naturalium, luce clara
ritus est nullum potuisse esse reru initium, ne-
que futurum sine, habentibus Arist. argumè-
ta summam demonstrationem: sed si ille de-
monstravit non fuisse primam reru ortu
per materia alterationes, & quas vocat di-
spositiones, & ego nihilominus monstravi
non fuisse infinitos reru ortus, & veru non po-
tuisse repugnare vero, superest res aliquando
facta fuisse à causa aliqua, quæ non indiget

mate

*Fuisse non
di initium
probatum.*

materie dispositionibus, neq; motu, vt faceret. De modo, quo huius mundi opifex cum fecit, quatenus humana ratio inuestigari potest, aliis commemorariis, si is concesserit, scribimus. Ad hunc locum illud vnum retulit probare, fuisse rerum omnium ortum omni naturali ortu diuinitem. Opificem cõstat à nullo factum esse (aliõquin redit infinita generatio) quare neq; factum omnino, sed æternum, quod fuisse semper fuit, & aliquãdo res fecit, quas nunquã antea fecerat, constat illam productionem non fuisse naturalem hoc est, necessariã ab illa natura fluẽtẽ, fluxisset enim prius: nam illa natu. a eadem semper est, materia verò, aut ea non indigebat opifex, aut erat etiam ab æterno simul cõ opifice. Nam si facta fuerat materia aut ex alia, & illa ex alia, reditque æterna generatio, aut ex nihilo. Quod si ex nihilo potuit eam opifex facere, constat neque ea ad rerum productionem ir. diguisse: ergo materia nõ indiguit, aut eam habuit ab æterno (non indiguisse materia alio loco probabimus) si ergo illa productio rerum fuisset naturalis opus, certè facta esset ab æterno, quare cùm quodam tempore fuerit, constat fuisse liberam, & ex voluntate perfectam eiusdem opificis, atque ita constat non debere hoc ad causam necessariam redigi, cùm ex voluntate procedat. Neque verò putandum est opificem proinde mutatum esse, ac voluisse quod antea non velle, atque ita fuisse motum aliquem ante primam rerum productionem. Nam Deus idem, immutabilis vt ab æterno est, ita ab æterno vult cõlum tunc esse factum, cùm est factum. Sed de causã primã immutabilitate postea diceretur. Ergo opifex cùm voluit, hoc cõlum, quod cõspicimus, & quã intra illud continentur corpora, sine omni motu fecit, atq; hic ipse poterit cùm vult eãdem ratione in nihilum redigere: atque vt semel potuit hunc mundum facere, ita potuisset multoties facere, ac rursum substulisse, an fecerit semel, an multoties factus hic mundus sit, multotiesq; sublatus, nullatenus constare potest, siquidem tota causa ad libertatem illius opificis redigebatur, quare de hac re eareus solũ affirmandum, aut censendum ab iuri est, quatenus diuinis oraculis confirmetur, cuiusmodi enim sunt de quibus Plato scripsit, superiores verò his horũ principia Deo nota sunt, atque eis, qui Dei sunt amici, is ergo oraculis quã diuina sint fidẽ habere debet is, qui

bono ingenio sit; atque bene comparatus à natura, eaque putare debet esse diuina, iuxta viros Dei amicos, & innocentissimos, cuiusmodi scimus Prophetas, & Euãgelii ministros fuisse, & Sanctam Ecclesiam deserviatã sint: & signis opificis diuinitatem indiciantibus & omni natura maioribus cõfirmata: ea verò oracula iis, quã de mundi opificio diximus, fidem præstant, præterquam quod euidentibus argumentis videtur esse demonstrata. Sed redeo ad illud argumentum, quod commune esse diximus, si cõlũ factum est, factus est cum eo motus, & tempus, vt Plato dicit. Sed quo pacto potuit tempus, aut motus incipere: nam cõmprimum tempus, & motus est, est nunc & quoddam mutatum esse, & cõmprimum hæc fuit, fuit tempus, & motus, ergo hæc non possunt incipere. Hoc argumento, vt diximus, non solũm videtur fieri: non potuisse esse totius temporis, & totius motus initium, sed etiã nullum singularem motum incipere posse, neque omnino rẽ, quã quiescat, incipere moueri. Verũm hoc argumentum nihil aliud requirit, quã modum, quo motus fieri incipit, de quo ca. i. lib. sexti dicere cœpimus, perfectam autem definitionem in hunc locum distulimus. Omnes ferè dicunt motũ non habere primum instantans, quo sit, sed vltimum, quo nõ sit, atque hanc esse rationẽ, qua incipit: porro nõ habere vltimum, quo sit, sed primum, quo non sit, hancq; esse rationem, qua finitur. itaque incipere cùm de finit non esse, & finiri cùm incipit non esse. Verũm hoc multa expositione indiget: nã non videtur intelligi quo pacto sit quod antea non erat, nisi esset inceptum, incipere verò videtur esse nihil aliud, quã esse cùm nunquam antea fuerit. Verũm hoc non ita est in omnibus: nam res, quã in motu habet essentiam, cùm non possint esse, quin antea fuerint, nõ possunt habere primã partẽ, quæcunque enim est diuisibilis in aliã priorem. Sed etsi quocunque puncto est, fuit, ita men quia non semper fuit æquale tempus, sed quanto minor pars motus accipitur, tanto minus tempus fuit, velud nunc est præterita vna hora motus, & paulò antè erat altera horã pars, & paulò antè tertia, & rursum paulò antè quarta. itaque etsi infinita diuisio fiat, & quocunque puncto est, fuerit, tamen quia semper fuit minus, non sit vt semper fuerit, sed vt inceptum. Cùm verò nõ incipiat per partem primã, quia non est prima)

Quomodo
incipiat motus

ma) fit vt incipit per inſtans aliquid indi-
 uifibile. Cùm verò in inſtanti non poſſit
 eſſe motus, erit inſtans, in quo non fit, & il-
 lud erit vltimum. Nam ſi poſt illud ſunt fu-
 tura alia inſtancia, in quibus nõ fit, quæ nõ
 ſunt idem cum hoc, certè & aliuſ tempus:
 nam inter quæcunq; inſtancia eſt tẽpus. q̃
 ſi futurũ eſt tempus, in quo non fit motus,
 nõdũ motus incipit: incipit ergo per in-
 ſtans vltimum, quo non eſt: ſed illud inſtãſ
 videtur aut ad quietem antecedentem, aut
 ad ſequentem motum pertinere, quare ſi
 res in illo non mouetur, videtur quieteſcere,
 quòd ſi quieteſcit, non poteſt quocunq; tem-
 pore poſt hoc moueri, nam vt motus, ita ne-
 que quieteſcere poſſit in inſtanti. nullum er-
 go videtur poſſe eſſe inſtans vltimum, quo
 motus nõdũ fit. Reſpondent plerique illud
 inſtans non eſſe internum principium mo-
 tus, ſed externum, pertinere quæ ad quieteſ:
 illud tamen immediate (ita dicant) poſt hoc
 moueri, intelligi latiuſculè, vt apud Ariſto-
 repentè. Tamen hoc eſt vulgariſer loqui
 nõdũ enim dicitur quomodo incipiat mo-
 tus, ſed illud vnum dicitur eſſe inſtans pau-
 lò poſt quòd res mouebitur, ſed quo pacto
 moueri incipit aliud eſt. Quare ego non
 ita dico, ſed illud eſſe inſtans, ac proinde in
 illo tem neque moueri, neque quieteſcere, eſ-
 ſeque motus, non partem, cùm ſit indiuiſi-
 bile, ſed extremum indiuiſibile, inter nũ ta-
 mẽ, velut extremitas, ſive ſuperficies ligni,
 internus finis ligni, tamen lignum non eſt.
 Atqui quoniam quieteſ, & motus ſunt con-
 tinua ſecundum tempus, ſit vt extre mũ eo-
 rum ſit vnum, quare illud idem inſtans eſt
 initium indiuiſibile motus, & finis indiuiſi-
 bilis quieteſ, pertinetque idem inſtans ad
 quietem, & ad motũ, in eo verò neq; quieteſ
 eſt, neque motus, ſed quòd cũ que tempus
 poſt hoc accipitur, erit motus, & quòd cũ-
 que ante hoc accipitur ſit, erat quieteſ. Itaq;
 idem inſtans, cùm ego incipio moueri, eſt
 primum, quo nõ quieteſco, & vltimum, quo
 non moueor, pertinetque idem ad quieteſ &
 motũ. Cùm verò mot⁹ ab initio factus eſt,
 ſimul cũ celo factus eſt, ſuitque primũ inſtãſ
 quo cælũ fuit, vltimũ, quo mot⁹ nõs nã illo
 inſtanti cælum fuit, tamen illo non moue-
 batur, quia in inſtanti nõ eſt motus, ſed quia
 ſimul fuit, & cepit moueri, illud fuit indi-
 uiſibile initium motus, pertinetque ad ſolũ
 motum: non enim cælum quieteſcit, antequã
 moueretur, quare quòd Ariſto, accipit ante

omne nunc fuiſſe tempus, non omnino cõ-
 ceſſerim, nam ante primum, quo cælum cõ-
 ſtitit, nullum fuit tempus. Sed de ratione,
 qua motus incipit hætenus, de qua etiã ca.
 5. lib. ſexti dicta ſunt multa. Finiendi motus
 ſimilis etiã ratio eſt: nam vt nõ poteſt eſſe
 prima pars mot⁹ ita neq; vltima, nam om-
 nem in partem eſt motus diuiſione inſini-
 tus, non ergo poteſt eſſe quòd vltimũ ſit,
 nam tempus mouendi non poteſt eſſe vlti-
 mum, quia in inſtanti non eſt motus: ſed id
 inſtans, quo forma motu comparata primũ
 eſt tanta, illud eſt primũ in quo non eſt mo-
 tus, & idem eſt vltimũ, in quo nõ eſt quieſ.
 Sed quoniam eodem inſtanti, quo primum
 forma eſt tanta, eodem eſt tanta facta (non
 enim priũs ſit tanta, & poſt modum eſt tan-
 ta) illud inſtans eſt extremum indiuiſibile
 motus, pertinetque ad motũ. Et quia motui
 huic ſequeſ quieteſ eſt ſecundum tempus
 continua (dico autem ſecundum tempus cõ-
 tinua, quia tempus quieteſcendi, & tempus
 mouendi vnum continuatè eſt) pertinet
 etiã illud inſtans ad quietem, eſtque idem ſi-
 nis motus, & initium quieteſ, ante quòd ſem-
 per fuit mot⁹, ex quo incipit, & poſt quòd
 ſemper erit quieteſ, vſque dum finiatur. Verũ
 quòd lib. 6. de inceptiõne motus dixi-
 mus, idem nunc de deſinitione intelligi oportet,
 videlicet eodẽ modo finiri res, quæ mo-
 tu comparantur, quo ipſum motũ. Nam calor
 & color & huiuſmodi qualitates nõ poſ-
 ſunt eſſe in aliquo tem poris nũc, poſt quòd
 nunquam amplius futurae ſint: nam ſi ſunt,
 non poſſunt eõ venire vt non ſint, niſi per
 motum, motus verò non poteſt niſi in
 quodam tempore fieri, tẽpus verò illud par-
 tibile fuerit in aliud poſteriori, quare nun-
 quam poſſint eſſe illæ qualitates, quin poſ-
 ſtea etiã futurae ſint. At vero eſt non poſ-
 ſit calor habere tẽporis punctum quo vlti-
 mũ ſit, nõ eſt tamen habere punctum quo
 vltimũ ſit tantus. Nam ſi calidum ſecundo
 ordine poteſt incipere frigeſcere, illud pun-
 ctum quo motus frigeſcendi vltimũ non
 erit, erit quo calor vltimũ erit tantus: tunc
 enim erit tantus. Sed cùm nunquã amplius
 futura ſit corpus illud ſine motu, neque
 integrè in termino à quo futura ſunt amplius
 ſit. Sed qua ratione finiatur, incipiatque mo-
 tus, dictum eſt ſatis. porro ſubſtantias quarum
 ortus non motus ſed mutationeſ quæ-
 dam ſunt, incipere ex quodã temporis nũc,
 quo primum ſunt, cùm nunquam antea fue-
 rint

*vulgariter
 ſpauſum.*

*Quo pacto
 finiatur
 motus.*

rint, nõstratum est. 5. cap. lib. 6. Si verò ita est, cum omnis substantia intereunte alia substantia oriatur, constat non posse esse instans vltimum, quo sit res quæ interit, esset enim temporis punctum puncto proximo, sed idem instans esse interitum prioris & ortu posterioris, vnicum nempe illud mutatum esse quo commutatio agitur, quo quidè incipit substantia posterior, quia tunc primu est, desinit prior, quia tunc primam nõ est. Sed de inceptioe & desitione motus, & rerum omnium, tam quæ motu, quam quæ mutatione sunt, satis arbitrator dictum est. Iam occurrere possit aliquis, his quæ de substantiarum corruptione dicta sunt, hoc modo. Monstratum est cap. 4. lib. 1. esse subiectis omnibus certos quosdam fines magnitudinis maximæ & minimæ, pone ergo substantiam extenuatione venire ad interitum, aut accretione, constat illud temporis nunc quo peruenit ad magnitudinem summam aut minimam futurum vltimum, in quo ea substantia sit: videtur ergo illud placitum de maxima & minima mole repugnare cù hoc de modo quo substantia finiri potest. Sed non repugnat, nam vt illo cap. primi libri dicere cepimus, duobus modis possunt habere res terminos crescendi & decrescendi, vel qua habent certam quandam magnitudinem, qua nullam maiorem habere possunt, & certam etiam qua nullam possunt habere minorem (hos vocant terminos internos) vel quia etsi hos fines ita certos nõ habeant, tamen est quod non possit res magnitudinis & exiguitatis peruenire (vocat hos terminos externos) neque verò hoc nõ est longè diuersum, velur enim nõ est idem esse in vltimo puncto quo res sit, & in primo quo non sit, ita neque esse minima quantitate qua esse possit, & quadam exiguitate iam non posse esse. vt ergo res nõ potest habere temporis punctu quo sit, & post quod non sit futura, ita neque magnitudinè, qua nullam maiorem aut minorem habere possit, sed est quædam exiguitas qua nõ potest esse, cum tamen quacumque maiori quantitate esse possit, ea verò est quæ habet res ea quæ extenuatione ex hac genita est in primo mutato esset, nam ea exiguitate non poterat res prior esse, si quidè extenuatione pertinet quacumque autè maiori mole esse poterat, si quidè hoc est primu instans, quo posterior forma est. At vero cù hæc magnitudine non potest esse alia magnitudo, quæ sit minima

quam res habere potest, nõ esset proxima dictæ exiguitati, aut non esset minima, proximum verò nõ potest esse magnitudinis punctum puncto, magis quam tēporis, quia omnis magnitudinis diuisio est infinita, neque ex punctis constare potest: habet ergo res quæuis terminum exiguitatis vocatu exter num, internu verò habere hand quaquam potest, hocq; intellige siue eide re in interitum, siue eante in generatione: nõ si res sit aliqua earu quæ per partes generatur, vt ex ligno aut stupa ignis, monstratu est ab Arist. 6. c. lib. 6. non posse esse partè minimam, quæ generetur. Si verò sit eterogenearu & quaru est primu mutatu esse, ne tuc quidè habere magnitudinè minimam qua esse possit hæc est monstratio. Pone hanc corruptip extenuationem, profecto res quæ ex ea fiet in puncto tēporis quo primu sit, habebit primam magnitudinè, qua res prior esse nõ poterat, quæ quidè priori erit minor, aut ergo duæ illæ magnitudines erunt proxime, quod cõtinui rationi repugnat, aut erit inter eas alia infinita magnitudines maiores minori, & minores maiori, quibus quidè magnitudinibus res prior esse poterat, aliõqui nõ esset minor illa magnitudo prima, qua res quæ accepit carere poterat: terminus ergo exiguitatis exter: us est. Magnitudinis etiam & finis crescendi est eadè ratio, & eadè monstratio. Nam ponens rem per accretionè nãmã interite, intelliges eam magnitudinè, quæ habebit res, quæ posterioris generabitur in puncto temporis quo primu erit, esse primam quæ nõ potest habere res quæ ponebatur. Quid si illu extenuu magnitudinis terminum habet, nõ posse habere terminu si nemq; internu ex diuisione infinita magnitudinis, est ita dicta monstratio. Sed de ratione qua incipiunt & finiunt tam quæ fluunt cù motu, quam quæ nõ, & de terminis magnitudinis & exiguitatis dicta arbitrator mihi iam sunt omnia.

CAP. SECVNDVM.

¶ *Contraria autem his non est difficile soluere, videbitur autem ex his considerantibus, posse maxime motu esse, aliquando non existenti omnino. Primum igitur quia nulla mutatio est per*

perua, mutatio enim omnis nata est fieri ex quodam in quiddam: quare necesse est omnis mutationis finem esse contraria, in quibus fit, in infinitum autem moueri nihil. Præterea, videmus moueri posse quod nequaquam moueretur, neque habet in se vllum motum, velut in inanimatis quorum neque pars vlla, neque totum mouetur, sed quiescit, mouetur aliquando: oportebat autem aut semper moueri, aut nūquam, siquidem non fit, cum non est. Multo autem magis hoc in viuentibus esse perspicuum, nullo enim in nobis existente motu aliquando, sed quiescentes, mouemur aliquando, & fit in nobis principium motus ex nobis ipsis aliquando, etsi nihil externum moueat: hoc enim in inanimatis non similiter videmus, sed semper aliquid aliud extrinsecum ipsa mouet: animale enim ipsum seipsum, sicut dicimus mouere: quare quandoquidem quiescit aliquando omnino in careat motu generari possit motus ex seipso, & nō exterius. Si autem hoc in animali fieri potest, quid prohibet hoc idem in vniuerso fieri? si enim in paruo mundo fit, & in magno, atque si in mundo, & in infinito, siquidem contingit moueri infinitum, & quiescere totum.

¶ Cū Arist. probauerit superiori cap. nullum fuisse motum, quem nō præcesserit motus alius, ac proinde semper fuisse motum, modo responderet argumentis contrariæ assertionis. Responderet autē nō omnibus (nō enim nōstis) sed tribus. primum est, nullū motum posse esse infinitum, cū omnis sit à quodam in quiddam, ac proinde finem habeat in his contrariis, à quibus in qua fit, vt

capite vltimo libri sexti dicebatur. Quoniam ergo nullus motus potest esse infinitus, neque motum simpliciter posse esse infinitū, quare neque æternum, sed incepisse. Est secundum argumentum, corpori inanimata nō unquam omnino quiescentia incipiunt moueri, vt lapis, qui quiescens pendebat erecto, repente ruit, igitur potest esse motus, qui nulli alteri succedens fieri incipiat, eadē ergo ratione potest esse omnium primus, vt nullus antea fuerit. Cæterum quia videtur posse hic responderi inanimata corpora semper moueri ab externo, & necessariō antecessisse motum, aut tollentis id quod prohibebat, aut impellentis, aut quidpiam aliud agentis. Addit tertium argumentum obiciens inanimatis etiam, quæ mouentur ex se contingere, vt cū omnino quiescerent moueri incipiant. Si ergo in vno quodam anima. nō est esse motus, nulli alteri succedens, cui nō in vniuerso aut si in homine, quem Philosophi omnes ob multiplices virtutes, & membrorum varietatē, & virorumque summum ordinem totius mundi ordini similitimum, paruum mundū appellauerunt, potest accidere, cur nō & in magno mundo? si ergo contingit in homine, & in mundo contingit, quod fit in mundo, & in infinito eadē ratione (ponebant enim veteres quidam infinitū illud chaos) si infinitum moueri, & quiescere possit.

¶ Horum igitur primum, quod dictū est, videlicet non esse eundem semper, & vnum numero motum eum qui in contraria, recte dicitur: hoc enim fortasse est necessarium, siquidem potest non semper motus & idē numero esse eiusdem, & vnus motus. Dico autem vt nunquid vnus chorda vnus & idē sonus, aut semper alius similiter habentis, & mota. Cæterum vtrūque habeat, nihil prohibet vnum, & eundem esse aliquem, eo quod continuus, & perpetuus sit. Constabit autē magis ex his, quæ sequuntur: moueri autem quod non mouetur, nihil absurdum:

dum: si aliquando quidem sit, quæ dexterius mouet, aliquando autem non, hoc tamen quo modo sit, quærendum est. Dico autem, ut idem ab eodem, quod motiuum est, nunc quidem moueri, nunc autem non. Nihil enim aliud dubitat qui hoc dicit, quam cur non semper res, alia quiescunt, alia mouentur. Maxime autem videri possit, tertium quiddam habere dubitationem, ut ingenito eo, qui non inerat prius motu, quod euenit in animatis: nam quiescens prius postea vadit, mouente nulla externorum, ut videtur: hoc autem est falsum, videmus enim semper moueri aliquid eorum, quæ congenita sunt in animali: huius autem motus non idem animal est causa, sed forrasse id, quod continet. Ipsum autem dicimus seipsum mouere non omnem motum, sed eum qui secundum locum, nihil ergo prohibet. Magis autem forrasse necessarium, generari in corpore multos motus à continente: horum autem quosdam mentem, aut appetitum mouere, illum autem totum animal mouere, quale accidit per somnos: nam sensibili nullo existente motu, existente autem aliquo excitatur rursus animalia. sed constabunt etiam hæc & ex his quæ dicentur.

Respondet modo dictis argumentis. Posses quidem primum facillimè diluere, negas esse hanc consequationem legitimam, nullus motus fuit semper, ergo non fuit semper motus; non enim est magis, quam hoc, nullus homo fuit semper ab Adamo usque

ad hoc seculum, ergo non fuit semper homo ab Adamo. Cæterum placuit aliter respondere: concedendo nullum motum inter contraria esse infinitum, negat tamen, proinde nullum esse infinitum, quia ut dicitur in sexto libro, potest continuitas esse vnus infinitus. Verum, quod concessit, non esse motum inter contraria infinitum, modo velut dubitans dicit: hoc enim (inquit) fortasse est necessarium. Nam quanquam aliquis dubitare possit, an cum vna integra hora eodem modo pulsatur eadem chorda nunc huc, nunc illic motitata, idem sit motus & sonus, atque ita ex contrariis illis motiunculis fieri possit continuitas vnus perpetuus: tamen (inquit) non hoc est necessarium, sed potest non semper vnus, & idem numero esse eiufdem, & vnus motus, velut in pulsatione chordæ. Hæc non dicit dubitauer, quasi incertus sit sui placiti, sed quasi nondum probatum sit, veniat tamen probandum in his, quæ sequuntur, ex contrariis non fieri vnum motum. proinde addidit, constabit autem magis ex his, quæ sequuntur. Secundæ obiectioni facillimè respondet, ponens inanimata corpora ab aliquo externo moueri semper (quatenus sit hoc verum, & quatenus secus partim diximus libro septimo, partim dicemus cap. quarto huius) nihil absurdum esse, quod non mouetur incipere moueri, si nunc sit id quod exterius mouet, nunc non sit. Ceterum hoc vnū considerandū est, qui fiat, ut cū sit, quod moueri, & quod mouere possit, non semper moueat, sed nunc moueatur res quædā, nunc quiescāt nā nullā aliā dubitationē habet qui dicit oportere, ut res quæcūque aut inoueatur semper, aut quiescāt semper. Hanc autem dubitationē Arist. proximo capite diluēt. Maiorem dubitationē dicit habere quod de animatorum motu dicebatur: nā videtur esse ingenitus motus, qui non inerat, neque quidem videtur ex alio factus, nam qui prius quiescebat hoc modo, postea vadit nullo externorum mouente, ut videtur. Respondet tamen Arist. hoc esse falsum, putā motum animalis fieri nullo externo antecedente: nam videmus semper moueri aliquid in animalibus, eorum quæ congenita sunt, huius autem motus causa non est idem animal, sed fortasse id quod continet. Dicit forrasse, quia non omnes tales motus aguntur à continente, sed quidam

ab interna causâ, etsi illa sit aliena à substantia nostra, velut à bile in venis putrescente cibo in ventriculo incocto, à calculo in renibus. Cùm autem dicimus animal seipsum moueri, non quocunque motu, sed secundum locum intelligimus. nihil ergo prohibet, etsi ex seculo incipiat moueri secundum locum, tamen ab externo moueri prius alio motus genere. Quinimo (inquit) fortassis hoc necessarium est; generari in corpore multos motus à continente. (Hic dixit fortasse, quia dixerat multos motus, & quia à continente, quorum neutrum erat ad id quod docet necessarium: nam satis sit fieri vnum motum, etsi ab interna causa fiat) vt animal moueatur. Nam appetitus mouet animal (hoc libro de motu progressiuo, & libro de Anima docet) appetitus verò excitatur motu corpore ab aliqua causa præter ipsum animal, quæ afficiat sensus, velut per somnos accidit (vltus est exemplo dormientium, quia in his maxime videri poterat nullus motus antecedere) nam excitantur animalia, mouenturque rursum, etsi nullo, qui sentiri possit, motu existente, ramen teuera existente, ac præcedente excitatione aliquo motu, eo saltem, quo soluitur obstructio cerebri. Itaque neque in animalibus potest fieri motus, quem non antecedat motus alius: sed hæc quoque (inquit) constabunt ex his quæ dicentur, scilicet quarto capite huius libri.

¶ CAP. TERTIVM.

¶ Principium autem considerationis erit, quod & diste dubitationis, cur quædam eorum, quæ sunt, aliquando quidem mouentur, aliquando autem quiescunt rursum. Necessè est autem aut omnia quiescere sepe, aut omnia semper moueri, aut alia quidam moueri, alia autem quiescere. Et rursum horum, aut ea quæ mouentur, moueri semper, quiescètia autem quiescere, aut omnia nata esse similiter moueri, & quiescere, aut reliquum præterea certiumque.

Contingit enim eorum quæ sunt, quædam immobilia semper esse, quædam semper moueri, quædam vtroque participare, quod quidam nobis dicendum est: hoc enim habet solutionem omnium eorum quæ dubitationem ingerunt, & finis nobis est huius operis. Hoc sanè, omnia quiescere, & huius querere rationem dimittentes sensum, debilitas quædam mentis est, & de toto quoddam, ac non de parte ambiguitas, neque solum ad Physicū, sed etiam ad omnes scientias, vt ita dixerim, & omnes doctrinas, quæ doquunt omnes virtutis motus. Præterea ea quæ sunt de principiis instantiæ, vt in sermonibus circa mathematica, nihil sunt ad Mathematicum: Eodè autem modo & in alijs, ita neque de eo, quod nunc est dictum ad Physicum: positio enim, naturam principium esse motus. Prope autem & dicere omnia moueri, falsum quidem est, minus autem præter methodum: posita est enim natura in physicis principium, vt motus, ita & quies: similiter autem naturale ipse motus. Et dicunt quidam moueri eorum quæ sunt, non hæc quidem, hæc autem non, sed omnia, & semper, sed latere hoc nostrum sensum, quibus etsi non desinant qualiter motum dicant, an omnes, non est difficile repugnare, neque enim crescere, neque decrescere potest aliquid continenter, sed est aliquid mediū. Est autem eadem ratio & de ruita, quæ conerit, & ex crescentibus quæ lapides diuidunt: non enim si tantam expulit, aut remouit gutta, & dimidium in dimidi-

tempore prius : sed vt tractio navis,
 & gutta tor tantum mouent, pars
 autem illorum in nullo tempore tan-
 rum. Diuiditur ergo id quod auferit
 in multa, tamen nullum illorum mo-
 uerit seorsum, sed simul: constat er-
 go non esse necessarium semper ali-
 quid abire, quia diuiditur decretio in
 infinita, sed totum aliquando abire.
 Eodem autem modo & in alteratio-
 ne quacunq;: non enim si diuidi po-
 rest in infinitum quod alteratur, ob id
 & alteratio, sed confertim fit saepe,
 quemadmodum concretio. Præterea,
 cum ægrotauerit aliquis, necesse est fie-
 ri tempus, in quo sanabitur, & non in
 extremo temporis mutari, necesse est
 autem in sanitatem mutari, & in al-
 iud nihil: quare dicere continenter al-
 terari admodum est in rebus manife-
 stis ambigere: in contrarium enim al-
 teratio, cum lapis neque durior sit, ne-
 que mollior. Secundum rationem au-
 tem mirandum, si latebat lapis deor-
 sum latus, aut manēs super terra, ad-
 huc autem terra, & aliorum quodcū-
 que necessariō manēt in locis proprijs,
 mouentur autem violenter ex his. Si
 quidem igitur quædam illorum sunt
 in proprijs locis, necesse est neque se-
 cundum locum omnia moueri. Neque
 igitur omnia semper moueri, neque
 semper quiescere ex his, & alijs hu-
 iusmodi scire quis possit.

¶ Dicebatur superiori capite videri necesse
 esse quod mouetur moueri semper, et quod
 quiescit quiescere semper, neque posse ali-
 qua nunc quiescere, nunc moueri distulit ta-
 men Arist. in hoc caput hanc disputationē.

Nūc ergo illud venit in disputationem, cur
 quædam eorum quæ sunt, aliquando mouē-
 tur, & rursum aliquando quiescunt. Initiū
 autē huius disputationis est ex alterius dec-
 isione, videlicet quomodo res habeat, an
 semper moueantur, an nunquam, an aliqua
 do alterutrum. Incipit verō Arist. à parti-
 tione, necesse est (inquit) aut omnia sem-
 per quiescere; aut omnia semper moueri,
 aut quædam moueri, quædam quiescere.
 Rursum si quædam mouentur, & quædam
 quiescunt, aut hoc fit his quæ quiescūt sem-
 per quiescentibus, & his quæ mouētur sem-
 per motis, aut omnibus rebus nunc motis,
 nunc quiescētibus, aut reliquum præterea,
 tertiumq; hoc est, quibusdā semper quies-
 cētibus, quibusdā semper motis, quibusdā
 vtunq; vicissim patētibus. Nam cōtingit
 (inquit) hoc est, cōtingere potest ex hac par-
 titioe, eorū, quæ sunt quædam esse semper
 immobilia, quædam semper moueri, quædā
 vtroque participare. Atque hoc vltimū di-
 cit esse quod res habet, proinde dicit, quod
 quidem nobis dicendum est, hoc est, quæ-
 dam esse immobilia, vt Deum, quædam, quæ
 semper moueātur, vt celum, quædam, quæ
 vtroque participant, vt corpora hæc, quæ
 apud nos sunt. Nam hoc (inquit) habet so-
 lutionem omnium eorum quæ dubitatio-
 nem ingerunt, & finis nobis est huius ope-
 ris, nimirum totius operis de motu, & na-
 tura finis erit, cum ed erit peruenit; vt
 prius motor immobilis, & primum mo-
 bile inuestigata sint. Vt igitur hanc asser-
 tionem, quædam semper, quædam nunquā,
 quædam aliquando moueri, colligat ex par-
 titioe, & confirmet, incipit alia partiti-
 onis membra refutare. Primum inquit, hoc
 affirmare, omnia quiescere, & querere
 huius rei rationem, qua videlicet hæc as-
 sertio confirmetur, dimisso sensu, qui no-
 bis aperte indicat quædam moueri, debili-
 tas mentis est, hoc est, stultitia, ac error, &
 ambiguitas, non de quadam parte, sed de
 toto quodam, hoc est, qua omnia philo-
 sophica placita vocantur in dubium sub-
 lato principio, & omnia, quæ sentiuntur,
 possunt eadem ratione in dubium vo-
 cari, ita vt sublata sensus fide nihil scia-
 tur, sed dubitatio omnium rerum sit. Ex-
 plicans magis hanc ambiguitatem esse de
 toto, non de parte, addit, non solum ad
 Physicum pertinere, sed ad omnes sciētias,
 & ad omnes artes, quia omnes videntur motu

in suis placitis, & præceptis. Præterea addit, hoc refutare non pertinere ad Physicam, quia v. instantia de principis, hoc est, argumenta, quæ contra principia fiunt, vel placita, quæ contra principia ponuntur, in Mathematicis non debent à Mathematico refutari, neque ad illum spectant, eodem autè modo & in aliis, hoc est, eodem modo ad nullam aliam scientiam spectat probare principia sua, aut eos, qui negant, refutare, ita ne que de eo, quod nunc est dictum, pertinet ad Physicam disputare: quia positio est & principium in Physicis naturam esse principium motus. qui ergo dicit omnia quiescere, tollit Philosophiæ principium. Deinde accedit ad refutandam aliam sententiam, putà omnia moueri semper. Prope autem (inquit) & dicere omnia moueri falsum quidem est, minus autem præter methodum. hoc est, ferè eisdem argumentis probatur falsum esse omnia moueri, quamquam aliquid quanto minus dissonum est Philosophiæ. Probat in primis eos etiam qui ita dicunt, tollere principia Philosophiæ: nam posita est natura principium non motus solum, sed etiam quies, similiter autem naturalis est motus, vt & quies, ergo qui negant quietem, etsi ponant motum, tollunt naturæ rationem. Sed dicit inquit quidam (hos perhibent fuisse Heracliteos) omnia moueri semper, sed hoc latere nostrum sensum, quia multa videntur quiescere, etsi nulla reuera quiescant, qui non definiunt quo motu dicant moueri omnia semper, an omni, an aliquo, vt omnia simui & ferantur, & alterentur, & crescant, aut decreascent, vel aliquo horum moueantur semper, tamen verumuis dicant, siue (inquam) dicant omnia moueri semper omni motu, siue aliquo motu, non est (inquit) difficile repugnare, quia nullo motu omnia mouentur semper, id quod Aristoteli probat, percurrens omnes motus species, primum accretionem, & decretionem, deinde alterationem, vitio modo latrone. Primum inquit, crescere, aut decrescere continenter, ac citra intermissionem aliquam, & cessationem, nihil posse, quia accretio, aut decretio, non est motus, qui continenter fiat, & continuus sit, sed semper est aliquid medium, quod est dictu per partes fieri accretionem, & decretionem, non motu quodam perpetuo, sed accidentibus, aut recedentibus particulis per quædam in-

terualla: quare nihil semper crescat, aut decrescat, atque ita multo minus omnia semper ita mouebuntur, probat autem accretionem & decretionem motus intermissos esse comparatione quadam. Eadem inquit ratione decrescit quicquid decrescit, qua lapis, qui cadentibus guttis exteritur, aut inter nascentibus quibusdam rebus vt radigibus, & fungis diuiditur. Tamen non semper, & quouis temporis puncto aliquid deciditur ex lapide, ex quo incepit exteri, sed nunc deciditur frustulum, paulò post aliud, deinde aliud rursus. Neque quidem si gutta sæpe cadens vna hora exempli gratia excussit frustulum lapidis, necesse est vt dimidiata hora duplo minus excusserit, sed vt rota nauis trahitur à centum hominibus, tamen à nullo illorum seorsum moueri aliquo tempore possit, ita à multis guttis, quæ vna hora ceciderint, frustulum illud excussum sit, tamen à nulla priorum guttarum excussum sit aliquid: ergo id quod aufert diuiditur in multa, vt gutte in multas guttas, tamen nullum illorum moueri seorsum, sed simul aliquando, & per quædam interualla: igitur quamquam decretio diuidatur in infinita secundum partem, quæ detrahitur, quia ea est pars continui, tamen non necesse est semper, hoc est, continenter toto tempore, quo res decrescit, aliquid abire, sed totum aliquando, hoc est, aliquibus temporis momentis abire confertim particulas aliquas totas, quibusdam interuallis nihil abire, vt exemplo lapidum, qui exteruntur, indicatum est. Deinde transfert disputationem ad alterationem, probatque non posse res semper citra intermissionem alterari. Primum, non est necesse vt si res aliqua alterascit, succelsiue secundum partes alteretur, sed potest confertim quarundam partium alteratio fieri, velut aqua potest concrescere, non quidem perpetua quadam successione secundum partes vt semper ante quancunq; partem alteretur quæcunq; minor, sed secundum partes quasdam certæ magnitudinis potest quibusdam temporis momentis concrescere, vt si quatuor horis tota aqua concrescat, singulis horis singulis partibus aquæ, dñ sonat horologium, confertim concrescenti bus. Si ergo ita fieri potest omnis alteratio, constat nulla alteratione esse necessariam, rem quæpiam semper moueri. Addit aliud argumentum, cum homo sanatur quo-

idam tempore sanatur, non quidem ita, vt in extremo illius temporis, quo sanatus esse dicitur, tota proveniat salus, antea autem nulla, sed successiva quadam alteratione secundum tempus, tamen qui sanatur, moveri debet in sanitatem, & nihil aliud: cum primum ergo sanitatem erit adeptus, ab eo motu cessabit, ita autem accidet in alio quocunque motu, nulla ergo alteratio potest esse perpetua. Igitur (collegit) dicere res omnes continenter, & citra omnem intermissionem alterari, admodum est in rebus manifestis ambigere: nam contrarium (inquit) experimur in lapidibus multis, quos videmus neque duriores, neque molliores esse factos multo tempore. Venit deinde Aristot. ad rationem, quam dicit multo clarius agnosci non esse in rebus omnibus semper, mirum enim, inquit, si latebat illius sententiæ assertores, lapis deorsum latus, & hic idem rursus super terra quiescens. Atque ad huc, inquit, multo magis ipsa terra & aliorum elementorum quodcunque necessaria quiescit, cum sunt in locis propriis, moventur autem violenter, cum ex illis feruntur, quia amant propria loca. Igitur si quedam illorum sunt in propriis locis, vt videtur, quedam illorum quiescunt: non ergo omnia moventur. Concludit hanc partem disputationis dicens, neque igitur omnia semper moveri, neque semper quiescere, ex his, & aliis huiusmodi scire quis possit. Ceterum duo veniunt hoc loco perpendenda, antequam ad reliqua gradus fiat. Primum, cum Arist. dicat, minus præter methodum esse, affirmare omnia moveri, quam omnia quiescere. Deinde, an verè dicat nullam accretionem, aut decrectionem esse continuam mutationem. Dicunt quidam, quia sunt corpora quæ semper moueantur, cælestia scilicet, tamen nullum est, quod semper quiescat, minus præter methodum esse affirmare omnia moveri, quam omnia quiescere. Alii dicunt, quia apertius sentitur motus, vt pote actio quedam, & commutatio, quam quies, quæ illas priuatiuè est, magis absurdum esse tollere motum, quam quietem. Esse quidem corpus aliquod quod moueatur semper, quam minimum puto facere, vt hæc assertio, omnia moventur, minus falsa, aut absurda sit, siquidem ad vniuersalis assertionis confirmationem quam minimum facit singularis as-

sertio. Ceterum quod alii dicebant mihi videtur verissimum, nihil enim aliud, quam tum intelligo, Aristot. insinuauit, quam minus improbabile esse omnia moveri, quam omnia quiescere. quod quidem vsque adeo verum esse videtur mihi, vt etiam putè esse probabile omnia moveri semper, et si videatur quedam non rarè quiescere, velut etiã ante me censuerunt inter neotericos Augustinus Nimphus, & alii quidam, quibus antiquum Heracliteorū hoc placuit dogma, de quo mihi animus est seorsum scribere. Proinde hic tantum dicam, quod possit indicare minus improbabile esse omnia moveri, quam omnia quiescere, hoc enim Aristot. ipse affirmat. Primum multo magis repugnat sensui, qui omnia affirmat moveri: non enim in cognitione quietis ad eundem sensum est, ac in cognitione motus, nã si quidpiã videtur moveri, profectò motus aliquid est, aut in re quæ moveri videtur, aut in aliquo eorum quæ circa eã sunt, aut intra eã ipsum, cui ita videtur: nã his omnibus quiescētibus nulla causa esse potest, quæ ita videatur, tamè potest fieri vt rebus omnibus motus, quedam videatur quiescere, nã horologii gnomō, & astra omnia videntur sensui quiescere, videnturque ita, et si rerū aliarū nulla quiescerent, qui videtur quiescere, gnomon, quia mouetur lætè, astra quia locè absumt à nobis: ergo et si res videatur quiescere, non proinde cogemur cōcedere res eas quiescere, sed aut longius à nobis abesse, aut non moveri celeriter. Vnde rursus cōstat argumēta, quib⁹ Aristot. hæc assertionē refutat, debilia esse: nã non solum possumus dicere omnia moveri vno aliquo certo motu, aut omnibus, quod solum refutat Aristot. sed etiã omnia moveri motu aliquo, et si nullo moueatur quicquã semper, quod quidè Aristot. non refutat, atque fortasse non est falsum. Nã quiduis aut fertur in locum aliquem, aut quiescens alteratur à vicinis. Nam eorum quæ sunt quatuor elementis, calido, inquam, frigido, humido, & sicco, constantia sunt, quibus est natū agere in aliud quiduis: quare res omnes mutant sese commutant, quia vt Plato dicit, quiduis contendit aliud quiduis in suam naturam trahere: atque cum omnia aut in suo loco sunt, aut extrã, & quæ extrã sunt pellant impedierint corpora, pellere verò non possunt nisi moueantur, & quæ in suo loco sunt pellantur ab his quæ sunt extrã, fortasse videri possit, plus aut minus moveri omnia. Ceterū hoc loco vnū illud

institurum est docere, minus improbable esse omnia moueri, quam omnia quiescere, an etiam sit probabile, an etiam verum, dicitur alibi. Neque verò ii, qui affirmant omnia moueri, cogitur hoc loco aperte Aristoteli repugnare, sed interpretatur, eum nihil aliud affirmare, quam non inesse rebus omnibus principium internum, & efficiens, quo semper moueantur, nihilominus inter no aut externo imperu posse omnia moueri semper. sed vno ad reliqua. Affirmat Arist. accretionem non esse continuam mutationem, ceterum non probat nisi leuicilo quodam argumento, quia scilicet detractio particularum de lapide non sit continua cadentibus guttis. Quo argumento constat illud vnum probari, posse esse detractionem non continuam, non tamen non posse fieri continuam. Ego paulo antè monstraui accretionem & detractionem non esse motus per se, sed & mutationes quasdam per accidens, nihilominus constare facile possit eas mutationes esse continuas. Nam Arist. ipse monstrauit capite sexto lib. sexti posse fieri generationem continuam secundum partes magnitudinis: pone ergo ignem serpere per stupè partes continuam generatione, atque constabit, dum ea ignis generatio fit, fieri continuam detractionem stupè, & continuam accessiōnem ignis. Itaque circa accretionem & detractionem non vno modo errauit Arist. sed multis, & quia motum per se esse dixit, & quia continuam mutationem esse posse negauit: est enim mutatio quedam, que continenter, & in recessa fieri potest, quemadmodum & generatio, & ut sanatio, & agrotatio, que mutationes sunt per accidens, tamè continua quada succensione sunt. Itaque hucusque ex tota disputatione colligim⁹, neque oia semper quiescere, neque omnia habere in seipsis principium efficiens perpetui motus.

¶ Sed neque hæc quidem possunt semper quiescere, hæc autem semper moueri, aliquando autem quiescere, & aliquando moueri nihil, dicendum quidem impossibile esse, ut in ductis prius, etiam in his, videmus enim in iisdem fieri dictas mutationes, & præter hæc quia aduersatur manifestis qui aliter-

atur: nam neque accretio, neque violentus erit motus, si non mouebitur præter naturam quod quiescit prius: generationem ergo, & corruptionem auferri hic sermo, ferè autè & ipsum moueri, generari aliquid, & corrupti videtur omnibus. in quod quidem mutatio fit, hoc gignitur, aut in hoc: ex quo autem mutatio fit corruptitur, hoc aut inde: quare manifestum est aliam quidem moueri, aliam autem quiescere aliquando.

¶ Accedit Arist. ad refutandum aliud membrum partitionis, videlicet rerum quasdam quiescere, quasdam moueri, ita tamen, ut quæ mouentur, semper moueantur, quæ quiescunt, quiescant semper, nihilque alternatè moueatur, & quiescat. Hoc ergo (inquit) dicendum impossibile esse, velut in ductis prius fecimus. Primum probat falsum esse experimento ipso, quia videmus in iisdem rebus fieri dictas mutationes, hoc est, easdem res nunc moueri, nunc quiescere. Præterea addit hoc argumētum, qui ita affirmat, aduersatur rebus manifestis, ergo fallit aduersari verò rebus manifestis ita probat, quia nisi mouebitur præter naturam illud idè quod quiescit prius, neque erit accretio, neque violentus motus, hæc tamè manifestum est esse, ratione hui⁹ consequutionis non amplius explicuit Arist. tamè hæc est, qui tollit quietem, aut motum, tollit violentum motum, nam violentus motus est, quo res extrahitur à naturali loco, & quiete, argui qui tollit violentum motum, tollit accretionem, quia ut accretio fiat opus est ut materia accretionis in quasdam partes violentè distrahatur (non enim naturaliter subit) igitur qui negat eandem re moueri posse postquam quiesceat, tollit accretionem, & omnem violentum motum, quæ duo cum manifestum sit accidere rebus, constat eum manifestis aduersari. Quin etiam (addit) qui hæc affirmat, tollit omnem ortum, & interitum: nam omnis ortus fit eum accretione quadam, & omnis interitus eum violentis motibus. Quod si tollit omnem generationem & corruptionem (addit rursum) tenet ipsum motum videtur tollere, quare iam

redigerur in contradictionem: nam motus generatio quædam, & quædam corruptio est, generatio quidem eius in quo, aut in quod motus sit, corruptio, eius ex quo. Ergo manifestum est alia moueri, alia quiescere, idque non semper sed aliquando alterutrum.

¶ Censere autem omnia aliquando quidem quiescere, aliquando autem moueri, hoc iam adiungendum est ad antiquos sermones: faciendum autem rursum initium ab his, quæ modo definita sunt, illud idem quod incepimus prius. Aut enim omnia quiescunt, aut omnia mouentur, aut alia quiescunt, alia mouentur eorum, quæ sunt. At quæ si alia quiescunt, alia mouentur eorum, quæ sunt, necesse est aut omnia aliquando quiescere, aliquando moueri, aut alia eorum semper quiescere, alia semper moueri, alia autem aliquando quiescere, aliquando moueri: non posse autem omnia quiescere dictum est prius, dicamus autem & nunc. Si enim verè hoc ita habet, ut quidam dicunt, esse quod est infinitum, & immobile, sed non videtur quidem secundum sensum, sed mouentur multa eorum, quæ sunt: si rigor sit opinio falsa, aut omnino opinio, atque si motus est, & si phantasia quædam, etsi aliquando quidem ita videtur esse, aliquando autem aliter, phantasia enim ipsa, & opinio motus quidam esse videntur. Sed de hoc considerare, & querere rationem, quorum melius habemus quam ratione indigere, malè iudicare est, quod melius, & quod peius, &

quod scibile, & quod non scibile, & principium, & non principium. Simul autem impossibil. etiam omnia moueri, & hæc quidem semper moueri, alia semper quiescere: nam ad hæc omnia vna fides est satis, videmus enim quædam nunc moueri, nunc quiescere: quare constat pariter impossibile esse & omnia quiescere, & omnia moueri conuenter, atque hoc quædam semper moueri, quædam quiescere semper. Reliquum ergo est considerandum, num omnia sint eiusmodi, ut possint moueri, & quiescere, an quædam ita, quædam autem semper quiescant, quædam semper moueantur: hoc enim demonstrandum est nobis.

¶ Refutat aliud membrum partitionis, atque rursum repetit argumentum à principio, colligitque esse res, quæ alternatè moueantur, & quiescant. Dicere (inquit) res omnes aliquando moueri, & rursum omnes aliquando quiescere, ita ut nunquam accidat eodem tempore alias moueri, alias quiescere, adiungendum est ad antiquos sermones, hoc est, refutandum est cum antiquo sermone, quo dicebatur mundum generari sapere, & corrumpi, nunc omnibus rebus quiescentibus, nunc omnibus motis: hæc autem sententia refutata prius est. Rursum resumit argumentum totius huius capitis. Aut (inquit) omnia quiescunt, aut omnia mouentur, aut alia quiescunt, alia mouentur: atque si alia quiescunt, & alia mouentur, necesse est aut omnia aliquando quiescere, & aliquando moueri, aut quædam semper quiescere, quædam semper moueri, quædam aliquando quiescere, aliquando moueri. Non posse omnia semper quiescere, dictum est prius, sed rursum probat, si ponatur verum esse, quod quidam antiquorum dicebant omnia esse vnum infinitum immobile, constat sensus iudicio non ita videri, videntur enim moueri nul-

ta: ergo est opinio falsa, quod si est opinio falsa, certe est opinio. Atque si motus est, et si phantasia quaedam, hoc est, si motus apparet, est, cum res eadem aliquando videatur moveri, aliquando non videatur, constat ipsum sensum moveri secundum opinionem, & phantasiam, igitur motus alius quis est necessarius, qui ipsa opinio, & phantasia motus quidam est. Sed (inquit) de hoc considerare, & relicto sensu, ratione, siue rationis iudicium querere, quorum melius habemus quam ratione indigere, hoc est, circa quod multo melius nobiscum agitur, quam ut indigeamus ratione, si quidem cognoscimus sensum, male iudicare est quod melius, & quod peius, & quod scibile, & quod non scibile, & principium, & non principium: nam melius agnoscitur res sensu, quam ratione, & sensu experimetur: sunt res scibiles, ratione sola pauca admodum sunt scibilia, atque haec saltem consideratio scibilis non est, & quod sensus iudicat, principium est eorum, quae ratio. Qui vero ita dicit, miratur sensum, freti sola ratione, hoc est, quod Galidicini, nihil est stultius, quam sensum velle ratione corrigere. Addit Arist. simul etiam esse impossibile omnia moveri, & rerum omnium quaedam semper moveri, quaedam semper quiescere: nam horum omnium una est fides, puta ex sensu, quia videmus res multas, easdem nunc moveri, nunc quiescere. Constat ergo (inquit) pariter, hoc est, pari ratione, impossibile esse & omnia quiescere, & omnia moveri continenter, hoc est, sine vicissitudinibus, atque hoc, quaedam semper moveri, quaedam semper quiescere: superest ergo esse res, quae eadem aliquando quiescant, aliquando moveantur. Verum superest considerare an res omnes sint huiusmodi, an sint aliqua res, quae semper quiescant, & aliqua, quae semper moveantur. Itaque prope iam hinc Arist. ad investigandum primum motorem semper quiescentem, & primum mobile quiescentem nunquam.

CAP. QUARTVM.

Mouentium autem, & eorum quae mouentur, alia quidem secundum accidens mouent, & mouentur, alia per se. Secundum accidens quidem quaecunque, quia insunt illis, quae mouent,

aut mouentur, & quae secundum partem. Per se autem quae non quia insunt mouenti, aut moto, neque quia particula aliqua eorum mouet, aut mouentur. Eorum autem quae per se, alia a se, alia ab alio, & alia quidem natura, alia autem vi, & praeter naturam: quod enim ipsum a seipso mouetur, natura mouetur, ut quodcumque animalium, mouetur enim animal ipsum a seipso: quorum autem in ipsis principium motus, haec natura dicimus moueri: quae propter animal totum natura ipsum seipsum mouet. Corpus ergo potest & natura, & praeter naturam moueri: inter se enim quo motu moueri contingat, & ex quo elementis constitutum sit, & eorum quae ab alio mouentur, alia quidem natura mouentur, alia autem praeter naturam: praeter naturam quidem, ut terra deorsum, & ignis sursum, adhuc autem & particulae animalium saepe mouentur praeter naturam ob positiones, & modos motus: & praecipue ab aliquo moueri id quod mouetur in his quae praeter naturam mouentur, est manifestum, quia manifestum est ab alio moueri, postea vero quae praeter naturam. Eorum quae secundum naturam quae eadem a seipsis, ut animalia: non enim est hoc obscurum, an ab aliquo mouentur, sed quo pacto oportet accipere ipsum quod mouet, & quod mouetur: videtur enim quemadmodum in navibus, & in his quae non constant natura, ita & in animalibus esse separabile quod mouet, & quod mouetur, atque ita totum ipsum seipsum mouere. Maxime autem dubitatur reliquum di-

Et vltima diuifionis: eorū enim quę
 ab alio mouentur, alia quidem præter
 naturā ponebamus moueri, alia autē
 reliquum est poni contra, quod natu-
 ra. Hac autem sunt, quę dubitationē
 præbent, à quo mouentur, vt leuia, &
 graua: hæc enim in loca contraria vio-
 lentia feruntur, in propria autem, le-
 uie quidem sursum, graue autem deor-
 sum natura. Quod autem ab aliquo,
 non ita constat, quemadmodum cum
 præter naturam moueatur: hoc enim
 ipsa à seipsis dicere impossibile est, ani-
 male etenim hoc, & animatorū pro-
 prium. Atque sistere quidem possent
 seipsa, dico autem velut si sit ambulan-
 di causa sibi, & non ambulandi: qua-
 re quandoquidem in seipso est igni sur-
 sum ferri, constat in ipso esse & deor-
 sum. Præter rationē autē etiā vno mo-
 tu moueri solū à seipsis, si ipsa se ipsa
 mouent. Præterea, quo pacto cōtinget
 continuum aliquid, & consitū ipsum
 seipsum mouere: quatenus enim vnū,
 & continuum non i actu, eatenus im-
 passibile, sed quatenus separatum est,
 eatenus hoc quidem natura est aptum
 agere, illud verò pati. Neque igitur ho-
 rum vllū ipsum seipsum mouet (cōsita
 enim sunt) neq; aliud aliquid cōtinuū
 sed necesse est diuidi in vnoquoque id
 quod mouet ab eo quod mouetur. vt
 in inanimatis videmus, cum moueat il-
 la aliquid animatorū, sed accidit etiā
 hæc ab aliquo semper moueri: fiet autē
 manifestū diuidentibus causas. Est au-
 tē & in mouētib; accipere quę dicta
 sunt, alia enim ipsorū sunt præter na-

turā motiua, vt vectis r. un natura pō-
 deris aptus mouere, alia autē natura,
 vt quod actu calidū, motiuū calidi po-
 tentiā. Eodē autē modo & in alijs hu-
 iusmodi: & mobile eodē modo, natu-
 ra, quod potentia quale, aut quantū,
 aut vbi, cum habeat principū huius-
 modi in seipso, & non secundū acci-
 dens. Sit enim idē quantū, & quale,
 sed alteri alterū accidit, & non per se
 inest: ignis igitur & terra mouētur ab
 aliquo, violentia quidē cum præter na-
 turā, natura autē cum in suos ipsorū
 actus, quę potentia sunt. Quoniā au-
 tē quod potētia multis modis dicitur,
 hoc est, causa, qua manifestū non est à
 quo hæc mouētur, vt ignis sursum, &
 terra deorsum. Est autē potentia ali-
 ter qui discit sciens, & qui iam habet,
 sed nō cōtēplatur: semper autē cum &
 quod potest agere, & quod pati, similes
 sint, sit actu qd possibile, vt ipsū discēs
 ex eo, quod potētia est, alter à sit potē-
 tia: habēs enim sciētā, nō cōsiderans
 autē, potētia est sciēs modo quodā, sed
 nō vt prius quā disceret. Cum autē ita
 habeat, nisi aliquid prohibeat, opera-
 iur & cōtēplatur, raut erit in contradi-
 ctione, & ignorātia. Eodē autem mo-
 do hæc habent & in phisicis, frigidū
 enim potentia calidū, cū autē mutatuū
 sit iam ignis, vrit autē si nihil phibe-
 at, & impediatur. Eodē modo habet et
 circa graue & leue: leue enim fit ex
 graui, aut ex aqua aër, hoc enim potē-
 tia prius & iam leue, & operabitur
 statim, ac nihil prohibuerit. Actus
 autē leuis alicubi & esse supra: probi-

betur autem cum in contrario loco sit, & hoc eodem modo habet & in quāto, & in quali. Atque hoc queritur, cur mouetur in sua loca leuia, & graua: causa autē, quia innatum est eis, & hoc est leui & graui esse, illo quidem ipso sursum, hoc ipso graui defuero: potentia autem est leue, & graue multis modis quemadmodum dictum est: cum enim sic aqua, quodammodo est leuis, & cum aer est adhuc potētia, potest enim impeditum non sursum esse, sed cum auferatur id, quod impedit, operatur, & semper superius fit. Ita autem & quale in ipsum actu esse mutatur: statim enim cōtemplabitur sciēs, cum non aliquid prohibuerit, & quātum extenditur, nisi quid prohibeat: qui autem amouet id quod substat, & prohibet, est quidem ut mouet, est autem ut non. ut qui solum nam euellit, aut lapidē auferit ab vire in aqua: per accidens enim mouet, ut quae circumuoluitur sphaera, nō à pariete mota est, sed à proiiciente. quod quidem igitur nihil horum ipsum seipsum mouet, manifestum est. Sed motus principium habet, non ipsius mouere, neque ipsius agere, sed ipsius pati. Si autem omnia quae mouentur, aut natura mouentur, aut prater naturam, & violentia, & quae violentia, ac prater naturam omnia ab aliquo, & ab alio. Eorum verò, quae natura rursus, quae à seipsis mouentur, ab aliquo mouentur, & quae non seipsis, ut leuia & graua (aut enim ab eo qui genuit, & fecit leue, aut graue, aut a tollen-

te quae impediunt, & prohibent) omnia quidem quae mouentur, mouentur ab aliquo.

¶ Capit. 7. libri septimi multis argumentis Arist. probare contendit omne quod mouetur moueri ab aliquo, quo loco non nihil abgius sententia capimus recedere, & multa argumēta sophistica, quibus vritur, refutauimus. Sententiā quidem suam eo loco non satis aperuit, sed congestit illa argumenta, quae ex antiquorum scriptis accepta esse coniecto, vt vapore indigna hoc aut hore: modò ad eam disputationem redit, disputatque multo probabilius, quāquam nōdum scio an satis probabiliter, omne quod mouetur ab alio moueri, hoc enim principio inuestigare incipit primam mouendi causam, eamque immobilem. age ergo caput hoc enarremus. Omnia (inquit) quae mouentur, aut mouentur, possunt per se, aut per accidens moueri, aut moueri. Per accidens duobus modis, vel quia inest rei, quae mouetur, aut mouet per se, ut muscus curat, si medicus est muscus, aut muscus sanatur, si aegrotus muscus est: vel quia pars aliqua illius mouet, aut mouetur, velut homo calefcit, cum eius pes calefcit, vel homo apprehendit, cum eius manus. Per se (inquit) mouet, vel mouetur, quod neque quia inest, neque quia pars eius aliqua mouet, aut mouetur. Constat si hīc opus esset definitionibus eorum, quae per se, aut per accidens mouentur, aut mouentur, negligētius definita esse, si quidem vtrunq; ponit in definitione alterius, quo nullū est in definitionibus grauius peccatum. Nam dicitur per accidens mouere quod quia inest ei, quod mouet, constat verò hīc intelligi ei, quod mouet per se, nam aliter si ei quod mouet per se, aut ponitur vox indistincta, & obscurior definitio: & per se dicit quod nō per accidens: definitur ergo hoc piliud, & illud per hoc. Ceterū Arist. hīc nō definit, nō enim horū definitionib⁹ erat opus, quae definita erāt lib. 3. factis, sed repetitionē facit horū ad sequentiē demonstrationē, p̄inde hīc licuit vtrūq; in memoriā reuocare. Itaq; quae mouet, aut mouent, p se, aut per accidens, mouet, aut mouetur. Rursū facit a hā partitionē eorū, quae mouent, misistatīl
lum

lum his quæ mouent. Quæ per se mouentur, aut per se, aut ab alio mouentur, rursum quæ mouentur, aut secundum naturam, aut præter naturam mouentur, quæ à se, omnia mouentur naturaliter, velut animalia cum animalis motu aguntur, prægressientia aut saltantia aut vitæque sua membra mouentia. Nam illa dicimus moueri naturaliter, quæ habent intra sese mouendi principium, animalia autem mouentur ipsa à seipsis: quare cum animalis motu mouentur, mouentur naturaliter. dico animalis motu, quia non semper animal mouetur quare nus animal, sed motu corporis, corpus verò animalis potest naturaliter, & præter naturam moueri, pro ratione motus quo mouetur, & pro ratione elementi, cuius naturam magis abundantiusque habet: velut cum homo ruit ex alto, corpus naturaliter fertur, quia terreum deorsum, cum verò suspensus fune sursum trahitur, trahitur violenter, quia sursum terreum. Itaque quæ à se, omnia naturaliter mouentur, quæ verò ab alio, quædam naturaliter, quædam præter naturam: præter naturam, vt terra sursum, ignis deorsum (nimirum naturaliter, cum in id quod amat sua natura, præter naturam, cum in contrarij: atque etiam animalium particule sæpe mouentur præter naturam ob positiones, & modos motus, hoc est, cum positione aliqua laboriosa collocantur, aut in eam trahuntur, vt cum quis brachia sursum porrigit, vel suspensa tenet. Constat verò ex nuper dictis eos motus, siquidem animales sunt (voco motus animales eos, qui animalibus insunt quatenus animal est, ipsi animalibus quatenus animal est esse naturales: præter naturam autem esse corpori: illud enim obstitit, obstitere autem corpus, & violentos esse: illos motus, constat: nam aliter non inferret tantam defatigationem. His ita explicatis incipit Arist. probare, omne quod mouetur moueri ab aliquo. Vbi considerandum non idem esse moueri ab aliquo, & moueri ab alio: nam moueri ab alio intelligit Arist. ab alio, quod omnino extrinsecum, quæ mouetur, sit ab aliquo autem est, non omnino à se, vt exacte idem, & secundum idem sit mouens, & mouendum: sed ab alio: siue illud aliud extra ipsam re, quæ mouetur, positum sit, siue intra. Ergo (inquit) maximum omnium perspicuum est ab aliquo moueri, ea quæ præter naturam mouentur: nam mouentur ab alio, quare

ab aliquo. Secundo loco post ea quæ mouentur præter naturam, manifestum est ab aliquo moueri, ea quæ mouentur à seipsis, vt animalia. Nam non est obsecrum animalia ab aliquo moueri, quia non mouentur in alio, vt totam à se, ita singule partes à seipsis, sed alia ab aliis: videtur enim in animalibus separabile esse id quod mouet ab eo quod mouetur, velut in navi, & in aliis quibusdam machinantibus, quæ non natura, sed arte constant. Cæterum quod maximam dubitationem infert, est tertium membrum partitionis, ea videlicet, quæ mouentur naturaliter, & non à se, inanimata scilicet cum naturaliter mouentur. Nam eorum, quæ ab alio mouentur, alia quidem præter naturam ponebamus moueri, alia autem reliquum est contra poni, hoc est, natura moueri. Hæc autem sunt, quæ dubitationem maximam inferunt à quo moueantur, vt grauia, & leuia: nam hæc in loca contraria violentia feruntur, in propria autem natura, vt leue sursum, graue deorsum: tamen ab aliquo moueri non ita constat, cum in loca propria feruntur natura, atque cum in contraria violentia: inferuntque proinde is motus hæsitacionem. Nam dicere quidem (inquit) ipsa à se ipsis moueri, impossibile est. hoc est, si quis ita dicat, impossibilia dicit, probat ergo non posse fieri vt grauia & leuia, cum feruntur naturaliter, à seipsis moueantur. Primum, quia hoc animalium est proprium, nihil interesset inter animalia, & non viuencia. Deinde, quia si ipse ignis seipsum sursum ferret, posset ipsemet à ferendo cessare, velut animal, quia est sibi ambulandi causa, potest etiam esse causa non ambulandi: quare si in ipso igne est firum sursum ferri, in eodem erit situm cessare. Quinetiam (ad id) in eodem erit situm descendere, velut animal idem, quod potest sese erigere, potest etiam sese demittere, & versus quaque mouere: quare & grauia & leuia ita facerent, possuntque sese in omnes locorum differentias mouere: præter rationem est ergo hæc à seipsis moueri, & vnicui tantum motu posse mouere sese. Præterea, quatenus aliquid cum alio aliquo continuum est, non tactus, sed continuare vera substantia, eareus est impatiibile: nam actio passioque sunt secundum contactum: grauia ergo & leuia cum sint continuata, non possunt sese mouere, nam semper debet esse aliud quod mouet ab eo quod mouetur, velut aliquod inani.

inanimatorum mouetur ab aliquo anima-
li, & in ipso animali mouentur partes & par-
tibus, quibus alligatae sunt quadam ratio-
ne, non tamen ita, ut sint eadem, & moue-
tur simul: sicut leuia & graui non mouet
terris, sed eorum motus semper ab aliquo
fit. Cum his argumentis (quibus neoterici
addunt quadam alia, quae mox dicentur)
Arist. putet se demonstrasse graui & leuia,
cum naturaliter mouentur, non moueri à
seipsis, tentat statim inuenire, atque expli-
care à quo moueantur, proceditque per cau-
sarum mouentium diuisionem. In ipsis cau-
sis mouentibus accipi possunt dictae differ-
entiae, non aliter ac in rebus quae mouen-
tur, nimirum eorum quae sunt apta moue-
re, quaedam praeter naturam, quaedam natu-
raliter mouent. Praeter naturam, velut cum
res suspensae ex statera trahuntur à vecte,
& æquipondio è vecte appenso, mouet e-
nim vectis ille res eas graues praeter eorum
naturam, naturaliter, ut si quis trahat terram
deorsum, aut ignem sursum, aut denique id
quod aliquando est potentia, faciat actu esse,
velut aer frigidus refrigerat calfactam aquam,
quia actu frigidum est motuum potentia
frigiditatis, hoc est, natura apta mouere est id,
quod est potentia frigidum ab actu frigi-
do, & calidum potentia, à calido actu, & eo-
dem modo in aliis omnibus, secundum quae
motus fieri potest. Atque mobile est aliquid
natura, aut praeter naturam: natura, quod
est potentia tale, & in seipso habet princi-
pium mouendi per se, & non secundum ac-
tidens, ut quod est potentia quale, habetque
principium in se, quo fit actu quale per se,
velut ægrotus per se sanatur, muscus per
accidens sanatur, non enim quia muscus,
sed quia accidit muscum ægrotare: Quod
ergo per se est motuum: eius quod per se
est naturaliter mobile, est motuum natura-
liter, velut medicus per se sanat, quia qua-
renus medicus est aptus sanare sanabilia cor-
pora: eadem ratio est quanti, & ubi nimirum
quaedam sunt per se dilatabilia, quaedam
non: quaedam transferri sive natura apta,
quaedam non, ergo ignis & terra mouen-
tur violentia, cum aguntur extra sua loca,
naturaliter verò, cum in sua loca, quae potes-
tia habent, etiam si extra posita sint. Velut
aqua etiam calfacta est potentia frigida, &
terra etiam cum supra tenetur, est poten-
tia infra. Atque ipsum potentia aliquid esse
multis modis dicitur, nimirum aliquid est

tale, tantum, aut in tali loco potentia remo-
tiori, quaedam non adeo remota, velut qui
desit potestiam habet scientiam, quia potest
habere, is tamen, qui iam est doctus, sed dor-
mit, aut alia ratione non considerat, poten-
tia etiam habet scientiam, est tamen hac po-
tētia minus remota ab actu, quam illa. Hæc
potētia propior iam actui est, cum id quod
est potentia sit actu, statim ac non prohibe-
tur, nimirum qui nondum didicit, non po-
est scire, etsi nihil impediat contemplari,
tamen qui doctus est, necessarium scit, si ni-
hil eleuat contemplationem. Nam aliter
(inquit) erit in contradictione, & ignoran-
tia, hoc est erit sciens, & ignorans, quod cō-
tradictionem continet. Perinde accidit in
rebus physicis, nam frigidum est potentia
vrens, quia potest fieri calidum, & vtereta
men cum factum est calidum, ut lignum, cum
factus est iam ignis, etiam si non vrat est po-
tentia vrens, eaque potentia est iam actu
vicina, quia statim ac erunt sublati impedi-
menta, vret. Eodem modo quod est actu
leue, est potentia graue, potentia est in lo-
co inferno, quia statim ac sublati erunt im-
pedimenta, descēdet: nam actus grauis est
esse infra, actus leuis esse supra: ita etiam ac-
cidit in quanto, & quali. Ita que quod po-
tentia est, dicitur multis modis, quia potest
potentia esse propior actui, aut remotior,
atque hanc dicit Arist. causam esse, quia non
est adeo manifestum, à quo mouentur gra-
uia & leuia naturaliter, atque cum mouen-
tur praeter naturam, nimirum quanto id
quod mouetur remotiori potentia est id,
ad quod mouetur, tanto apertius est à quo
mouetur, quia quanto propior potentia
est, tanto mutatio est magis naturalis, &
quanto remotior, tanto magis praeter natu-
ram. Velut à quo aer fiat aqua, non est ob-
scurum, tamen à quo mouetur, cum facta
iam aqua descēdit, obscurius est. Atque hoc
(inquit Aristor.) quaeritur, cur grauia, &
leuia mouentur: causam autem dicit esse,
quia innatus est eis, & hoc dicit esse ipsum
esse graue, & leue: quandoquidem ipsum
graue & leue per ipsum sursum, & deorsum
definiuntur, atque graue est quod natu-
rum est deorsum ferri, leue quod sursum.
Atque graue & leue est potētia multis mo-
dis, velut dictum est: aqua quodam modo
est potentia leuis, quia potest fieri aer, sed
cum iam est aer, est alia potentia actui pro-
pinqiori, quoniam iacet statim, ac amo-
ta sunt

ta sint impedimenta, feretur in supernum locum: ita quantum potentia est, quod statim ac dimissum sit dilatabitur, & quale quod statim fiet tale, ut scions contemplantur, si nihil impedit, & aqua calida frigesceat. Qui autem (inquit) amouet id quod substat lapidem, aut quod prohibet doctum contempleri, aut aqua frigesceat, mouet quodammodo, non quidem per se, sed per accidens, quia tollit impedimenta, velut si sphaera proiecta circumuoluitur per parietem, per se circumuoluitur à proiciente, à pariete per accidens. Itaque (colligit) nihil horum se ipsum mouet, sed habet in se principium mouendi, non ipse mouere, & agere, sed ipse moueri, hoc est, non actiuum, sed passiuum: quare cum ea, quae praeternaturam mouentur, moueantur ab alio, & quae naturaliter habeant in se principium passiuum, & potentiam, ea mouebuntur à generante, quia dedit illam potentiam, aut ab eo, qui remouet id, quod impedimento est: quare omnia ab aliquo mouebuntur. haec Arist. Est itaque eius uirtus sententia omnia moueri ab alio, ut ab efficiente causa atque hanc causam esse extra rem quae mouetur, praeterquam in animantibus, quae cesset moueri à seipsis, ita tamen ut partes à partibus, & nullae partes à seipsis moueantur. at qui cesset grauitate & leuitate nihil aliud esse quam potentiam passiuam, nullaque uires aliquid agendi esse: vim actiuam, quae huic passiuae respondeat, esse in generante, aut in eo, qui amouet impedimenta. Itaque neque ignem proprie ascendere, neque lapidem descendere, sed utrunque ferri in suum locum à generante, aut tollente impedimenta: tamen utrunque horum indiget disensione, quae huius problematis erit iam tandem ultima. Primum quod de animalibus dicitur, uidetur non posse esse verum, quandoquidem aut procedendo à partibus ultimis motus uersus partes mouentes, perueniunt ad aliquas, quae moueant sese, aut mouebunt sese aliquae partes tantum, ita ut partes A A A A moueant partes B B B B (non enim erit processus in infinitum, cum procedatur per membra, quae sunt partes certae magnitudinis) si erunt partes, quae sine propria instrumenta morus, & moueant sese, cuiusmodi musculi esse dicuntur medici, profecto non omnes partes mouentur ab alio, aut has ipsas partes dicendum est habere tantum principia passiuam, moue-

rique à generante, ut leuia & grauia. Si mutuo sese moueant partes, sicut ut partes moueantur, & quiescant: nam partes, quae mouentur, mouentur, antequam alias moueant, ergo A A A A mouebuntur, antequam B B B B, & haec antequam illae: ergo utralibet antequam ipsamet, quare mouebuntur nondum motae: non igitur ita fit, sed partes, quae primo mouentur, aut mouentur à seipsis, aut à generante, vel remouente impedimenta, ut grauia & leuia. de his ergo disputemus. Dicit moueri à tollente impedimenta, tamen hanc esse causam per accidens merito dicit: cum ergo omnis causa per accidens referatur ad aliquam per se, alia causa est opus, quae per se moueat grauia, & leuia, hanc dicit esse causam generantem. Intelligunt quidam causam peculiarem, quae genuit, velut hunc ignem ferri sursum ab alio igne, à quo genitus est, & me à meo parente praecipitari, cum ex alto decido, quod sane per sese esse absurdum, & ridiculum, in initio ferè huius operis probauimus. Nam qui fieri potest, ut causa, quae multo antè corrupta est, motum modò exciter, si neque quae modò uiget, nisi propè sit, & contactu physico accedat, mouere possit. Velut (dicunt) quod proiectum est à proiciente moueri potest, etiam eo qui proicit mortuo, durante scilicet eo impetu, quem impressit. at uero longè alia res est, nam ubi semel motus à tangente causa excitatus est, durare potest quandiu impetu ille durat, sed utrunque is motus cessauerit eo impetu sedato, opus est alia causa, & alio contactu. Sed neque hoc potuit Arist. intelligere, nam si causa generans reliquit in aëre, aut terra vim aliquam aut impetum, in illo ascensus, in hac descensus effectricem, illa vis erit in leuileuitas, in graui grauitas: non ergo erunt tantum potentiae passiuae, ut ab Aristot. dicitur. Quapropter ergo haud censeo Arist. causam peculiarem generationis intellexisse, sed uenerit talem: nimirum censet uniuersales causas, quae simul cum peculiaribus tribuerunt naturas rebus, cum extra id, quod ea natura amat, posita sunt, illas reducere. Itaque aqua & terram habere nihil aliud, quam potentias passiuas, quibus cum extra sua loca sunt, opera causarum uniuersalium sine peculiaribus aliquo agente reducantur: eadem ratio erit qualis, & quanti. At qui iuxta hanc sententiam, aqua etiam calfacta ab uniuersali-

bus

Gravis
& leuia
aut seipsis
mouentur
dicitur ut
istina.

*Totatur
vulgaris
enarratio.*

bus causis refrigerabitur: quare constat eos, qui cum dicunt grauiam & leuiam moueri à generante vt videantur Aristotelici, dicunt aquam reducere sese ad naturam, aut frigore quod habet actu, aut quod vocant illum quidam virtuale, nõ intelligere Arist. sententiam: nam eadem est ratio, qua aqua frigescit, & qua lapis descendit. an non, inquit Aristot. eadem est ratio de quanto, & quali? Itaque hæc est hæc de re sententia Arist. quam illius enarratores præ inscitia dum volunt tueri mordicus, fecere omnino improbabilem, cum tamen non sit: quãquam censeo multo probabilius, eodẽ modo res recuperare: ea quæ amant secundum naturam, cum his priuata sunt, quò à principio naturã accipere. Vt ergo generationem aquæ, aut terræ non fecit natura opera solum vniuersalium causarum, sed concursu quodam causæ singularis, ita etiam reductionem fieri verisimile est: aliò qui naturales motus agerentur vt actiones per accidens sine singulari causa, ob dispositionem materiae, à solis vniuersalibus. Quare ego non ita censeo, sed quæ mouentur præter naturam ab alio moueri, quæ naturaliter à seipsis concurrentibus etiam vniuersalibus. nimirum ita moueri nihil est aliud, quàm redire ad naturam, quod sua sponte facere res omnes experiuntur. Quis enim vehit de scendens lapidem, aut refrigerat aquã? certe à motis impedimentis per sese redeunt ad naturam, atque sua natura in vnaquaque re est principium agendi, agitque id etiam sine instrumento: instrumentis enim istis tunc solum est opus, cum res aliqua aliam mouendã sunt, res verò extra naturam possunt, sponte, ac sine instrumentis per se redire in naturam: quare grauitas & leuitas nullas virtutes sunt motus, vt plerique putant, sed propensio illa naturalis rerum eundi in sua loca, cum locum accidit esse infimum, grauitas, cum supernum, leuitas, appellatur. Præter dicta facit huic opinioni fidem facilis dilutio argumentorum Arist. Possent (inquit) cessare, & contrario motu moueri, vt animalia. Certè longè aliud est moueri à seipsis, aut moueri in omnem directionem animalium, illud omnium rerum, cum mouentur naturaliter. Cor dilatat sese, ac secum arterias, tamen non potest cessare libere, neque vterque moueri, quia is motus non est liber, vt qui vocatur animalis.

*Dilutio
vulgaris
argumentorum
Arist.*

Addit, quod mouet, tactu quodam mouet, quare aliud est. Quod rem aliam mouet, tactu mouet, sed si aliquid mouere sese dico, omnem motum à tangente fieri non concedam. Sequenti cap. quod huius libri est quintum, alia argumenta addit ipsemet Arist. sententiam haud dubiè horum imbecillitatè. ceterum ea suo loco diluemus, non enim habent difficilem dilutionem: neque quicquam aliud est, quod hæc sententia asserat difficile, aut obscurum, quantum iudicio assequi possum: quare ita statuo, ea solum quæ redeunt ad naturam, & particulas, quæ primò mouentur in animalibus à seipsis moueri, neque tunc sine opera supernarum causarum, à quibus res genitæ sunt, sed illis simul mouentibus. Quo fit, vt nulla omnino res moueatur à se sola, quia quæcunque res moueat, aut moueatur, tangitur virtute causæ alterius superioris vsque ad primam, quod vnum ad eam demonstratorem, qua Aristot. tentat primam causam inuestigare, satis est.

CAP. QUINTVM.

Hoc autè duobus modis, aut enim non per se ipsum mouens, sed per alterum, quod mouet id quod est mouens, aut per se ipsum, atque hoc aut primò post extremum, aut per plura, vt baculus mouet lapidem, & mouetur à manu, quæ mouetur ab homine, hic autem non amplius, quàm ab alio moueatur. Ambo igitur mouere dicimus, & vltimum, & primum eorum quæ mouent, sed præcipuè primum: illud enim mouet vltimum, sed non hoc primum, & sine primo quidem vltimum non mouebit, illud autem sine hoc, vt baculus nõ mouebit nõ mouere homine. Si igitur necesse est omne quod mouetur etiam ab aliquo moueri, et aut ab eo quod mouetur ab alio, aut non, atque si ab alio quidem, quod mouetur, ne-

cessè

*cesse est aliquid esse mouens, quod non
ab alio primum: si autem hoc est pri-
mum, non necesse est esse alterum, im-
possibile enim in infinitum abire quod
mouet, & id quod mouetur ab alio,
ipsum infinitorum enim non est vllum
primum. Si igitur omne quod moue-
tur ab aliquo mouetur, primum autem
mouens mouetur quidem non ab alio
autem, necesse est ipsum à se ipso mo-
ueri.*

¶ Proferat Arist. demonstrare primum mo-
torem esse immobilem, qua in quaestione p-
habilitate suspicantur multi enarratores la-
tentur velle cum reprehendere Platonem,
quod visus sit affirmare primam mouendi
causam, hoc est, animam mundi mouendo
se in sese, hoc est, conuersione quadam in
sefe cœlum, & reliqua mouere. Quamquam
profecto Plato minime dedit motum phy-
sicum animæ mundi, sed sui cognitionem
reflexionem illam appellauit, quam quidē
constat non denegari Deo, quippe quæ nul-
lam mutationem facit. sed hoc habeat vt-
cunque, Platonem suo loco enarrabimus,
nunc Aristot. verba explicemus. Proccedit
paulatim ad eam demonstrationem, quam
parat, in primis probat procedendo ab his
quæ mouentur versus mouētes causas, non
esse eundam in infinitum, sed necessariò
esse consistendum in aliquo, quod non mo-
ueatur ab alio, sed aut à nullo, aut à se ipso.
Deinde vterius promouens argumētum,
monstrat illam primam mouendi causam
non moueri omnino. Dixerat in calce su-
perioris capitis, omnia quæ mouentur mo-
ueri ab aliquo: hoc (inquit modo) duobus
modis fit, nam aut id quod mouet, mouet
non per se ipsum, sed per aliud quod mo-
uet, hoc est, mouens prius aliud, aut per se
ipsum (hoc est, quod vulgares Philologi
dicunt, aut immediatè & per se mouet, aut
mediatè & per aliud) atqui hoc, hoc est,
quod per aliud, aut primum post extremum,
aut per plura. hoc est, aut per vnicum me-
dium, aut per plura: significat enim hæc
periphrasis primum post extremum, vni-
cum medium, quia cum vnicum medium

est, sunt duo motuētia, & in duobus est pri-
mum post extremum. Verum hoc exem-
plis illustratur magis. mouet id quod mo-
uet per plura, vt baculus mouet lapidem,
quia mouetur à manu, quæ mouetur ab ho-
mine, homo autem vt primum mouens, non
enim ab alio mouetur. Duorum aliorum
membrorum videtur omiſſiſſe exempla, ta-
men in hoc continentur omnia: nam ho-
mo mouet manum per se, non enim per
aliud, & baculum per vnicum medium, pu-
tata per manum. Atqui (addit) cum hoc ita
habeat, vt rursus dicimus mouere, & pri-
mum hoc est, illud quod mouet reliqua, &
vltimum, hoc est, illud quod proximum est
rei vltimò motæ: tamen præcipuè dicimus
moueri illud quod est primum, velut dici-
mus baculum mouere lapidem, tamen præ-
cipuè dicimus hominem lapidem mouere.
quia vltimum mouens mouetur à primo
mouente, & mouet, quia ab illo mouetur,
vt baculus mouet lapidem, quia mouetur
ab homine: quare rora causa mouendi re-
fertur præcipuè in hominem, tamen pri-
mum non mouetur ab vltimo, non enim
homo à baculo. quare cessante primo nul-
lum aliorum mouebitur, non tamen con-
trariam baculus non mouebitur cessante
homine, tamen immoto baculo potest ho-
mo moueri. Si igitur necesse est, omne quod
mouetur moueri ab aliquo, vt probatū est
prius, & quod mouetur ab aliquo, moue-
uetur ab eo quod mouetur ab alio, aut ab
eo quod non mouetur ab alio (nam quod
mouetur per se à primo mouente, vt ma-
nus ab homine, non mouetur ab eo quod
mouetur ab alio) Si ab eo quod non moue-
tur ab alio, constat perueniri statim ad pri-
mum aliquod, quod non mouetur ab alio.
Si mouetur ab aliquo quod mouetur ab
alio, necesse est ita quoque perueniri ad al-
quid, quod mouetur primum: si verò hoc
est primum, non erit alterum prius. Quod
verò ita quoque fit necesse perueniri ad al-
quid, quod mouetur primum, probat, quia
impossibile est abire in infinitum id quod
mouet, & mouetur ab alio: nam hoc est mo-
uens non primum, mouentia autem poste-
riora non possunt moueri, nisi moueatur
primum, in infinitis autem non est primum:
est ergo vterunque dicatur primum mouens.
At qui quandoquidem omne quod moue-
tur mouetur ab alio, si dicas primum mo-
uens moueri, quandoquidem non moue-

ur ab alio mouebitur certè à seipso: hactenus enim hoc vnum voluit monstrare, nō vt hic consistat, sed vt procedat.

¶ *Adhuc autē & hoc modo est hanc rationem aggredi, omne enim quod mouet, & aliquid mouet, & aliquo. Aut enim seipso mouet id quod mouet, aut alio, vt homo ipse, aut baculo, & ventus euertit, aut ipsemet, aut is, lap quem impulit: impossibile est autē mouere sine eo, quod seipso mouet, id quod mouet: sed si quidem ipsum seipso mouet, non necesse est aliud esse, quo mouet. Cum autem sit aliud id quo mouet, est aliquid quod mouebit non aliquo, sed seipso, aut in infinitum ibit. Si igitur aliquid quod mouetur mouet, necesse est stare, & non in infinitum ire: si enim baculus mouet, quia mouetur à manu, manus mouet baculum, si autem & hanc aliud mouet, & hanc aliud aliquid, quod mouet. Cum autem aliquis moueat semper aliterum, necesse est esse primum, quod ipsum se ipso moueat. Si igitur mouetur quidem hoc, non autem aliud mouens ipsum, necesse est ipsum seipsum mouere: quare & iuxta hanc rationem, aut statim id quod mouetur, ab eo quod ipsum seipso mouet, mouetur, aut veniet aliquando in id quod huiusmodi.*

¶ Eandem demonstrationem nunc aliter persequitur, non possum dicere claritas gratia, quia videtur mihi quanto plucies res eandem repetit, tanto obscurius eloqui: nimirum quædam plus satis repetit, quo fit, vt multa eorundem quæ demonstrantur, videntur esse petita: quædam locis quibusdam necessaria, nescio quo consilio præ-

terit, quædam latenter inserit, quædam vix dū insinuat, vt omni ratione videatur obscuritati inferuisse: sed de ueritate est hoc rædium, eniten dumque quid quoque loco dicat aperte explicare, vt vacet iam hinc studiosis hos libros cum iudicio legere. Nam proculdubio Aristote, aliqui morosissimus antiquorum censor, hoc maxime curauit, vt à suis libris censores obscuritate arcerentur, cum vix patere possit, quid dicat, aut neget: tamen melius sit hoc nos attentione rependere quam ignorantia luere. velur profectō in hac parte dubios tenet enarratores, non satis intelligentes, an procedat ascendens ab ultimis causis ad primam, an contrā descendens à prima ad vltimas, quia videtur argumentum exordiri à prima, & rursum, primam versus ascendendo finire. Tamen nobis institutum palam facit quid dicat, nimiram eandem omnino demonstrationem persequitur: quare primam mouendi causam inuestigat, atque in illam tendit, an sit vltima causa mouendi, an hanc versus procedendum in infinitum sit, an non, nihil modò sciri intererat, totus est in inuestiganda prima causâ, idque facit hac ratione. Omne quod mouet, mouet aliquid, & aliquo, atqui mouet aliquo, aut seipso mouens, aut alio mouens, vt homo seipso potest mouere lapidem, aut baculo, & ventus potest euertere rem aliquam seipso, aut lapide, quem in eam re impulerit, atqui id quo motus sit, non potest mouere sine eo quod seipso mouet, vt baculus non potest mouere, nisi homo moueat, neque lapis nisi ventus: tamen vt sit quod mouet seipso, non necesse est, vt sit aliud quo, quia erit idem quod mouet, & quo mouet, vt cum homo per se mouet lapidem. Sed cum est aliud, quo motus sit, & uersum ab eo quod mouet seipso, necesse est esse aliquid, quod mouebit non aliquo, sed seipso, velut si est baculus, quo aliquis mouet lapidem, necesse est esse rem aliquam, quæ moueat seipso. Nam hic baculus mouetur à manu, manus mouebit or ab alio, & illud ab alio vsquedum perueniatur ad aliquid, quod seipso moueat se, aut ibit in infinitum. At uero si aliquid, quod mouetur, mouet, necesse est facta resolutione versus causas ab eubi stare, & non ire in infinitum: nam si baculus mouet, quia mouetur à manu, manus mouet baculum, & manum, aliquid aliud est quod mouet, si

autem illud alterum semper mouet aliquo, profectò peruenietur ad aliquid, quod mouet seipso: quia non est eundem in infinitum. Si autem illud, ad quod peruenitur erit, mouetur, & non ab alio, profectò erit primum mouens, & mouebit seipsum: quare & hac ratione fit vt id, quod mouetur, statim hoc est proximè, ac per se mouetur ab eo quod seipso mouer: aut veniet aliquando in id quod huiusmodi, id est, aut facta resolutione per plures causas medias, tandem peruenietur ad causam huiusmodi. Hoc argumentum constat idem esse cum priori, quin etiam esse aliquanto debilius, quia hic ponitur non esse procedendum in infinitum, quod tamen illic probabatur.

¶ Postea autem, qua dicta sunt, & ita considerantibus hæc accident eadem: si enim ab eo quod mouetur, mouetur omne quod mouetur, aut hoc accidit rebus secundum accidens, vt mouet quidem id, quod mouetur, non quidem quia mouetur ipsum semper, aut non, sed per se. Primum igitur si secundum accidens, non necesse est moueri quod mouet, si autem hoc, manifestum est contingere aliquando nihil moueri eorum que sunt: non enim necessarium est accidens, sed contingit non esse. Si igitur ponamus possibile esse, nihil impossibile accider, falsum autem fortasse, sed motum non esse impossibile est: monstratum enim est hoc prius necessarium motum semper esse, & non sine ratione hoc accidit. Tria enim necesse est esse, & quod mouetur, & quod mouet, & id quo mouet: id igitur quod mouetur necesse est moueri, mouere autem non est necesse: id autem

qua mouet, & mouere, & moueri. mutatur enim hoc simul, & secundum idem cum eo, quod mouetur existens. Manifestum autem in his, qua secundum locum mouent: tangant enim inuicem sese necesse est ad aliquid vsque, quod autem mouet sic, vt sit non quo mouet immobile. Quoniam autem videmus extremum, quod moueri quidem potest, motus autem principium non habet, & quod mouetur quidem, ab alio autem, sed non à seipso, verisimile, ne dicamus necessarium, & tertium etiam esse, quod mouet immobile existens. Quapropter & Anaxagoras rectè dicit, mentem impassibilem dicens, & immixtam esse, siquidem motus principium facit ipsam esse. ita enim solum moueat, cum sit immobilis, & vincat, cum sit immixta. Verum si non secundum accidens, sed necessitate mouetur, quod mouet: si autem non moueatur, non moueat, necesse est quod mouet, quatenus mouetur, aut ita moueri, vt secundum eam speciem motus, aut secundum aliam. Dico autem quod calfacit caleferi, & quod sanat sanari, & quod fert ferri, aut quod sanat ferri, & quod fert auferi. Sed constat impossibile esse, oportet enim vsque ad indiuisibilia diuidentem dicere, vt si quis docet geometricè agere, hoc docere geometricè agere secundum idem, aut si projicit, projici secundum eundem modum projectionis. Si autem ita quidem nō, aliud autem ex alio genere, vt quod fert auferi.

veri, quod autem hoc auget; alterari ab alio, quod autem hoc alterat alio aliquo moueri motu: sed necesse est stare, sicut enim sunt motus. Hoc autem rursus reflectere, & quod alterari dicere ferri, idem est facere, ac si statim dicat quod ferri ferri, & doceri quod docet: constat enim moueri quodcumque mouetur, etiam a supremo mouente, & magis a primo mouente. Verumtamen hoc quidem impossibile: accidit enim discere quod docet, quorum hoc habere, illud verò non habere scientiam, necesse est. Adhuc autem his magis irrationabile, quod quidem accidit omne motuum esse mobile, si omne quod mouetur mouetur ab eo quod mouetur: erit enim mobile, ut si quis dicat, omne quod potest sanare, & quod sanare, fore sanabile, & quod aedificare potest aedificabile, aut statim, aut per plura. Dico autem velut si mobile quidem ab alio omne quod motuum, sed non quidem eodē motu mobile, quo mouet quod propinquum est, sed alio, ut quod sanare potest, aedificabile. sed hoc ascendendo veniet aliquando in eandem speciem, ut antea dicebamus: alterum ergo horum impossibile est, alterum autem fictiuum: absurdum enim quod alterare potest, augmentabile esse necesse, non igitur necesse est, semper moueri quod mouetur ab alio, eoque motu, stabitur ergo. Quare aut a quiescente mouebitur quod mouetur primum, aut ipsum seipsum mouebit.

¶ Addit in eandem sententiam aliud argumentum, quod tamen oportet attentè legi, siquidem cum sit bimembre utriusque ex parte concluditur sophistice, & illegitimè, & debiliter. Neque verò mirum, obleruari enim iam antea sæpe est, solere Arist. in sententiæ cuiusvis, etiam verissimæ, confirmatione multa argumenta cogerere, quæ non omnia possunt esse efficacissima, pinde oportet singula verba attentè, atque cum iudicio perpendere, ut constare possit quid in qua vis disputatione sit verissimū, & quibus argumentis legitime, ac verè confirmetur. Si (inquit) quis ponit, omne quod mouetur, moueri ab eo quod mouetur, hoc est, omne quod mouet moueri, aut accidit, mouenti, ut moueatur per se, aut per accidens, hoc est, quod mouet, mouet, quia mouetur, aut non ita, sed accidit moueri quod mouet. Si per accidens, ergo potest alter habere, mouere scilicet quin moueatur, quod si ponitur primū mouens non moueri, sequitur nihil aliud moueri, quia si aliquid aliud mouetur, mouetur à re non mota. si ergo, ut dicebatur, quod mouetur, mouetur ab eo quod mouetur, quiescente prima causa nihil mouebitur, atvero hoc impossibile est, quia monstratū est antè necessario esse semper motū, ergo illud ex quo sequitur: est impossibile, putà omne quod mouet moueri, idque esse per accidens: nam ea eo, quod possibile est, et si factum sequi possit, impossibile tamē non potest. Hac parte argumentū est fallax: nam potest esse assertio necessaria, & per accidens, velut hæc, omne risibile est natura aptū videre, aut gustare, nimirū nihil est, neque verò esse potest risibile, quod non sit tale: non tamē quia risibile, neque quatenus hoc, est aptū videre, aut gustare, sed quia utriusque accidit necessario eidē. Itaque potest esse necessariū primā mouēdi causam moueri, et si non per se quod mouetur moueatur: qui ergo concedit necessariū esse motū, simulque quod mouet moueri, profectū eodē modo ponet utriusque assertione necessariā, utriusque (inquam) per se, aut utriusque, quia accidit: quare si posueris primā causam non moueri, statim debes tollere, omne quod mouetur moueri ab eo quod mouetur, aut si hoc non potes tollere, neque illud potes ponere, nisi vis ponere pugnantia: quare hac parte argumentū illegitimè concluditur. Obiter ante quæ alterā argumenti partem persequatur, duobus aliis argumentis, quasi eius quod enarrare cœpimus confirmationibus, vtiui. Merito (inquit) hoc acci-

dit, vt scilicet ex hęc afferriōne, omne qđ mouet mouet, sequatur impossibilia, quia necesse est esse tria hęc, qđ mouet, & quo & qđ mouetur (ne intellige Aristō. dicere, hęc esse necessaria in quouis motu, sed generatim in rebus) in qui qđ mouetur necesse est moueri, in mouere nō est necesse: videtur enim posse esse qđ vltimō mouetur. Id autē, quo morus fit, necesse est & mouere, & moueri, nā mutatur hoc ab eo qđ mutatur simul, & secundū idē existens cū eo qđ mouetur, vt baculus & lapis ab hoīe, quia cōtingit baculū & lapidē simul esse secundū aliquas partes vtriusq; nā necesse est vt qđ, & quo mouetur, tangant sese aliquatenus. Quod autē mouer sic vt fit nō quo mouet, id est, qđ ita est mouens, vt nulli alteri mouenti seruiat vt instrumentū quo (huiusmodi est prima causa) immobile est. Nā quandoquidē videmus hęc duo extrema, motū nō mouens, & motū mouēs verisimile est (ne dicā inquit necessariū) & hoc tertiuē esse mouens nō motū. Bene fecit nō dicēs necessariū, nō enim necessariū, sed probabiliter solum cōcluditur argumentū, etsi oīa qua accipiunt cōcessa sint, nedū si negētur. Ego certē si vellem affirmare, qđ probabile esse antea dixi, oīa corpora moueri semper, negare esse qđ mouetur, & nō moueat. nā nisi perfectio circulo feratur, qđ soli accidit cœlo, in nouū locū succedit, quo necesse est aliud cōgī cedere, aut si sponte cedebat, iuari tamē: cœlū verd mouet alia rōne. itaq; videtur nō esse qđ moueatur, & non moueat: sed neq; si hoc esse detur, pcedit argumentū vltiā p̄bilitatē. Citat deinde in suā sententiā Anaxorā cōmendās virū, quod dixerit mentē eā, quā primā rerū causam esse putauit, immobile, & immixtā esse: quia scilicet nō aliter poterat oīa mouere, quā in immobilis, neq; aliter oīa vincere, quā in mixta. Certē sententiā Anaxorā hac in parte verisima, argumenta tamen hæcē probabilia sunt: nā qui dicit moueri omne quod mouetur, hæc omnia negabit meritū. Persequitur deinde alterā partē argumenti. Si (inquit) non per accidens, sed necessitate quadam mouetur quod mouet, ita vt nisi moueatur, mouere non possit, necesse est illud quod mouet quatenus mouetur, aut moueri secundum eandem speciem morus, qua mouet, aut secundum aliam: secundum eandem, vt quod calefacit calefieri, & quod sanat sanari, & quod fert ferri: secundum

aliam vt quod sanat ferri, & quod fert augeri, sed constat (inquit) hoc, hoc est, horū vtrūq; esse impossibile. Primum moueri secundum eandem, quia non solum necesse erit moueri secundum eandem speciem superiorē, hoc est, quod alterat alterari, & quod fert ferri, & quod auget augeri; sed etiam diuisis generibus motuum vltimē ad indiuisibiles species & infimas, secundū talem aliquam moueri, & mouere eodem modo. vt si quis docet Geometriam, Geometriam doceri secundum eandem artis partem, & si quid est, quod proicit, eadem proiectione proici: hoc autem videtur absurdum. Nam quis dicat, medicinam cū sanari sanari, aut etiam medicum? si autem ita quidem non sit, sed aliud ex alio motus genere fiat, vt quod fert augetur, & quod auget alteretur, & quod alterat aliquo alio moueatur, necesse erit tunc stare, hoc est, certo quodam numero finiretur motus. Nā motus finiti sunt, quare aut perueniatur ad aliquod mouens, quod non moueatur, aut necesse erit rursus hoc reflectere, hoc est, reflexione quadam in eodem rursus motus redire, vt si dicatur quod alterat ferri: hoc autem idem est, ac si statim, hoc est, nullis causis intercedentibus dicatur quod fert ferri, & quod docet doceri. Nam constat ex dictis antea, moueri rem quancūque non solum à proximo, sed etiam à supremo mouente, & magis à primō, quā ab aliis: quare si A fert B, hoc autem alterat C, & C auget D, & D fert E, profectō D fert E, & fertur ab A. quare fert, & fert. Veruntamen hoc (inquit) est impossibile: nam sequitur discere eundē eandē rē quā docet, quod repugnantiā cōtinet. quia qui docet habet scientiā, qui discit non habet. Præterea sequitur, quod est (inquit) magis absurdum, omne motiuum esse mobile, si omne quod mouetur mouetur ab eo quod mouetur: nā si hoc est, omne quod mouetur mouetur, quare & omne qđ mouere potest, potest etiam moueri: quare qđ facere potest, erit sanabile, & qđ edificare potest, erit edificabile: aut statim, hoc est, sine medio aliquo, aut per plura media, velut si mobile sit omne motiuum, tamen non eodem motu, quo mouet id quod sibi proximum est, sed aliē, vt quod sanat potest fit discibile. Verūm vtrūq; hoc fiat, tandem fit, vt eodem motu sit mobile omne motiuum, nam ascēdendo, vt antea dicebamus, tandem veniet

in eandem motus speciem: ergo (colligit) alterum horum est impossibile, puta omne motuum esse mobile ab alio statim eadem specie motus. Alterum est fictitium, puta esse mobile per plura necessarium, nam absurdum est dicere necessarium quod alterare potest esse augmentabile, aut aliquo alio motu mobile: igitur non necessarium est semper quod mouetur moueri ab alio, eo que moro, sed aut peruenietur ad aliquid, quod moueat sese, aut quod omnino non moueatur, sed moueat. Hæc quoque ex parte consistere cuius facile potest argumentum Aristotelis esse debilissimum: nam siue detur, quod mouet eodem motus genere moueri necessarium, siue diverso, nihil sequitur, eorum que colligit. Non enim si necesse est quod mouet loco, loco moueri, necesse est ut sit, & vsque ad indiuisibiles species facta diuisione perinde fieri: non enim si quicquid vehit loco mouens, loco mouetur, vehitur etiam. Neque si detur diverso motus genere moueri quod mouet, reditur deinde reflexione in eandem motus speciem: non enim quodcumque, quod mouet prius, est mouens primum, sed illud, à quo idem motus genus per posteriora mouentia vsque ad vltimò motum derivatum est. Nam non est primò mouens lapidem ignis, qui calfacit hominem, qui impedit baculum, quo pellitur lapis, sed homo, quia scilicet idem genus motus non ab igne incipit, sed ab homine. ergo omni ex parte argumentum hoc est debilissimum. Assertio verò, que colligitur, verissima: puta in ordine causarum mouentium ventendum esse ad aliquid, quod aut moueat sese, aut sit immobile, hoc vnicò argumento, quòd non est eundem in infinitum.

¶ Verum siquidem oportet considerare nunquid causa motus sit, & principium ipsum seipsum mouens, aut quod ab alio mouetur, illud certe quis ponet, quod enim ipsum per se est causa, semper prius est eo etiam ipso, quod per aliud est. Quare hoc considerandum est, accipientibus aliud principium. Si quid mouet ipsum se-

ipsum, qui mouet, & quò modo? necessarium igitur, omne quod mouetur esse diuisibile in semper diuisibilia, hoc enim monstratum est prius in sermonibus vniuersalibus de natura, omnino quod per se mouetur esse continua sum. Impossibile ergo est, quod ipsum mouet seipsum, per se totum mouere seipsum: feretur enim totum, & feret eadem latrone existens vnum, & indiuisibile secundum speciem, & alterabitur, & alterabit: quare docebit sanè, & docebitur simul, & sanabit, & sanabitur eadem sanitate. Adhuc autem definitum est moueri quod est mobile, hoc autem est potentia quod mouetur, non actu: quod autem potentia in actum tendit. Est autem motus rei mobilis imperfectus: quod autè mouet, iam actu est, ut calfacit calidum, & omnino generat quod habet formam: quare idem simul secundum seipsum calidum erit, & non calidum. Similiter autem & aliorum quòdcumque, quorum id quod mouet necesse est habere synonymum: aliud ergo mouet, & aliud mouetur eius quod ipsum seipsum mouet.

¶ Alia ex parte incipit probare primum mouens non moueri, probans nempe neque moueri ab alio, neque à se. Primum (inquit) si ponatur omne, quod mouet moueri, & in dubium vocetur, an primò mouens moueatur à se, an ab alio, quisuis affirmabit potius moueri à se: nam illud, quod per se est causa, semper est prius eo quod per aliud, sed quod ab alio moueretur, per aliud esset mouendi causa, non ergo esset prima: igitur si prima causa motus mouetur, à se

à seipſo mouetur. Hoc ergo cōsiderandum est accepto alio principio, alio inquam ab eo, quod superiori capite huius libri, & primo septimi ad hanc ipsam disputationem accepto est. Redit et in nunc ad disputationem superiorem, tenatque monstrare rursum, nihil mouere seipsum. Si (inquit) est aliquid quod moueat seipsum, quomodo mouet? nam si mouetur, diuisi ule erit in semper diuisibilia. Probatur eodem (inquit) est hoc in sermonibus vniuersalibus de natura, superioribus scilicet libris (vocat verò illos vniuersales de natura sermones, quia iam videtur ad peculiarem disputationem de prima causa, & primo mobili, & primo motu descendisse) cum ergo habeat partes, si non mouer ipsum totum se totum, erunt in eo alie partes que moueant, & alie que moueantur. sed non potest mouere totum se totum, quia fiet vt idem existens omnino vnum & idem, & indiuisibile secundum speciem, quod est dictu speciei & numero vnum, ferat & feratur, & alteret & alteretur: quare etiam esse possit idem, quod doceat & doceatur eandem rem simul, & sanet & sanetur eadem sanitate, que est absurdum. Præterea, definitū est, constatque moueri quod est mobile, quod autem mouetur, quatenus mouetur, potentia est, non actu, & quod potentia est in actu tendit, estque motus actus imperfectus rei mobilis: quod autem mouet, quatenus mouet, iam est actu, vt calfacit quod est calidum, & omnino generat quod habet formam: quare si idem mouet & mouetur, idem erit potentia & actu, & calidum & non calidum, na autem & aliorum quodcunque, eorum in quibus motus fit, in quibus id quod mouet, necesse est habere synonymum cum eo ad quod motio fit, vt si mouetur quid ad frigidum, id quod mouet, debet esse frigidum: si ad humidum, humidum: si ad siccum, siccum: atque si idem est mouens, & quod mouetur, idem erit tale, & non tale: non ergo ita est, sed si quid seipsum mouet, aliud est in eo quod mouet, & aliud quod mouetur. En duo alia argumeta, quibus Arist. præter antea scripta, monstrare conatur nihil moueri à seipso. Sed neque hæc quidem, est quod not à nostra sententia deturbent, suat enim nō admodum diluta difficilia. Primum quidem superiori libro huius operis septimo respondimus posse rem eandem mouere & mou-

ri, esse tamen non omnino idem principium agendi & patiendi, sed diuersum, velut si illud in forma, hoc in materia esse ponatur: iam verò quod dicitur, mouere quod mouet, quatenus est in actu, & moueri quatenus est in potentia, verisimile dicit, atque proinde aqua calida frigidescens refrigerat sese, quatenus est in actu primo, hoc est, habens hanc naturam, refrigeratur quatenus potentia habet secundum actum, hoc est, frigus: esse autem in actu primo, & potentia habere actum secundum, nihil continet repugnans. Quod verò quasi tem magis explicet addit, id quod mouet semper habere synonymum, non est omnino verum, nisi addatur, cum motus est alteratio, & fit per se, & inter res diuersas, & commutabiles inuicem. Nam aer hyemalis calcit animum malium ventres, tamen calidus nō est, quia ex accidenti facit. sol calfacit, qui neque ipse est calidus, sed non est cum nostra substantia commutabilis. aqua quoque, cum redit ad frigus naturale, nō est frigida, nimitum hic motus non est inter res diuersas, neque sane sagitta, que lapillum pendentem trahit in locum supernum, est in loco superno. nimirum hic motus non est alteratio, in qua sola verum est quod mouetur habere synonymum, neque quidem in omni, sed in ea que proprie, ac per se est motus: non enim necessarium qui sanat sanus est. itaque his argumentis nondum effectum est, nihil moueri à seipso. Sed redeo ad Aristotelem.

¶ Non esse autem quod seipsum moueant, ita vt vtrunque ab altero moueatur, manifestum est ex his. Neque enim erit primum mouens aliquid, si quidem vtrunque mouebit alterum: quod enim prius magis causa est mouendi, quam proximum mouens, et mouebit magis. Duobus enim modis est mouere, hoc quidem, ipsum ab alio motum, aliud autem à seipso: proximum autem quod longius abest ab eo quod mouetur principio, quam quod in medio est. Adhuc non necesse est

quod mouet moueri, nisi à seipso, secundum accidens: ergo contramouet alterum: accipiebam verò contingere non moueri: erit ergo aliud quod mouetur, aliud autem mouens immobile. Præterea, non necesse est id quod mouet contramoueri, sed aut immobile aliquid mouere necesse est, aut ipsum à seipso moueri, si necesse est semper motum esse. Præterea secundum quem mouet, motum etiam mouebitur: quare calfaciens calfit. Atvero neque ipsum primum seipsum mouentis particula vna, neque multa mouebunt ipse seipsum singula: totum enim si mouetur ipsum à seipso, aut ab ipso aliquo mouebitur, aut totum à toto. Si igitur quia mouetur particula aliqua ipsa à seipso, hæc quidē sit primum ipsum seipsum mouens: separatim enim hoc mouebit ipsum seipsum, totum verò non etiam. Si autem totum à toto moueretur, per accidens quidem hæc mouent ipsa seipso: quare si non necessariò faciunt, accipiat non moueri à seipsis. Totum igitur hoc quidem mouebit immobile existens, hoc autem mouebitur, hoc enim modo solum fieri potest aliquid sui ipsius motuum esse.

¶ Collegit, in eo quod primo mouetur moueri partes à partibus, id autem fieri posset partibus omnibus se mutuo mouentibus, aut non, sed his ab illis motis. atqui hoc vna, vel pluribus mouentibus singulis se totas, atque cum illis moto toto corpore, vel parte mouente, & non mota, & parte mota, nihil tamen mouente. Si igitur neque partibus mouentibus se mutuo, neque quibusdam partibus mouentibus se totas, mouetur id quod primo mouetur, sit ut sit in eo pars mouens quæ non mouetur, quæ

quidem erit ipsum verè primum mouens. Probat ergo Arist. primo non moueri partes mutuo, deinde neque esse vnam, aut plures, quæ seipsas mouent, atque ita colligit esse aliquid primo mouens, quod non mouetur. Probat ergo non esse quod se ipsum mouet; ita, ut vtrunque ab altero moueatur, hoc est, ut vtraque pars mouetur ab altera, quod sit ambabus mouentibus se se mutuo. Nam non erit (inquit) aliquod primum mouens, nam quacunque parte erit alia prior, prius scilicet, & magis mouens: nam sint partes exempli gratia A B, non est A primum mouens, quia mouetur à B, quare eius motus, quem facit A causa prius magisque est B; & eadem ratio est, si dicas B esse primum: nam semper in mouentibus, quod prius mouit est magis mouendi causa, quam proximum, & mouet magis. Explicat deinde quid vocet, quod prius, & quid proximum. Duo⁹ (inquit) modis contingit mouere: nam mouet aliquando quod ab alio mouetur, ut baculus lapidem, aliquando quod à seipso, ut homo manum. Proximum autem in mouentibus est, quod longius abest à mouendi principio, quam quod est in medio, hoc est, quod longius abest à primo mouente, & ei quod vltimò mouetur propius est, quam illud quod est in medio inter hæc & primum mouens. velut baculus longius abest à mouente homine, quam manus, ac proinde mouens proximum est lapidi. Præterea, si pars mouetur à parte, & non à seipso, non necessariò ea pars quæ mouet mouet, sed per accidens, quia pars alia quæ mouet contra mouet eam. velut si A mouet B, & B motu contra mouet (ut ita explicetur verbum *avtanti*) ipsum A, constat hoc per accidens esse ipsi A, ut cum mouet mouetur, quia scilicet accidit B contra mouere. sed ponebam (inquit) paulò antea, si per accidens sit, ac non potius necessariò, non fieri, quo posito constat esse in corpore illo toto aliquid quod mouetur, & aliquid quod est mouens immobile. Præterea (inquit) si necesse est semper esse motum, non est necesse id quod primo mouet contramoueri ab altero, sed aut per se moueri, aut mouere ipsum omnino immotum. Rationem huius consequentionis non explicat Arist. tamen ex superioribus colligimus esse hanc. Si ponitur primum mouens necessariò moueri, cum primum quiesceret, cessabit iterum motus, sed si mouet

ur ab alio, à quo contramouetur, potest non moueri, quia illud per accidens contra- mouet, vt paulo antea dicebatur: ergo si necesse est motum rerum esse semper, ponendum est primò mouens quiescere, aut saltem moueri à se, ne possit cessare. Vt- tur. deinde alio argumento superiorum cuidam omnino simili. Si (inquit) partes mouent sese, & mouentur à se mutuo, eodem certe motu mouebant, quo mouen- tur: pars ergo quæ calfacit, calefiet, & in aliis motibus eodem modo, quod falsum est, vt antea est indicatum, mittit indicare modò: his argumentis contendit Aristor. non posse in eo quod per se mouetur, partes omnes se mutuo mouere. Probat deinde non moueri id, quod primò mouetur, eo quòd vna, aut plures in eo partes moueant singulæ se totas, velur dicimus hominem moueri muscularibus contrahentibus sese, & secum mouentibus totum hominem. Probat (inquam) non ita fieri in eo quod primò mouetur: nam si totum mouetur à se, aut mouetur, quia mouetur à parte, que mouet seipsam (perinde est siue vnam, siue plures partes dicas) aut per se mouetur totum à se toto. Si primum, non erit illud totum, quòd primò mouetur, sed sola illa pars, quia illa separata à toto mouebitur, & totum sine ea parte non ita: si secundum totum mouebit sese per se, partes verò mouebunt se per accidens, quòd si per accidens, ponatur non mouere sese, & sit vt nequam totum moueatur à se hoc modo. Refutatis ergo duobus modis, quibus videbatur posse, id quod primò mouet, moueri à seipso, colligit, totius primò mouentis quòd mouet sese esse partem, quæ moueat & non moueatur, & aliam quæ moueatur & non moueat: hoc enim modo solum (inquit) fieri potest vt sit aliquid superius motiuum.

¶ Præterea, si tota ipsa seipsam mouet, hoc quidem ipsius mouebit, hoc autem mouebitur: hæc igitur AB & à seipsa mouebitur, & ab A.

¶ Probauerat Arist. esse in eo quod primò mouetur aliquid mouens, quod non moueatur, quoniam verò non satis est hoc ad eam doctrinam, quam instituit, nisi etiam dica-

tur non esse primò mouens, illud totum ex mouente quiesco, & ex moto cõsistam, sed illud solum quòd mouet & non mouetur, docet modò, illud totum non moueri à se toto, quasi dica, sed à primo mouente, quòd non mouetur: Nam si mouet (inquit) tota ipsa magnitudo seipsam, ex dictis fiet, vt pars illius moueat, & pars moueatur, velut si in A B sit A quòd mouet: fiet ergo vt totum A B moueatur à duobus mouentibus, pura & à se toto, & ab A, quòd est absurdum. Sed si quis ea quæ mox sequentur, con sideret, intelliget hæc verba hoc loco interiecta esse.

¶ Quoniam igitur mouet id quod mouetur ab alio, hoc autem immobile existens, & mouetur hoc quidem mouens, illud autem nihil mouens, ipsum seipsam mouens, necesse est ex immobili esse, mouente autem & adhuc motu, non mouente autem necessario sed vicinque contingerit, esto enim A mouens quidem, immobile autem B verò id, quod mouetur ab A, & mouens id in quo G, hoc autem quod mouetur à B nihil autem mouens. Si quidem enim & per multa perueniet aliquando in G sit per vnum solum: hoc igitur totum ABG ipsum seipsam mouet. Sed si aufero G, hoc AB mouebit ipsum seipsam, A enim mouens, B vero quod mouetur, G enim non mouebit ipsum seipsam, neque omnino mouebitur. Verum neque hæc BG mouebit ipsa seipsam sine A. nam B mouet, quia mouetur ab alio, non quia ab aliqua ipsius parte: igitur solum AB ipsum seipsam mouet, necesse est igitur ipsum seipsam mouens habere quòd mouet, immobile autem, & quod mouetur.

cur, nihil autem mouens necessarium: tangencia autem aut vtraque innicem, aut alterum ad alterum. Si igitur continuum est id, quod mouet (nā quod mouetur necesse est esse continuum) tanget vtrunque alterum, constat totum ipsum seipsum mouere: non quod illius sit aliquid huiusmodi, vt ipsum seipsum mouere, sed totum mouet ipsum seipsum motum simul, & mouens, quod ipsius aliquid sit mouens & motum, non enim totum mouet, neque totum mouetur, sed mouet quidem A, mouetur autem B, solum G autem ab A non etiam, impossibile est enim, dubitationem autē habet si auferat aliquid aut ab A, si continuum est quod mouet, immobile autem est, aut à B quod mouetur, an reliqua ipsius A mouebit: aut ipsius B mouebitur? si enim hoc, non quidem sit primò mota à seipsa hac AB, de-racta enim ab ipsa AB, adhuc mouebit seipsam reliqua AB, aut potentia quidem vtrūq; nihil prohibet, aut alterū, quod mouetur, diuisibile esse, actu autē indiuisibile. Si autem diuidatur, nō amplius esse, quod eandē habeat potentia: quare nihil prohibet in diuisibilibus potentia primò inesse. Cōstat igitur ex his esse primū mouēs immobile, siue enim statim stet id qđ mouetur, ab alio aut mouetur ad immobile primū, siue ad aliquid, quod mouetur qđē, ipsum aut seipsum mouere, & sistere, vtroq; modo contingit id, quod primò mouet, in omnibus quā mouentur, esse immobile.

¶ Cum statuerit Arist. velut argumentis satis probatum sit, in eo quod primò mouet seipsum, esse partem quā moueat, & partē quā moueatur, explicat rem multo magis, dicens, cum sit duplex genus rei mouentis, quia est quod mouet & mouetur, & est qđ mouet & non mouetur: & duplex genus rei mouēdæ, quia est quod mouetur & mouet, & est quod mouetur nihil interim mouēs, necesse esse id quod à seipso mouetur, constatum esse ex mouente immobili, & ex inoto, non mouente tamen necessariò, sed vicinque contigerit, hoc est in mouente seipsum, necesse esse id quod mouet immobile, id verò quod mouetur, non necessariò esse mouens, sed posse esse, & posse etiā non esse, quod ita monstrat. Sto pars immobilis & mouens A, & pars quā moueatur ab A sit B, quā moueat etiam id in quo G, hoc autem G sit quod mouetur à B, mouet autem nihil, atqui B poterit peruenire ad ipsum G, hoc est mouere illud, aut per multa media, aut per vnum: sed ponatur peruenire per vnum solum, hoc est, esse illi proximam mouēdi causam. igitur totum hoc, A B G erit ipsum seipsum mouens. Si ab alio auferatur G, erit A B seipsum mouens: nam A mouet, & B mouetur, G verò præcissum per se non mouebit seipsum, neque mouebitur omnino, quia mouebatur à B. Verum neque si auferatur A, reliquum pura B G mouebit seipsum: nam B non mouebat, nisi quia mouebatur ab alio, puta ab A, non quia ab aliqua suarum partium: igitur hoc solum A B est mouens seipsum, necesse ergo est ipsum seipsum mouens habere partem, quā immobilis moueat, & partem quā moueatur, nihil autem moueat necessariò. Meritò quidem adiecit necessariò, nō enim probarum est partem, quā mouetur in eo quod seipsum mouet, nihil mouere, sed non esse necesse vt moueat. Nam illud A B erit seipsum mouens, si præcindatur G, si non præcindatur erit seipsum mouēs totum hoc A B G, totum enim mouebitur à nulla causa extra se, atque in A B id quod mouetur, non erit mouens, in A B G erit pars mouens tantum, & pars tantum mota, & pars mouens simul & mota. Itaque colligit id quod mouet se, habere partem tantum mouentem, & partem motam, vt contigerit siue mouentem siue non. Adde necesse esse vt partes illæ tangant sese aut mutud, aut saltē altera alteram, ea scilicet,

quæ

quæ mouet, eam qua mouetur; nam aliter non possit eam mouere. Si (inquit) id quod mouet, continuum corpus esse ponatur (nā quod mouetur, necessariō est continuum, vt monstratum antea est) tanget, & tangetur. Sin ponatur esse incorporeum, tangitur tamen non poterit, tanget autem partem quæ mouetur, virtute scilicet, velut anima tangit corpus, a quo non tangitur. Constat tamen hic non esse sermōnem de tactu, quē vocant mathematicum, hoc enim neque tāgit, neque tangitur, quod est incorporeum, & quod tangit, tangitur etiā necessariō: igitur illud, quod ex dictis partibus constat erit, constat (inquit) totum ipsum seipsum mouere. Explicans magis qua ratione dicat, addit, nō quoddam illius sit pars aliqua huiusmodi, vt seipsum moueat, sed totum mouet seipsum, & est motū simul & mouens, quia illius aliquid est mouens, & aliquid motū: non enim totum secundum se totum mouet & mouetur, sed A quidē mouet, B mouetur solum ab A, tamen G non etiā mouetur ab A solum, sed etiam à B: nam impossibile (inquit) est, vt moueatur solum ab A, cum intersit B. His ita explicatis de eo quod primō mouet seipsum, mouet dubitationem, velut obiectionem quandā. Haber (inquit) dubitationem, si quis aut ab A, si continuū est, auferat id quod mouet, hoc est, partem aliquam quæ moueat, aut à B auferat partē, quæ moueatur, aut reliqua pars ipsius A mouebit, aut ipsius B mouebitur. Nam si hoc est, non est quod primō mouetur à seipso A B, si quidem detracta parte reliquam etiam mouetur à seipso. Hic Aristoteli, tacuit haud dubie alteram partem argumenti, hanc scilicet, si facta detractione ab A, reliquū non mouet, in solo A sit pars mouens, & pars mota, neque ita ergo sit quod primō mouetur à seipso A B. Respondet Aristoteli, nihil prohibet vtrūque, si vtrūque continuū est, aut alterum, quod scilicet mouetur potentia esse diuisibile, actū verō in diuisibile, hoc est, habere partes, tamē non posse in eas actū diuidi, aut si diuidatur, nō eandem potentiam habere, quam antequam diuideretur, qua moueat scilicet, aut moueatur. Itaque respondet posse primō inesse hoc, mouere (inquam) & moueri, in rebus diuisibilibus potentia, hoc est, habentibus partes, non tamē actū, ita vt retinentes eandē potentiam possint diuidi. Colligit tandem ex dictis primam mouendi causam in rebus est

se immobilem: nam siue statim procedatur ab eo quod mouetur ad id quod mouet, im mobile autē est, vt ipse Aristoteli procedi vult, siue stetur non in hoc, sed in primō mobili, quod moueat seipsum (quam opinionē Platonem imputat) necesse est in rebus omnibus id quod primō mouet, esse immobile: hac Aristoteli, cui si detur, omne quod mouetur ab alio moueri, certē multo facilius, ac missis plerisque, horū posset monstrare, primam mouendi causam esse immobilem. Si verō negetur, neque his omnibus videtur nihil quicquā effectisse: nam ego non cōcederē in eo quod primō mouetur à seipso, esse partē quæ moueat, & partem quæ moueatur, sed dicerem totum secundum se totum mouere seipsum. Quod si addas, nō esse hoc quod primō mouet seipsum, quia dimidiata illius pars mouet etiam seipsum. Respondēdo quod Aristoteli, ipse, esse illud diuisibile potentia, actū indiuisibile. Hoc (inquam) si defendendum esset, corpus primū mobile à seipso motum, esse primam causam mouendi. Nam si Platonis sententia defendenda sit, Deū esse primam causam, huncque, reflecti in seipsum, cognitione scilicet, non physico motu, haudquaquam dicendum sit, esse potentia diuisibilem, sed indiuisibilem omnino, & simplicissimam. Itaque nobis, qui negauimus omne quod mouetur ab alio moueri, nondū monstratum est, primam causam esse immobilem, neque arbitror, ex physicis demonstratione esse poterit, sed ex aliis principiis alio loco petitiā scribemus. Sed ne interim ea careamus, quandoquidem Aristoteli, nos intempestiuē loqui cogit, haud sanē videtur inutile quod posset esse ea demonstratio breui dicere, velut in aliis quibusdam antea fecimus. Monstratum est. i. cap. huius octauū libri hanc rerum vniuersitatem, quam conspicimus, factā ali quando esse ab aliqua causā eterna: eam verō constare oportere esse vt omnium primā, ita rem simplicissimam, & carentem omni compositione: nam si esset composita simplicibus, ex quibus constaret, esset posterior, & connexionē à connectente aliquo facta, atque (vt dicit Plato) ab eo qui connexui esset dissolui posset. Si igitur ea causā nulla re est posterior, & à nullo facta, & per se atque semper ens, simplicissima est: quare nullum corpus habet. Nam si haberet, haberet etiā corporis actum: quare esset composita, non ergo ita est, sed est sine corpore, & actus quidam purissimus sine omni poten-

tia, velut materia prima est pura potentia sine omni actu. Actus itaque purus est, non quidem quod aliquid sit actus, sed quod ipsa per se ipsam sit quicquid est, & non per alium actum; sed ipsa est actus sine omni potentia, ergo neque mouetur, neque moueri potest. Nam monstratum antea est, quod mouetur partim esse in actu, partim in potentia. Quod ergo nullius potentie potest esse particeps, nullatenus est mobile. Sed hæc suo loco persequemur fusius concedens ipsa prima causa.

¶ CAP. SEXTVM.

¶ Quoniam autem oportet motum semper esse, & non deficere, necesse est esse aliquid perpetuum primum mouens, siue vnum, siue plura, & primum mouens immobile. Quodcumque igitur eorum quæ immobilia quidem sunt, non mouentur autem, perpetuum esse nihil ad præsentem sermonem. Quod autem necesse est esse aliquid ipsum quidem semper immobile omni externa mutatione, & omnino, & secundum accidens, motiuum autem alterius consistat hoc modo considerantibus. Sit autem, si quis vult, in aliquibus contingens, vt sit aliquando, & non sit sine ortu & interitu. Fortasse enim necessarium, si quid impers aliquando quidem est, aliquando autem non est sine mutatione, aliquando quidem esse, aliquando autem non esse quodcumque tale, & principiorum quidem eorum, quæ sunt immobilia motiua autem aliqua, aliquando esse, aliquando autem non esse. Contingat & hoc, sed haud quaquam omnia quidem possibile est, constat enim causam quandam esse in his, quæ ipsa seipsa mo-

uent, vt aliquando sint, aliquando non sint, omne enim quod ipsum mouet se ipsum, necesse est habere magnitudinem, si nihil impers mouetur, quod autem mouet nulla necessitas ex dictis. Vt igitur alia quidem generentur, alia autem corrumpantur, & vt hoc sit continue nulla causa est immobilitum quidem non semper autem existentium, neque ipsorum, quæ semper hæc mouent, horum autem alia. Eius enim quod semper, & continui, neque quodcumque ipsorum, neque omnia causa: nam ipsum ita habere perpetuum necessarium, omnia autem infinita, & non simul omnia existentia. Constat igitur quod erit millies decem principia eorum quæ immobilia sunt, mouentia autem, & multa eorum quæ ipsa seipsa mouent, corrumpantur tamen, alia rursum generentur, & hoc quidem immobile existens, hoc mouet, alterum autem hoc. Sed nihilominus est quod continet, & hoc præter quodcumque existens, quod est causa, vt hæc quidem sint, hæc autem non, & perpetua mutationis. Et hoc quidem his, hæc autem alijs causa mutationis: si quidem igitur perpetuus est motus, perpetuum etiam erit quod mouet primum, si vnum, si autem plura, pluraque perpetua. Vnum autem magis quam multa, & finita quam infinita oportet existimare, eisdem enim semper euenientibus, finita magis accipiendum: nam in rebus naturalibus oportet quod finitum, & quod melius, cum possit accidere magis. Sufficiens

autem est vnum, quod primum immobilitum perpetuum existens, erit alijs principium motus. Constat autem & ex hoc, quod necesse est esse aliquid vnum, & perpetuum, quod primum mouet: monstratum enim est necessarium esse motum semper. Si autem semper, necesse est & continuum esse: etenim quod semper continuum, quod autem deinceps non continuum. Verum si continuus vnus, vnus autem ab vno mouente, & vno moto: si enim aliquid aliud, & aliud mouebit, non continuus, aut totus motus, sed deinceps.

¶ Monstrare incipit, illud primum mouens, quod immobile esse antea probauerat, esse perpetuum, & vnum. atque demonstras hoc non iniquam redit ad probandum hoc ipso capite esse immobile. Primum ita argumentatur, Quandoquidem necesse est motum semper esse, & nunquam deficere, necesse est esse aliquod primum mouens, siue vnum, siue plura (vnu esse probabit paulo post) & primum mouens immobile, quia si deficeret illud primum mouens, deficeret motus, si ergo huc nunquam posse deficere probatum est antea, fit vt necesse sit primum mouens semper esse immobile esse, non hinc fit, sed licuit Arist. illud conclusioni argumenti adiungere, vt pote antea probatum. Deinde Arist. vt qui nolit nisi quae magnopere ad rem faciant disputare, dicit, esse omnia ea quae immobile sunt & non mouentia, cuiusmodi sunt vniuersalia quae considerat Metaphysicus, perpetua nihil facere ad praesentem dispositionem. Non enim si omnia immobiles, non mouentia perpetua sunt, proinde & immobiles mouentia perpetua erunt. Et sic autem semper aliquid ipsum quidem immobile omni mutatione externa (dixerit a bitror mutatione externa, ut deneget primae causae cognitione sui ipsius, quae Plato reflexionem in seipsum appellauit) & omnino, & secundum accidens (hoc est, vt neque per se moueatur, neque mota alio, vt cum corpore ani-

mus) Motuum autem alterius, constat (inquit) considerantibus hoc modo. Verum vt modum, quo Arist. disputat, assequar, inaequellige acti ita diceretur, Videtur sane si illud, quod primum mouet, recte probatum est esse immobile, fieri vt sit perpetuum: nam si est sine omni motu, est etiam sine ortu & interitu, quod si sine ortu & interitu, videtur non posse aliquando esse, & aliquando non esse, sed esse perpetuo. Verum demus hoc non recte colligi, & concedamus, si quis vult, posse aliquid esse aliquando, & aliquando non esse sine ortu & interitu: nam fortasse est hoc necessarium, si quid imperis, vt puncta, aliquando est, aliquando non est, aliquando esse, & aliquando non esse quodcumque tale sine ortu & interitu. Nam ortus & interitus est corporum naturalium, indiuisibilia vero neque ortu, neque interitum habent. Demus itaque (inquit) posse aliqua, quae neque ortu, neque interitum habeant, non semper esse, demus etiam (inquit) & hoc, aliqua eorum principiorum quae sunt immobiles, motua autem esse aliquando, & aliquando non esse, velut animas, & si quae alia sunt immobiles principia mouendi. Sed quaequae concedamus res impartibiles, & quaedam mouendi principia posse esse nunc, & nunc non esse sine ortu & interitu, tamen omnia impossibile esse ita habere, vt sint scilicet, & non sint, quin generentur, & intereant. Nam in his, quae seipsa mouet, in animabilibus scilicet, causa quaedam est, vt sint & non sint: nam omnia habent magnitudinem, sunt 3 corpora quaedam concreta, & proinde corruptioni, ortuique obnoxia: quare illa non sine ortu & interitu tunc sunt, & nunc non sunt, sed semper oriuntur & intereunt. Quod autem mouet, nulla (inquit) necessitas ex dictis, hoc est, id autem quod mouet, ex dictis constat haud quaquae necessarium esse, vt habeat magnitudinem, neque ortu, neque interitum, animalia vero, quae non solum mouent, sed etiam mouentur, necesse est, vt haec habeant, orienturque, & intereant. At qui eterna illius necessitationis ortu, & interitum, causam aliquam esse oportet, ea verum non potest esse aliquid eorum, quae sunt immobiles, sed non semper sunt, neque ipsorum (inquit) quae semper haec mouet, horum autem alia, hoc est, horum corruptionum mouendorum cause sunt semper, quae haec mouet, & illorum alia, quae mouentur, & rursus illorum alia, vt mei generandi pater, patris auius, aui atau non (inquit) hoc est causa, nam eius quod est semper, & quod

contit

continuum, neque quodcunque ipsorum, singularium scilicet corporum, neque simul omnia, causa esse potest. Causa enim, quod est æternum, æterna etiam esse debet, atque ipsum ita habere, hoc est, res oriri & interire, perpetuum esse necessarium, quodcumque autem est corruptibile, & omnia sunt infinita, neque contentiva simul quare neque quodcumque, neque omnia possunt facere illa successione perpetuam ortuum & interitus. Nam constat (inquit) quod est decies mille principia eorum que immobilia sunt & mouentur, accipiuntur multa eorum que seipsa mouent, & multa animalia, que corrumpantur rursum, alia generantur, & hoc quidem principium immobile existens mouet hoc, ut quodcumque animal mouet sua anima, & alterum animal hoc generat, ut Petrus Ioannes, & Ioannes Martinus, nihilominus est quiddam præter hæc, quod illa omnia continet (continent scilicet, non vtræ dicitur nos continere, sed virtute & potentia) quod est causa, ut quædam sint, & quædam non sint, id est, ut generetur nunc hæc singularia potius quam alia, quæ ab eisdem causis videbatur posse generari, & ut mutatio sit perpetua, & hæc quidem his, hæc autem aliis sunt causa mutationis. hoc est, hæc corpora ab illis mouentur, & illa ab aliis, tamen ut perpetua mutatio sit, neque hæc, neque illa faciunt, sed illud, quod continet, mouetque omnia. Igitur (coligit) si motus est perpetuus perpetuum etiam erit: mouens primum, si vnum est: si multa, erit multa perpetua. His dictis probat magis esse consonum rationi esse vnum, quam multa: quia in naturalibus, hoc est, inter disputandum de rebus naturalibus, nisi necessitas cogat, nunquam debent poni pro vno multa, neque pro finitis infinita: quare eisdem rebus semper euenientibus, hoc est, cum perinde euenit, siue ponatur vnum, siue multa, aut finita, siue infinita, vnum magis, & finita esse accipiendam est: nam hoc est melius, & Philosophus nihil debet ponere superfluum: sed sufficit ad perpetuitatem motus poni vnum quod primum moueat (nam illud perpetuum cum sit, erit causa perpetui motus) propter ergo existimare vnum esse, quod primum mouet. Probat deinde vnicuique argumeto, id quod primum mouet, esse vnum & perpetuum, & esse vnicuique primum mobile. Monstratum (inquit) est, necessarium esse motum semper, si autem necessè est esse semper,

necessè etiam est continuum esse: nam quod semper est, continuum est, quod deinceps est, non est continuum, velut libro quinto indicatum est: atque si motus est continuus, est etiam vnum, si est vnum, ergo ab vno mouete, & in vno immoto. Nam si non sit id quod primum mouetur, sed causa prima moueat aliud & aliud, non erit continuus & idem motus, sed deinceps. Itaque hic iam inuenit Aristoteles mentionem primi mobilis, de quo paulo post est fusius disputaturus, doceretque esse vnum motum continuum, non solum ob perpetuas vicissitudines, hoc enim non dicit esse propriè continuum, sed deinceps, sed etiam eo quod vnum aliquid ab vno aliquo eodem motu mouetur semper. Mihi verò nondum videtur ex his effici posse esse aliquod primum mobile: nam antea illud vnum erat monstratum motum semper esse, esse autem semper eundem & perpetuum, non erat monstratum, quin potius monstratum erat seruari semper motum in illa perpetua rerum successione, & vicissitudine. Neque Aristoteles arbitror putauit, hoc argumentum ad confirmandum hanc sententiam esse satis efficax, sed voluit se insinuare in futuram de primo mobili disputationem.

¶ Ex his ergo credit aliquis esse aliquod primum mobile, & rursum respiciens ad principia eorum que mouentur, esse res quasdam, que aliquando quidem mouentur, aliquando autem quiescunt, constat, & ob hoc fiebat manifestum neque omnia moueri, neque omnia quiescere, neque alia quidem semper quiescere, alia autem semper moueri. Nam que ambigunt, & potentiam habent aliquando mouendi, & aliquando quiescendi, demonstrationem ipsorum exhibent. Quoniam autem hæc omnibus sunt manifesta, volumus autem demonstrare & duorum vtramque naturam, hoc est, alia quidem semper immobilia, alia autem semper mouentur, procedentes autem in hoc, & ponentes omne quod mouetur

ab aliquo moueri, & hoc esse aut im-
mobile, aut quod moueatur, & quod
mouetur, aut à seipso, aut ab alio sem-
per, processimus ad accipiendum eorū
quæ mouentur esse principium, eorū
quidem quæ mouentur, quod ipsum se
ipsum mouet, omnium autem quod im-
mobile. Videmus autem & manifestè
esse res huiusmodi, quæ mouent ipsæ
se ipsas, velut genus animatorum, &
animalium: hac igitur & opinionem
prebent, ne fortè contingat motū suc-
cedere, qui non sit omnino, eo quod in
his videmus nos hoc accidere, nam quæ
aliquando sunt sine motu, mouentur
rursus, ut videtur, hoc igitur oportet
accipere, vnum motum ipsa mouere,
& hunc non propriè, nō enim ex ipso
causa, sed insunt aliī motus natura a-
nimalibus, quibus non mouentur per
se, ut accretio, & decretio, respiratio,
quibus mouetur quodcumque anima-
lium quiescens, & non motū, eum qui
ex ipso est motum. Huius autem cau-
sa quod continet, & multa ingredien-
tium, ut quorundam alimentum, cum
coquitur enim dormiunt, cum separa-
tur autem excitantur, & mouent se-
ipsum primo principio extrā existente.
Quæ propter non semper mouentur cō-
tinue à seipsis, aliud enim est quod
mouet ipsum, quod mouetur, & mu-
tans ad quodcūq; mouentiū seipsum.
In omnibus autē his mouetur id quod
mouet primum, & causa mouendi
ipsum seipsum à seipso, secundum ac-
cidens tamen: mutatur enim loco cor-
pus, quare & quod in corpore est, &

quod in velle, mouens seipsum. Vnde
contingit credere si quid est immobi-
lium, mouentium autem, & ipsorum,
quæ mouentur secundum accidens, im-
possibile esse perpetuum motum moue-
re: quare siquidem necesse est continen-
ter esse motum, esse aliquid oportet pri-
mum mouens immobile, & non secun-
dum accidens, si futurum est, ut dice-
bamus, ut sit in rebus motus aliquis,
qui nunquam cesset, neque pereat, &
manere, quod est ipsum in seipso, &
in eodem: nam manente principio, ne-
cesse est & totum manere, cum sit con-
tinuum ad principium. Nō est autem
idem moueri secundum accidens, à se-
ipso, & ab alio: nam ab alio inest qui
busdam etiam principijs eorū quæ in
cælo sunt, quæcumque multis mouen-
tur motibus, aliorum autem corrupti-
bilibus solum. Verū si est aliquid hu-
iusmodi, quod mouet quidem, immo-
bile autem & ipsum perpetuum, ne-
cesse est & primum, quod ab hoc mo-
uetur, perpetuum esse. Est autem hoc
manifestum etiam ex eo quod non erit
aliter ortus & interitus, & mutatio
alijs, nisi aliquid moueat, quod mouea-
tur. Nam quod est immobile eodē scilicet
per mouebit, eodē modo, & vno mo-
tu, tanquam nihil ipsum mutatum ad
id quod mouetur: quod autem moue-
tur ab eo quidē quod mouetur, ab im-
mobili autem mouetur iam, quia ali-
ter & aliter habet ad res, non eiusdem
erit motus causa, sed quia in contra-
rijs erit locū, aut formis, contrarijs mo-
dis erit motum quodcumque aliorum,

Et aliquando quidem quiescens, aliquando autem motum. Manifestū ergo factum est ex dictis, et quod circa principia dubitabamus, nunquid aliquando omnia vel moventur, vel quiescunt: aut alia quidē mouētur semper a lia aut semper quiescunt, sed quadā aliquando quidē, aliquando autē nō. Huius enim causa manifesta est nunc, quod haec quidem ab immobili moventur perpetuo, quare semper mutantur, haec autem à moto, et quod mutantur, quare et ipsa necesse est mutari: quod autem est immobile (ut dictum est) velut quidem simpliciter, et eodem modo, et in eodem manēs, vnum et simplicem mouebit motum.

¶ Repetit nunc quadam eorum, quae de primo mouēte, et primo mobili capite. 3. libri huius differunt. nimirum illic monstrauit esse aliquid, quod semper quiescat, & aliquid quod semper moueatur: nunc de primo mouente immobili, & de primo mobili volens apertius differere, quod illic est disputatum repetit. Ex his (inquit) crederet aliquis (ex dictis scilicet) esse aliquid primum immobile, & totum respiciens ad principia eorum quae movent, hoc est, ad ea principia, ad quae referuntur rerū omnium motus. Esse ergo res aliquas (hinc incipit repetitio) quae aliquando mouentur, & aliquando quiescunt, constat, & ob hoc demōstrabamus, neque res omnes moueri, neque omnes quiescere, neque quasdam semper moueri, quasdam semper quiescere, ita ut nullae mouerentur, & quiescant alternatim. Nam res, quae ambigunt, & potentiam habent mouendi aliquando, & aliquando quiescendi, demonstrationem horum exhibēt. Sed quoniam (inquit) haec omnibus sunt manifesta, putā quae aliquando quiescunt, & aliquando mouentur, volumus autē de monstrare, & naturam triuque duorum, hoc est, alia esse semper immobilia, alia autē quae semper mouentur, praeter alia scilicet, quae nunc mouentur, nunc quiescunt, procedentes autē in hoc, hoc est, huc utq; in de

monstratione cum peruenissemus, accipientes omne quod mouetur ab aliquo moueri, id est quod mouetur, aut esse immobile, aut moueri, & id, quod mouetur, aut à se ipso, aut ab alio semper, processimus ad accipiendū (hoc est, collegimus) eorū quae mouētur, principii quoddam esse. In rebus quidē, quae omnes mouētur, procedebamus ut quae ad aliquid, quod mouetur à se ipso, ut lapidis, baculus, manus, & homo: in omnibus autē rebus mundi principii esse, quod in mobile. Ita procedebamus illo capite disputantes, conludēbat utq; velut & hoc capite, referri omnium rerū motū ad aliquid immobile, quod est perpetuus rerū motus. A uero erat illo loco obiectio, quā & hic repetit. Videmus manifestē esse res quae mouēt ipse se ipsas velut genus animatoium, & animalium (animalia inquit sunt tantū, quae sensu praedita, anima ta, quae vitūq; viuūt) haec igitur & opinionē praebet, ne forte contingat motū succedere, qui nō sit omnino. hoc est, ex his videt fieri ut possit in rerū vniuersitate incipere motus, qui nūquā fuerit, quod si fit, tō erit motus eternus. Suspicio, autē aut opinio haec fit, quia videm⁹ hoc animalibus accidere, ut nūc sunt omnino sine motu, nunc moueri incipiūt: quod ergo vni animalium accidit, videtur & vniuersitati rerū accidere posse. Huic obiectio in illo loco responderat, quod modo dō etiā respondet, putā animal nō omni motu moueri à se, sed vni quodā, eo scilicet motu, qui dicitur motus animalis, hic est latitio libera, & voluntaria, ut progressio, neque hoc quidē motu proprie moueri à se ipso. Probat ut utq; primum solo hoc motu moueri animal à se ipso, quia habet alios motus, quibus nō mouetur per se, ut accretionē, & decretionē, & respirationē, quibus mouetur quodcūq; animalium quiescēs, & nō motū eo motu qui ex ipso est. Causa autē huius (ingit) est quod continet, ut aēr, qui nos ambit, & multa ingrediētium, ut aēr, qui inter respirandum ingreditur, & alimentum quod tunc dam (animalium scilicet) quod cū coquitur multitudine vaporum obstructiuum caput, somnum conciliat, cum separatur, excitatur animal deficiente obstructionis causa. Certe multis motibus mouentur animalia, non à seipsis, tamen haec exempla non omnia sunt satis accommodata. Nā animal ipsum

*Respiratio
est motus
animae.*

nōnem

nionem, parum refert, modo hinc non accipias errandi causam, scilicet non defuerunt qui opinarentur respirationem esse motum naturalem. Probat deinde, neque motu animalis moueri à seipsis proprie, id est, scilicet ut moueatur à seipsis primo, quin aliquis motus prius ab aliqua extremorum excitetur. Nam mouent (inquit) sese principio extra existente, per à obiecto eo quod appetitū mouer, vnde nascitur motus animalis, quo fit ut animal et si moueatur à se, tamen non moueatur semper, quia est aliud extra se, quod allicit id quod mouetur, mutatque quodcumque animalium mouentium seipsa. Pater ergo hinc, cur et si animalis cuiusque motus incipiat, tamē totius orbis motus incipere non possit. nimirū animal nunc quiescit, nunc mouetur, quia nunc prouocatur ab externo aliquo, nunc nō prouocatur, tamen primum mouens cum sit, immobile, à nullo incipit prouocari, ut moueat, quare semper mouet. Atqui (addit) in omnibus his mouetur id quod mouet primum, anima scilicet mouetur in omnibus animalibus, & causa mouendi ipsum seipsum à seipso, hoc est, causa qua animal mouet ipsum se ipsum (hæc est anima) mouetur in animalibus, sed secundum accidens: nam quia mutatur loco corpore, mutatur etiam cum eo quod in corpore est, velut accidit in vecte, qui mouet seipsum, nimirū pars vectis, ex qua maius pondus pender, facit partem reliquam sursum ferri, quia pars illius est. Hinc (inquit) sit, ut si id quod est immobile, mouet autē, et si sit immobile per se, est mobile per accidens, velut animantis anima nō possit perpetuū mouere, nimirum ut neque anima, si ergo motum necessi est continenter esse, oportet aliquid esse primum mouens immobile omnino, & per se, & per accidens, si inquam futurū est, ut dicebamus, ut sit aliquis motus in rebus, qui nunquam cesset, neque pereat, & necesse est manere quod est ipsum in seipso, & in eodē. Nā manente principio, necesse est, & totū manere, cum sit cōtinuū ad principium, hoc est, necesse est primā causam (hæc enim vocat quod est, quia proprie, ac per se sola ea est, quæ phrasia etiam in sacris literis frequenter occurrit) manere semper in eodem neque per se, neque per accidens mutationem subiens, ut manente principio, maneat vnuersum, & per se ueretur eodem modo semper fluens, cum sit cōtinuū ad principium, id est, potentia, &


virtute illius attingatur, non enim physice est continuus cælo Deus. Explicat deinde qua ratione dicas moueri per se, aut per accidens dicit, nō idem esse moueri per se, aut per accidens, quod à se, aut ab alio: nam ab alio mouentur quædam etiam principia eorum, quæ sunt in cælo, id est, quidam cæli orbis, & quædam alia (hec enim vocat principia motus, quia omnes rerum infernarū motus à principii illis fluunt) quæcumque scilicet multis mouentur motibus, velut solum dicunt moueri motu totius cæli ab oriente in occidentes raptū à primo mobili, & motu aliquo proprio ab occidente in orientes, tamen alterum, hoc est, moueri per accidens solum congruit rebus corruptibilibus, quæ infra cælum sunt. His dictis demonstrare aggreditur esse aliquod primū mobile ipsum etiam perpetuū, quia videlicet si res omnes moueantur per se à prima causa quæ est immobile, ac nō potius ab aliquo quod semper eodem modo moueatur, ab eo quod est immobile, esse poterit ortus, & iteritus, & mutatio. nam illud quod est immobile eodē modo semper mouebit, utpote quod in se nihil est mutatum, sed id, quod mouetur, quia aliter, & aliter habet ad res, & sit in contrariis locis, aut formis, non erit eiusdem semper causa motus, sed variū: quare quodcumque horum contrariis modis mouebitur, & aliquando quiescet, aliquando mouebitur. Hinc colligit apertā decisionem eorū quæ circa principia huius disputationis dubitata sunt, nunquid aliquando omnia vel mouentur, vel quiescunt, aut alia quidē mouentur semper, & alia quiescunt semper, & quædam aliquando mouentur, aliquando autem non. Nam dictum est hoc modo habere, & huius causa constat iam nunc, quia videlicet hæc mouentur ab immobili, ut cæli eodem modo semper mouentur, hæc autem purā corruptibilia, mouentur à moto, & quod mutatur; ac prouide ipsa etiam mutantur, neque eodem modo, sed variè semper mutantur. hec Arist. Cæterum quod de primo mobili dicit, indiget admodum definitionem dicit oportere esse primum mobile, quod eodem modo semper moueatur, utpote motum à re immobili, res autem alias, quæ variè mouentur, orientes nūc, nūc intereuntes, moueri non à prima causa per se, sed ab eo, quod ab illa mouetur, nimirum censet si quidpiam à prima causa mouetur per se, debere semper & eodē modo moue-

*Animas
necesso.*

xi, aliòquin causam ipsam primam mutari, quòd si quis sibi intus persuadear, putabit statim non potuisse Deum, quòd non semper mouerit, aliquando cepisse mouere, quare neq; hanc rerum vniuersitatem fecisse, què nò antea fuerit, neque profectò posse Deum quicquam præter naturæ vires facere, neque eum quidem esse causam liberam, quèq; possit velle aliquid, aut secus in hæc omnia sunt cõsentanea Aristotelis sermonib⁹, qui cõser si quid faciat modò De⁹, aut velit, quòd non semper faciat, aut velit, mutatum esse Deum. nimirum intelligit, quòd hodie Deus facere incipit, hodie etiam incipere velle, & antea noluisse, velle autem vt solent homines quòd voluntatem, aut appetitum obiecta aliqua ratio mouerit. Verum in duobus modis fallitur, primo, quia non quò die facit Deus Adamum, cepit velle, sed ab æterno voluerat, imò vt melius dicam, ab æterno vult, nam vt dicit Plato in Deo neque est erar, neque erit, sed est: sed si ab æterno vult Adamum facere, cur non ab æterno facit: quia cerè non vult ab æterno facere semper, sed tunc facere, cum facit, & tunc facit, cum ab æterno vult facere: quare velle facere nõquam incipit, si verò facere incipit; hoc quidem non fuit ipsum mutari, sed mutari res alias. Ita si Deus ignem nunc generet per se, & eundem per se nunc extinguit, nihil mutatur, quia ab æterno vult generare, & extingue re illum ignem, cum generauit, & extinxit: ignis verò ipse mutatur est nõ mutato Deo. Deinde, quòd Deus vult, non vt homines vult, à ratione aliqua boni immutatus, neque enim bonum est, antequam à Deo amaretur, sed quia à Deo amatur bonum est. amat verò Deus res, non quoniam bonæ sunt, sed quia ipse est bonus: nam vt est ens primum & veri, ita primum & summum bonum. non ergo vt velit Deus aliquid opus est vt ab eo immutatus sit. Itaque quam iam id Aristò. non sit assequutus, potest Deus res singulas per se & variè sine primo mobili mouere, qui ipse subeat mutationem. At qui si nomine primi mobilis intelligas totum cælum haud dubium est, Deū cælo vt ad permouendas res, quæ ortui & incœtuiti obnoxie sunt, nam accessum & recessum solis referant ortus & interitus anni multarum rerum. Vtitur ramen cælo Deus, non quòd non possit nullam mutationem subiens per se hæc omnia vt cœu-

que mutare, sed quia disponit omnia suauiter, hoc est, summo quodam ordine, qui illius sapientiam possit declarare, dedit aliis superiores, aliis inferiores vires, rerumque alias aliis materiam, alias artifices esse fecit. Cæterum si nomine primi mobilis intelligatur supremus ille orbis, qui diurno motu reliquos permouet, hoc ne esse quidem omnino ego puto, imouero esse rem quandam superuacuum, quæ à philosophicis assertionibus debet, vt Aristò. ipse dicebat, esse alienissima. Quid enim me cogit affirmare solem in orientem euntem, & in occidentem raptum, diurnum cursum percurrisse, ac motum esse contrariis motibus: an nõ satius ille orbis, qui diurno motu percurrere quotidie totū cælum vno gradu minus, inclinantem in cœli latera secundum amplitudinem Zodiaci: quid alienius ab æternis, diuinisque illis corporibus tanta repugnantia, & contrarietate? quid fieri potest vt vis primi mobilis non repugnet intelligentiæ, quæ fert solem ab occidente? quòd si intelligentia, quæ finit potentia est, cum repugnantia mouet, necessò est vt aliquando defangata aut dormiat, aut omnino deficiat: signentur ergo est, quòd de contrariis cœlorum motibus affirmant, quòd quidem signentum vtile est Astrologis, nam ponentes varios motus, & excoerigantes varios polos, motus illos metiuntur, & cuiusque astri quocunq; tempore locum inueniunt, tamèn hæc apud illos est positio quedam artificiosa: non quòd reuera cœli ab aliquo superiori rapiantur, sed quòd ad agnoscendum cuiusque astri motum ita putare oporteat, ac si hæc raperetur, & illac veller tendere. Itaque ita ponere Astrologis ad suam artem permittendū est, qui nihil aliud curant, quàm inuenire motus astrorum quacunq; ratione, Philosophis verò, qui ipsas rerum naturas inuestigant, non est fortasse permittendum. Nam quid stultius, quàm si quid video mouerent in hac figura ab A in D.

putare A tendens in C, & raptum in B venisse in D: cum liceat dicere A venisse in D. Itaque ego dixerim cœli orbem moueri semper ab oriente in occidentem per meridiem obliquè secundum Zodiaci angul-



amplitudinem, ita vt neque cornus solis, neque alius orbis punctus, describat eandem lineam hodie quam heri, sed vltimo anno percurrat lineam, quam vocat vulgo gyrationem. Ceterum quia hic motus super aulis polis quiescentibus fit, optime faciunt Astrologi, imaginantes duplices polos, & duplicem motum, quia hinc nascitur optima ratio mensurandi motum, nulla alia ratione melius mensurabilis fortasse. Sed de his alio loco dicemus fustius: nunc illud vnum dicimus, esse quidem primum mobile, quis hoc amat rerum ordo, id verò esse totum cælum: nam ne Aristoteli quidem posuit cælum aliquod prius his quæ astra deserunt, sed vt constat ex 1. libr. de cælo cap. 12. stelliferi putavit esse primam lationem: qui si cognouisset duos aut tres eius orbis motus, quos Astrologi hodie asserunt, haud scio an aliud posuisset, vt hodie Aristotelici ponunt vacuum omnibus stellis, an illud superuacaneum putans totum cælum primum mobile poneret, vt & nos ponimus.

CAP. SEPTIMVM M.

Ceterum & aliud facientibus principium magis erunt hæc manifesta. Considerandum enim, nunquid contingat motum aliquem esse continuū, an non, atque si contingit, quis est ipse, & quis est primus motuum. Constat enim siquidem necessarium est esse semper motum, primum autem hic, & continuus, primum mouens mouere hunc motum, quem necessarium est esse hunc, & continuum, & primum. Cum autem sint tres motus, & qui secundum magnitudinem, & qui secundum passionem, & is qui secundum locum, quem vocamus lationem, hunc necesse est esse primum. Impossibile enim accretionem esse alteratione non præcunte: nam quod auge-

tur, vt simili augeatur, est autem vt dissimili, contrarium enim alimentum dicitur contrario: augeatur autem, omne quod factū est simile simili. necesse est igitur alterationem esse eam, quæ est in contraria mutatione. Verum si alteratur opus erit vt sit quod alteret, ea quod faciat ex calido potentia actua calidum. Constat ergo, id quod mouet, non eodem modo habere, sed nunc propius, nunc longius ab eo quod alteratur esse. hæc autem sine latione non possunt contingere: si igitur necesse est semper motū esse, necesse est & lationem esse semper primum motuum, & lationem esse semper primū motuum, & lationem, si est alia prima, alia secunda, primam. Præterea, omnium passionū principium, densatio & rarefactio, etenim graue, & leue, molle & durum, & calidum & frigidum, densationes videntur, & raritates quedam esse, densatio autem & raritas, cōgregatio & segregatio, secundum quas & generatio & corruptio dicitur substantiarum: cōgregata autem & segregata necesse est etiam secundum locum mutari. Verum & eius quod augeatur aut minuitur, mutatur secundum locū magnitudo. Præterea, hinc etiā cōsiderationibus erit manifestū, lationē esse primū motum. Nam primum vt in alijs, ita & in motu dici potest multis modis. Dicitur enim prius, quo nõ existente, nõ erit alia, illud autem sine alijs, & quod tēpore, et quod secundū substantiā, quare quādo quidem motū necesse est esse continenter, sit autem continenter is qui continuus, aut qui deinceps:

*magis autem continuus, & melius
 continuum esse quam quod deinceps.
 quod autem melius semper accipimus
 in natura acciure, si possibile sit, pos-
 sibile est autem continuum esse: de-
 monstrabitur vero postea, nunc au-
 tem hoc ponatur, & huiusmodi nul-
 lum possibile est esse, sed lationem: ne-
 cesse est igitur lationem primam, non
 enim necesse est augeri, aut altera-
 ri quod fertur, neque igitur genera-
 ri, aut corrumpi. Horum autem
 nullus sit, nisi continuus sit, quem
 mouet primum mouens. Adhuc
 tempore primum, is enim solum,
 que perpetua sunt, accidit moueri
 hunc. In vnoquoque autem eorum,
 que habent orum, lationem neces-
 se est esse vltimum motum: nam post
 ortum vltimum alteratio, & accre-
 tio, latio autem iam perfectiorum est
 motus: sed aliud necesse est motum
 prius secundum lationem, quod &
 generationis causa erit is, qua gi-
 gnuntur, non genitum, ut quod ge-
 nerat, eius quod generatur. quis-
 pe videri possit generatio prior esse
 motibus ob hoc, quia generari oportet
 rem prius. Quod autem in vno
 quocunque eorum, qua fiunt, ita
 habet, sed alterum aliquid necesse
 est moueri, ante ea que generan-
 tur, existens quidem ipsum, & non
 genitum, & hoc alterum prius.*

Quoniam autem generationem im-
 possibile est esse primam (omnia e-
 nim que mouentur essent corrupti-
 bilia) constat neque eorum motuum,

qui sunt deinceps, quoniam esse
 priorem. Voco autem deinceps ac-
 cretionem, deinde alterationem, &
 diminutionem, & corruptionem: om-
 nes enim posteriores generatione:
 quare si neque generatio est prior la-
 tione, neque aliarum mutationum
 quapiam. Vniuersim autem videtur
 id quod sit imperfectum, & in prin-
 cipium abiens, quare & quod gene-
 ratione posterius, natura prius esse:
 vltima autem accidit latio omnibus,
 qua generantur. quo fit, ut quadam
 viuentium omnino sint immobilia ob
 penuriam organi, ut planta, & mul-
 ta animalium genera. Quibusdam
 autem perfectis iam accidit, quare si
 magis accidit latio, is que magis ac-
 ceperunt naturam, & ipsa latio sit
 prior alijs secundum substantiam, &
 ob hac, & minus quam alijs omni-
 bus moribus recedit a substantia, id
 quod mouetur latione. Nam secun-
 dum solam eam nihil mutatur ipsius
 esse, ut eius quod alteratur, quod qua-
 le, eius, quod augetur, & minuitur,
 quod quantum. Maxime autem con-
 stat, id quod mouet ipsum seipsum huc
 qui secundum locum, mouere maxime
 proprie. Atqui dicimus hoc esse eo-
 rum, que mouent, & mouentur, prin-
 cipium, & primum is que mouentur,
 quod ipsum seipsum mouet.

¶ Hæc ipsa, que de primo motore, & primo
 mobili dicta sunt, dicit facta alio principio,
 à motu scilicet ipso fieri magis manifesta-
 nimirum hæcenus disputauit de primo mo-
 tore, & primo mobili, nunc inuestigare
 incipit, qui sit primus motus, hoc autem

inuentorufam redibit ad primū mobīle, & motorem primū illud enim erit primū mobile, quod illo motu mouebitur ſemper, & continenter: primus autem motor, à quo ita mouebitur. Considerandum ergo (inquit) an ſit aliquis motus cōtinuus, an non, atque ſi eſt, quis eſt, & quis eſt primus moruunt. Nam ſi neceſſarium eſt eſſe ſemper motum, & ſit aliquis primus, & cōtinuus, primus motor proculdubio mouebit illum motum. Facta hac propoſitione, affirmat, probatque argumentis Ariſt. primū motū eſſe latōnem. Cūm (inquit) ſint tres motus, qui ſecundū magnitudinem, & qui ſecundū paſſionem, & qui ſecundū locum, quem vocamus latōnem, hūc neceſſe eſt eſſe primū. Probat hanc aſſerionem primū hoc argumento. Nullus a horum motuum fieri pot. eſt, quin latio fiat prius, hic ergo eſt motus primus. Nam vt fiat accretio, neceſſe eſt fieri alterationem prius, augetur enim quiduis dimēto, quod in primis eſt contrarium, deinde ſit ſimile: ergo opus eſt alterante, quod faciat, id quod erat potentia ſimile, actū ſimile. At vero alterationem neceſſariō antecedit latio, quia nihil alterat ante quam è remoto factum eſt propinquum, quod ſine latōne fieri non poteſt. Si ergo neceſſe eſt ſemper eſſe motum, neceſſe eſt latōnem ſemper eſſe motum primū, & ipſarum latōnem, ſi alia alijs priores ſunt, primam omnium. Addit deinde aliud argumentum, quod quidem ex placitis antiquorum acceptum eſt. Verūm monuimus iam ſæpe familiare eſſe Ariſtotele in ſua ſententiæ confirmationem alienis etiam placitis vti, ſi quando videntur poſſe iuuare, quia nulla ratione fieri poſſit melius, vt aſſeritio ab omnibus accipiatur. Non ergo putandum eſt Ariſtotelem hūc aſſerire primas paſſiones eſſe congregationem & ſegregationem, neque congregationem & ſegregationem omnia quouis modo alterari, & gigni, & interire. Sed hoc ex aliorum ſententiā poſito, colligit latōnem eſſe primū motuum, quia congregatio, aut ſegregatio non poteſt ſine latōne fieri. His dictis redit ad argumentum primū, additque modō, etiam citra alterationem eſſe ad accretionem latōnem neceſſariam. Nam cūm res augetur, aut minuitur, mutat ſecundum locum magnitudō, hoc eſt ipſum corpus (nō enim magnitudō locum

mutat) mouetur ſecundum locum, in maiorem, aut minorem. Deinde diſtinguit quomodo poſſit aliquid dici alio prius aut poſteriorius, docetque his omnibus modis latōnem eſſe primam. Poteſt (inquit) vt in alijs omnibus rebus, ita & in motibus dici prius id quod ſine alijs eſſe poteſt, alia verō non poſſunt ſine eo, & tempore, & ſecundū ſubſtantiam. hoc eſt, quod habet rationem cauſæ, aut eſt prius tempore, aut prius dignitate. Primū probat, latōnem eſſe primū motum primo modo. Neceſſe eſt (inquit) ex dictis iam ſæpe, motum eſſe continenter, & citra intermiſſionem: continenter autē ſi ri poſſit motus, qui ſit cōtinuus, aut qui deinceps (quid ſit cōtinuus, & deinceps ſuprà factis iam explicatum eſt) atque multo melior ratio perpetui eſt in continuo, quā in eo quod deinceps, ſed in naturalibus ſemper ſit quod melius, ſi fieri poteſt, ſed fieri poſteſt, vt ſit motus cōtinuus, atque cōtinuus nullus fieri poteſt, niſi latio, vt poſtea monſtrabitur, ergo latio eſt primus motus, qui ſemper eſt. Nam non eſt neceſſe vt aliquid moueatur loco, illud alterari, aut augeti, neque generari, aut corruptipitamen nihil horū fieri poteſt, niſi ſit motus ille cōtinuus, quem mouet primū motus, quem monſtratum eſt eſſe latōnem. Nam in mobilibus, quæ ordinem habent, ſi ceſſat prius, ceſſant poſteriora: ergo primo hoc modo latio eſt primus motus. Deinde probat tempore etiā eſſe primū. Nam corpora ea ſolū, quæ æterna ſunt, & nulli interitui obnoxia, cuiusmodi cœli, contingit moueri illa æterna & continua latōne: quæ verō habent ortum & interitum, alterantur, & augetur. Cūm ergo æterna priora ſint tempore omnibus naſcentibus, latio erit priore tempore alteratione, & accretione. Ne intelligas Ariſt. dicere fuiſſe tempus aliquod ante quam alterationes, & accretiones: nō enim ita ſenſit, ſed eſſe illa latōnem tempore priora rem quacūque alteratione, & accretione, quia hi duo motus in nulla re æterna ſunt, ſed ſolū in corruptibilibus. Atqui addit in quocūque eorū, quæ intereunt, eſſe latōnem vltimum motum, nam prius orientur, deinde alterantur, & creſcūt vltimō, perfectis vel aliquatenus ſā perfectis accidit motus ſecundum locū. Tamen non proinde ſit, vt latio ſit motus vltimus: nā ante illa omnia, neceſſe eſt aliquid aliud prius motum eſſe loco, quod fuerit cauſa generationis

Ariſtote.
ſæpe vtitur
alienis placitis.

his rebus quæ generantur, ipsum quidem ingentum, velut celum, quod ingentum quidem ipsum, aliis est causa generatio- nis, velut generans est causa ei quod gene- ratur, eodem scilicet causa genere est causa meæ generationis celum, quo pater. Nam videri (inquit) possit generatio esse mutationum prima, quia res prius generantur, deinde alterantur, crescunt, & moventur loco, sed in vnoquoque eorum, quæ corruptibilia sunt, ita habet, gene- ratio est prima, & latio vltima, tamen sim- pliciter haud quaquam. Nam ante omnia ea quæ generantur, necesse est alterum ali- quid moueri, existens quidem ipsum & non genitum, sed æternum, & hoc alter- tum est prius omni generatione. Rursum addit aliud argumentum, Generatio non potest aliis omnib⁹ mutationibus esse pri- or, quia fieret vt omnia mobilia essent cor- ruptibilia, quod falsum esse monstratum est, cum monstratum sit primum mobi- le esse æternum, sed si generatio non pos- set esse prima mutationum, multo minus aliqua aliam, quæ post illam sunt deinceps, puta alteratio, accretio, minutio, aut interitus. quod si nullus horum motuum potest esse primus, superest latioem esse motum primum tempore etiam. Probat deinde esse etiam primum dignitate tribus argumentis. Primo, quia omne quod fit, v. dicitur imperfectum esse, & abire in prin- cipium nature, hoc est in suam perfectionem, quare omne quod generatione est pos- terius, est natura & perfectione prius sed in omnibus, quæ sunt, latio accidit vltima, quibusdam enim videntibus omnino non inest, quibusdam iam autem accidit iam aliquate- nus perfectis. si igitur latio tunc magis ac- cidit rebus, cum maximè sunt consequutæ perfectionem nature, constat esse eam na- turam primam. Deinde, latioem non rece- ditur à natura velut aliis motibus: nã quod alteratur amittit qualitatem, quod crescit aut decrescit, quantitatem, quo feratur nihil opus est, vt amittat res, eorum quæ ipsi insunt, suntque interna. ergo magis se- cundum naturam, priorque dignitate est latio. Tertio, quia is motus est, qui prop- riè inest his quæ movent seipsa, puta ani- malibus: non enim alio loco dicuntur, mo- uentia seipsa, sed quia movent loco: arqui dictum est ante, decurrendo per omnia, principium mobilitatis esse aliquid mouens

immobile, tamen decurrendo per ea so- lum quæ moventur, principium esse id quod mouet seipsam, eum ergo motum, qui huic inest, contentaneum est esse pri- mum dignitate, quia est in præstantissimis mobilium. hæc Arist. Quod dicit nullum motum præter rationem esse continuum, qua ratione intelligitur, & quatenus verum sit, postea dicemus.

¶ Quod quidem igitur motuum la- tio prima, constat ex his. Quæ autem latio prima, nunc demonstrandum. Si- mul autem quod nunc, & prius etiam positum est, contingere motum ali- quem esse continuum, & perpetuum, manifestum erit eadè methodo. Quod quidem igitur alterum motuum nullum contingit continuum esse, ex his ma- nifestum. Omnes enim ex contrarijs in contraria sunt, & motus & muta- tiones: vt generationi & corruptioni, quod est & quod non est, remittit: alte- rationi autem contrariæ passiones: ac- cretioni autem, & decretioni magni- tudo, & exiguitas, aut perfectio ma- gnitudinis, & imperfectio. Contrarij autem qui in contraria, quod autè nõ semper moventur, hunc ipsum motum existens prius, necesse est prius quiesce- re: constat igitur fore, vt quiescat in cõ- trario quod mutatum est, similiter au- tem & in mutationibus. Contrarij enim sunt simpliciter ortus & interit- us, & qui secundum vnumquodq; ei qui secundum vnumquodque: qua- re si impossibile est simul mutari muta- tionibus contrarijs, non erit continua mutatio, sed in medio earum erit tem- pus. Nihil enim inest, contrarias,

aut non contrarias esse eas qua secundum contradictionem mutationes: si solum impossibile sit simul eadem adesse. Hoc enim rationi nihil est vtile, neque si non est necesse quiescere in contradictione, neque est mutatio quieti contraria: non enim forrasse quiescit quod non est. Si autem interitus, id id quod non est, sed si solum in medio sit tempus: ita enim non est mutatio continua. Neque enim in prioribus contradictio vtile, sed quod non possint simul accidere. Non oportet autem turbari quod idem pluribus erit contrarium, ut motus quietis, & motui qui est in contrarium, sed solum hoc accipere, quod opponitur quodammodo, & motui, & quieti, motus contrarius, quae admodum aequale, & mediocre, redundanti, & deficienti, & quod non possunt simul contraria, aut motiones, aut mutationes accidere.

Præterea, in ortu quidem & interitu omnino absurdum esse videri possit, si id quod genitum est statim necesse sit interire, & nullum tempus manere. Quare ex his possit alijs fides fieri: naturale enim, eodem modo habere in omnibus.

¶ Cum haec docuerit lationem esse primum motum, nunc docere incipit, quæ latio sit: non enim omnis latio potest esse prima. constat verò ex dictis eam esse primam, quæ est continua, & perpetua. proinde hoc inuestigat, scilicet, qui motus sit continuus, & perpetuus, atque in primis probat rursum alijs argumentis præ dicta, nullum aliorum motuum, à latione posse esse tale: quia nullus alius potest esse continuus. Vbi intelligo, quanquam videatur Arist. nunc docere, atque paulò antea hoc ipso capite dixisse, neque alterationem, neque accretionem esse motus continuos, tamè reuera non ita intelligere, ut nulla alteratio sit continua,

neque accretio, sed ut non possit esse perpetua, & continua. Nam latione etiam super lineam rectam negabit capite sequenti esse continuam. hoc est, si quid perpetuò moueatur super lineam rectam, non posse continuo motu moueri, quia cum linea non possit esse infinita, reflectetur, & in reflexione amittit motus continuitatem. Ita ergo hic intelligi debet, quò de alteratione dicitur: nam si omnino intelligeret nullam alterationem continuam esse, profectò argumentum esset ineptissimum. Nam inquit alteratio & accretio sunt inter contraria semper, accretio & decretio inter magnitudinem & exiguitatem, alteratio inter passionem contrarias: ergo nulla alteratio, aut accretio est infinita, quia contraria, ut lib. sexto dictum est, non adiunt à se inuicem distantia infinita, ergo si alteratio perpetuò duratura sit, ea quidem durabit contrariis alterationibus alternatim factis, velut rebus nunc calefactis, nunc refrigeratis, atque cum quidpiam motum fuerat in aliquod contrarium, non poterit ab eo in aliud redire, quoniam aliquatenus in eo quiescat, velut quod calefcit erit aliquatenus in calore, & quiescet antequam refrigeretur: ergo in omni reditu ad contrarium intercipietur alteratio quiete, nam contrarii motus non possunt non quiete separari. Hoc argumento probatur non posse alterationem aut accretionem, aut omnino mutationem esse perpetuam, & continuam, non tamen probatur non esse alterationem perpetuam non continuam, aut contiguam non perpetuam. Nam si vellet Arist. probare omnino nullam alterationem esse continuam, nullum argumentum magis ridiculum esset. cur enim si quod calefcit à frigido in calidum mouetur, non mouetur motu continuo? non ergo hoc est quod Arist. docet, neque est quod prohibeat alterationem (quæquam ergo alio loco alterentis) continuam fieri, neque profectò accretionem, quanquam hanc Arist. libro septimo continuam posse esse negauit. Ego verò ita statuo, omnis mutatio, quæ tempore sit, & in indivisibili temporis puncto fieri non potest, habet successiuam, & continuam aliquantulam mutationem: si minus sit per multas mutationeulas, quibus si indivisibiles sunt, non comparabuntur eius passionis, ad quæritur, partes diuisibiles: si verò comparantur indivisibiles, neque tempore infinito fiet, in eo quod mouetur, passio diuisibilis, aut diuisibile constat ex indivisibilibus: ergo illa mutationeula erunt diuisi-

*Alteratio
continua
motu est.
Accretio
etiam continua.*

biles secundam tempus, aut in instanti comparabitur passio diuisibilis, quod si sit illa quidem mutatio erit earum, quæ in instanti sunt, quare non erit propriè motus, ergo illa mutatio erit diuisibilis secundum tempus, & Angule illarum non erant intercessisse, erunt ergo motus continui, quod si cuiusque generis mutationis, quæ tempore fit, fieri potest aliquarula motio continua, profecto & quantacunque fieri possit, nisi aliqua externa causa interruptatur motus. Quare quod ad eorum essentias attinet, omnis motus potest esse continuus: quin etiam mutationes, velut generationes & corruptiones eatenus possunt esse continuæ, quatenus sunt tempore quodam, velut supra ipse Aristot. docuit, quatenus per diuersas partes sunt, vt vitiarum lignorum. Continua estione serpente per partes. Accretionem etiam hac ipsa ratione probauit ego antea continuam esse posse, nimirum accretio non est motus per se, sed generatione quadam partium fit. Itaque omnis motus potest esse continuus, nec gat verò Aristotel. modò, alterationem, aut accretionem, aut generationem posse esse mutationem perpetuam, & continuam, id verò esse, quod Aristot. velit, constare possit præter dicta, si quis ipsa verba consideret. Quod autem inquit, non semper mouetur, hunc ipsum motum existens prius, necesse est prius quiescere, id est, quod mouetur motu aliquo, quo non semper motum est, sed prius quam moueretur hoc motu existebat, aut quiescens, aut motum alio motu, necesse est prius quiescuisse, quàm hoc motu moueri cœperit: quia videlicet inter motum priorè, & hanc quietem. Itaque Aristot. si semper esset res mota hoc ipso motu, non dicit necessitè quiescere, sed solum cum alter ex altero motus sit factus. Non negat ergo quancunque alterationem per se esse continuam, sed contrariam contrariæ coniungi posse quiete. Sed redeamus ad reliqua capitis verba. Eodem modo habere dicit & in mutationibus, & qui secundum vnunquodque, vt ortus hominis, & interitus hominis, ergo si impossibile est simul mutari mutationibus contrariis, non erit continua mutatio, sed in medio earum erit tempus, inter ortum scilicet & interitum cuiusque rei. His

Omnis motus potest esse continuus.

verbis hoc argumentum continetur, si inter contrarias mutationes nullum tempus intercederet, simul fierent, sed contrariæ nõ possunt simul fieri, ergo intercipitur tempus. Sed hoc argumentum capite sequenti fastus persequetur, quo loco dicemus quæ sit efficax, vtq; hac in parte res habeat. Probabat deinde quod attinet ad id quod modò disputatur, nihil interesse inter motus contrarios, & mutationes. Nam etsi mutationes non sint inter contraria propriè, sed secundum contradictionem, vt ortus & interitus hominis, inter hominem & nõ hominem: tamen hoc nihil interest, siue sint contraria, siue secundum contradictionem, dè modo ponatur illas mutationes posse simul eandem esse. Nam hoc rationi nihil est vitale, hoc est, non erat quod cõferebat ad probandum, contrarias esse propriè, aut minus propriè mutationes, sed non posse simul fieri. Deinde inuenit latenter aliam obiectionem, dices fortasse non esse necesse, vt quod gignitur, antequam gigneretur, quiesceret: nõ reuera non quiescebat, cum nondum esset. Neque hoc inquit dicebatur in argumento, esse idem quod mouetur nunc, & quod quiescit prius, sed inter eas mutationes, quæ non possunt fieri simul, intercipi tempus: nam hoc vnun sufficit, vt non sit mutatio continua. Neque enim in prioribus contrarietas vitilis, hoc est, neque enim in his, de quibus prius dictum est, putari motibus, contrarietas est, quæ contulit ad demonstrationem, sed illud vnun, quod non possit simul accidere. Diluit deinde aliam obiectionem, qua posset hic aliquis vit. Fieri, dicit quis, vt vni duo sint contraria motui scilicet motus & quies. Quo pacto hæc duo motui sint contraria satis superque explicauerat supra, sed nunc quoque explicat exemplo, velut virtus, que cõsistit in mediocritate, contraria est vitio vitriq; & ei quod in excessu, & ei quod in defectu consistit. vt liberalitas auaritia, & prodigalitati. Explicat tandem non posse simul contrarias mutationes, aut mutationes accidere, additque in hanc ipsam sententiam aliud argumentum. In ortu & interitu absurdum sit dicere non interesse tempus, sed res interire statim, & generari: nam generantur res, vt sint, non vt intereant, quod si in his sit, merito quispiam tibi periuadebit, & in aliis mutationibus fieri eodem modo. Nam naturale est, hoc esse cõtrarium

in naturali Philosophia, in omnibus eodē modo habere, siquidem videtur eīsa eadem ratio.

CAP. OCTAVVM.

Contingere autem esse aliquem motum infinitum, qui sit vnus, & continuus (est autem hic in circulo) nūc dicamus. Nam omne quod fertur mouetur, aut circulo, aut secundum rectam, aut mixtam: quare si neuter horum cōtinuus, neque ex ambobus compositus possibile est. Id autem quod fertur secundum rectam, & finitam, non ferri continuē constat: reflectitur enim, reflexum autem secundum rectam contrarios mouetur motus. Contraria enim secundum locum, is qui sursum ei qui deorsum, & qui in anteriora ei qui in posteriora, & is qui in sinistra ei qui in dextra: loci enim contrarietates hæc. Quis autem sit vnus, & continuus motus, definitum est prius, quod is qui vnus, & vno tempore, & in eodem secundum speciem. tria enim sunt, & quod mouetur, vt homo aut Deus, & quando vt tempus, & tertium in quo, hoc autem est locus, aut passio, aut species, aut magnitudo, contraria autem differunt specie, & non vnum: loci autem sunt diuise differentia. Signum autem, quod contrarius motus, vt qui ab A in B ei qui ab B in A, quoniam sistant, & cessare faciunt se mutuo, si simul hiant, & in circulo eodem modo, vt si ab A in B, & qui ab A in C: sistant enim si continui sint,

& non sicut reflexio, quia contraria corrumpunt, & prohibent se mutuo, sed non is qui in latum, ei qui sursum. Maxime autem constat non posse esse continuum motum rectum, quia reflexum necesse est stare non solum in recta, sed etiam si circulum feratur, non enim idem est circulo ferri, & circuli est enim cum continuat ipsam quod mouetur, & cum postquam in illud idem venerit, vnde moueri cōperit, reflectatur rursum. Quod autem necesse est quod resce- re, fides non solum in sensu, sed etiam in ratione. Principium autem hoc, tria enim cum sint, principium, medium, & finis, medium ad vtrumque ambo est, & numero vnum, ratione autem duo. Adhuc autem, aliud est quod potentia, & quod actu: quare recte quodennaque signum eorum qua inter extrema, potentia quidem medium, actu autem non est, si non diuidat hunc, & quiescens rursus incipiat moueri. Ita autem quod medium, principium enim sit, & finis, principium quidem posterioris, finis autem prioris. Dico autem velut si quod fertur A sistentem in B, & rursus feratur in C, cum autem rem cōtinenter feratur, neque adesse, neque abesse possit ipsum A secundum signum B, sed solum esse nunc, tempore autem nullo, praterquam in illo, cuius ipsum nunc diuisio est in toto. si autem adesse quis ponat, & abesse semper stabit ipsum A quod fertur impossibile enim simul adesse A se-

cundum B. & abesse: in alio ergo, & alia signo temporis: tempus ergo erit quod in medio: quare quiescet & in B. Eodem autem modo & in aliq. signo, eadem enim ratio & in omnibus: cum enim viatur A quod feratur, medio B & fine, & principio, necesse est stare, quia duo facit, quem admodum si cogitauerit, sed à signo A affuit principio, in G autem adfuit cum finiret, & stereret: Quare & ad dubitationem hoc est dicendum habet enim dubitationem hanc: Si enim sit hæc E huic Z æqualis, & A feratur continenter ab extremo in G, simul autem sit A in signo B, & D feratur ab extremo ipsius Z ad H æqualiter & eadem celeritate, qua A ipsum D, prius veniet in H quam A in G, quod enim prius moueri capit, & erupit, prius venire necesse est: non ergo simul factum est A in B, & abscesit ab ipso, quare quiescet: Si enim simul, non posterius erit, sed necesse erit stare: non igitur potendum cum ab A factum est in B, ipsum D moueri simul ab extremo Z, si enim erit factum A in B, erit & recedere & non simul, sed erit in sectione temporis, & non in tempore: Hic igitur impossibile est ita dicere in continuo. In eo autem, quod reflectitur, necesse est ita dicere: Si enim H feratur in D, & rursum reflexa deorsum feratur, extremo in quo D, sine & principio viatur vno signo, vt duobus: quapropter stare necesse est, & non simul

factum est in D, & recessit à D, ibi enim simul esset, & non esset in eodem nunc. Verum annquam solutionem non dicendum, neque enim dici potest esse in D ipsum H in sectione, neque factum ergo est, neque recessit: necesse est enim in finem venire cum qui actu est, non potentia. Quod igitur est in medio, potentia est, hoc autem actu, & finis quidem infernè, principium autem supernè, & motuum ergo eodem modo: necesse est ergo stare, id quod reflectitur in recta. Non igitur potest continui mori esse & perpetuus in recta.

¶ Probare vult Arist. ligetrapite, esse aliquem motum infinitum & continuum, hoc est semper eundem, huncque esse eum qui circulo agitur, quod vt faciat, primum probat nullum alium motum posse esse talem, deinde probat talem esse eum, qui circulo agitur. Omne (inquit) quod fertur, mouetur circulo, aut secundum lineam rectam, aut secundum mixtam, vt secundum lineam, neque perfectè rectam, neque in circulo perfectè & curuam. Si neuter horum, hoc est, simplicium motum, qui non est circulo, aut secundum rectam, est continuus (intellige hic quoque & perpetuus) neque ex ambobus compositum possibile est esse talem: ergo si quis ponat (hoc subintelligit Arist.) compositum esse talem, prius quidem erit talis aliquis simplicium, aut rectus scilicet, aut qui circulo agitur. Sed quod fertur recta non potest ferri continenter, hoc est, semper vno eodemq. motuum necesse est ferri per lineam finitam (ponit enim Aristote. ex dictis lib. 5. non posse esse spatium infinitum, per quod res feratur) sed si per finitam nõ potest moueri tempus infinitum (hoc enim etiam ponit ex lib. 6.) quare si semper per illam feratur, necessario reflectetur, recurritque saepe per eandem lineam, si autem reflectitur, nõ mouetur. Si rēter, nõ enim vno motu. Nam quod reflectitur necessario fertur nunc in dextrā nunc in fini-

fram, vel nunc sursum, nunc deorsum, vel nunc in anteriora, nunc in posteriora, haec enim sunt loci contrarietates, secundum quas contrarios motus dicitur supra quoque docuit. At vero ex contrariis motibus non potest fieri vnus, & non in vnam definitum est prius, libro scilicet quinto, vnum motum esse eum, qui est vnus, & eodem tempore, & in eorundem secundum speciem. Triplex enim sunt, quod mouetur, vt homo aut Deus, & quando, vt tempus quo motus fit, & in quo, hoc autem est locus, aut passio, vel species, hoc est qualitas, aut materia. Itaque cum sint haec tria, vt sit vnus motus debet esse vnus, & quod mouetur, & tempus, & id in quo fit motus, sed contraria differunt secundum speciem, & non sunt vnus, & loci sunt dicta differentia, si ergo contrariis motibus fertur quod res flectitur per lineam rectam non mouetur vno, & continuo. Hic autem contrarios illos motus, quamquam supra probauerat, probat modo ex signo quodam. signum autem, inquit, quod contrarios est motus, vt is qui ab A in B, qui a B in A, quoniam si sunt, & cessare faciunt se. motus si similes sunt, hoc est, nisi sunt alternatiui; altero autem enim in sunt eadem, simul non possunt, quia si sunt se motus, quod proprium est contrariorum. Et in circulo dicit eodem modo accedere, fieri scilicet super circulo motus, qui se motus similes, vt motus, qui ab A in B, qui ab A in G, vel ut si in hoc circulo.

(B) velit aliquis trahere corpus ab A in B, & simul ab A in G, profecto non possit A simul utrunque facere, sed si a quali impetu coreretur, omnino non mouebit, quia motus se similes illi duo motus si continuus fiat, hoc est, sine eiusdem corporis velut eiusdem orbis, & non habet reflexio eiusdem corporis ita, et moueretur prius ab A in B, & illinc reflexum moueretur deinde ab A in G: hoc enim fieri possit, simul tamen, & vno tempore non possit, quia illi duo motus contrariis sunt, & contraria corrumpunt, & prohibent se mutuo, sed is motus, qui in latum non est contrarius ei, qui sursum, quia possit simul fieri: potest enim aliquis ferri oblique sursum, aut deorsum. Itaque motus dicitur contrariis quare non possit ex eis vnus, & continuus fieri, neque per lineam rectam possit aliquid moveri vno perpetuo motu. Certe non posse corpus aliquid mouerit

et vno & eodem motu perpetuo, satis aperte monstratum est; verum Arist. non satis putauit hoc esse, nisi etiam probaret non posse rem aliquam super lineam rectam moueri perpetuo & citra intermissionem, longe enim aliud est moueri eodem motu, & non vni citra intermissionem mouendi. Nam si quid moueretur per lineam A — B, semper ita, vt eum prius attingeret B, recurreret in A, & a B A in B, nulla omnino facta mora in A aut B, aut de polo ad polum, per mundi diametrum non quiescens in obsequio moueretur semper per lineam illam nulla mouendi facta intermissione, tamen non moueretur semper eodem motu, sed contrariis. A vni ergo probare vult non solum non posse rem ferri per lineam rectam, semper eodem motu, sed nequid semper ita vt non intermitteret motu, id quod hac ratione probat: necesse est quod semper fertur per rectam reflecti, & necesse est omne, quod reflectitur, quiescere in puncto reflexionis, siue reflexio fiat in recta, siue in eo quod circulo feratur. Nam potest reflexio etiam in circulo fieri, quia (inquit) non est idem ferri circulo, & ferri circuli, aut per circulum. Nam per circulum ferri dicitur quod ita fertur, vt continue semper motum nunquam recurrens, circulo autem ferri quod incipit ferri per circulum, sed cum ad punctum aliquem peruenit, retrocedit. ergo siue circulo feratur, siue recta, dicit, quod reflectitur, quiescet, id vero constare sentis, & ratione. Quia praedictum constet sentis, non explicat, rationem hinc exorditur, cum in linea, per quam fit motus, & sint ahaec, & principium, medium, & finis. medium vtrunque est, principium videlicet & finis: nam si confertur eum, principium est finis, si cum sine principium, atque cum numero sit vnum; ratio est duo, principium scilicet & finis. Rursum aliud est esse medium actu, aut potentia, nam quodcuque punctum siue signum lineae rectae, quod est inter principium & finem, est potentia medium, quia potentia illo diuisio fieri lineae, tamen actu non est, vni sum actu diuidit, diuidit autem actu id quod fertur per lineam, cum in eo puncto quiescet aliquantum, & rursum incipit moveri. ita autem quod medium sit principium & finis: principium posterioris motus, & finis prioris, velut si corpus A feratur per hanc lineam A — B — G, & quiescat in B, & rursum feratur in G, si vero A

feratur per illam lineam continenter, & citra intermissionem, neque adesse, neque abesse dicitur in signo B. sed solum esse nunc, tempore autem nullo, præterquam in illo toto, cuius nunc est divisio, hoc est, præterquam si dicas esse hæc hora in illo puncto, quia est in eo hoc nunc, quod est horæ divisio. Nota hoc loco, ubi legimus adesse, Græcè dici *πρῶτος*, cui verbo non satis responderi verbum adesse: sed haud scio an aliquod aliud possit respondere, nam significat fieri in loco, ita ut in eo sit, quæriam ipsum verbum videtur continere vim quædam, qua significat esse in loco tempore aliquo. & verbum *ὑστέρως*, quod nos verimus adesse, videtur significare recedere à loco, ubi res fuerit. Cum autem id, quod continenter fertur in nullo signo lineæ, tã dici possit esse, quàm præterire, neque adesse, neque abesse illo modo dici possit. Si autem quis ponat illud corpus secundum aliquod punctum adesse, & abesse, necesse est quodcumque illud signum sit, ut secundum illud quiescat. Nam impossibile est simul adesse & abesse dicto modo, ergo in alio & alio nunc aderit, & aberit. tempus ergo erit, quod in medio illorum nunc erit, ergo quiescat A corpus in puncto B. eodem autem modo & in quocunque alio, in quo ponatur adesse, & abesse: nam eadem ratio est in omnibus. Rursum verò probat, necesse esse ut in illo puncto quiescat, quia videlicet corpus A videtur signo B, ut duobus, videlicet ut principio, & fine. necesse est ergo in illo stare, quia duo facit, quemadmodum si cogitaret, id est, ut qui cogitat, facit punctum medium ratione esse duo. igitur secundum quemconque punctum aliquid adsit, aut absit, quiescit: sed illud, quod fertur per lineam dictâ abfuit ab A puncto, cum ab illo motum sit, & adsit in signo G, cum finivit motum, ergo necessario quiescit in vitroque puncto, quare & ubi ubi reflexio sit, sit quies. Hoc est Aristoteli argumentum, quod non video quid habeat firmitudinis, neque quo pacto non petatur principium. Nam si quis affirmeret posse A corpus recurrere ex B signo, citra omnem quietem, negabit profectò adesse, aut abesse ab illo signo magis quàm ab aliquo eorum, quæ in medio sunt. Sed quemadmodum per alia puncta præterit, attingens quidem ea, sed quiescens in nullo, ita dicit attingere quidem illud punctum, recurrere verò statim,

non fieri in ipso, ita ut verbo *πρῶτος* ut videtur significari, sed attingere solum non consistere. Neque verò hinc fiet, ut illud signum non sit finis actus: nam dicit qui contrariam sententiam defendit, finem actu esse eum, qui actu dividit, divisione verò motus non solum quiete fieri, sed etiam contrario motu: illud ergo signum dividere motus contrarios, ac proinde esse finem. Cur enim cogit me Arist. concedere omnem motum finiri quiete, cum non possit ille negare, si corpus, quod ascendit, sine quiete recurrat, finitum esse ascensum non quidem quiete, sed contrario motu, nimirum finiri potest quivis motus, aut quiete, aut motu contrario. Sed venio ad reliqua argumenta. Habet (inquit) res dubitationem hanc, sine duæ lineæ æquales, altera vocetur E, altera Z, sint verò lineæ hæc

$$\begin{array}{c} E \\ \text{A B G D E Z H} \end{array}$$

$$\begin{array}{c} Z \\ \text{A B G D E Z H} \end{array}$$

D & corpus A feratur continenter, si fieri potest, ab extremo, purâ ab H in G ita ut cum attingerit B, recurrat in G, & corpus D feratur ab A in H, incipiant simul motus, constatque fore ut æquales lineas percursurant: nam æqualis pars est à B in G parti à B in A, constatque si eadem celeritate ferantur, ut simul attingat A corpus punctum B, & corpus D punctum Z, tam citius peruenit D in H, quàm A in G: ergo A quiescit aliquantulum in B, ex quo reflectitur. Nam quæ alia cause sit, qua D citius finit motum quàm quod ex Z erumpit citius quàm A ex B, ergo A non erupit ex B statim, ac illud attingit, sed aliquanto post: non ergo simul factum esset, & abscidisset, nam non posterius venisset in finem motus, purâ G. Sed cum posterius venisset, necesse erit stare in B puncto reflexionis. nõ igitur ponendum est (si scilicet dicendum sit ex contraria sententia non quiescere in B.) cum A factum est in B, sine accessu ad B, corpus D moveri coepisse à Z. nam si erit factum A in B, erit etiam recedere, & esse factum, sine accedere, & recedere non erant simul. Sed dicendum erit fuisse corpus A in B, nõ tempore, sed sectione temporis: hic igitur, (inquit) impossibile est ita dicere in continuo, hoc est, in continuo motu impossibile

*πρῶτος
τα quiete.*

*Respondet
aut Aristoteli
veritas.*

le est dicere corpus accessisse, aut recessisse, siue factum esse, & abscississigamentum in eo, quod reflectitur, necesse est ita dicere. Hoc vt confirmet rursùm, reperit superius argumentum. Nam (inquit) si H (H hic est nomen corporis) feratur in D punctum, & rursùm reflexum feratur deorsum, vtetur signo D vno vt duobus, putà vt principio, & fine, quapropter necesse est, vt in eo stet, & non simul factum: est in D, & ab eo recessit: nam simul esset, & non esset in eodè nunc. Vides vt Arist. partim deuoluatur ad priora argumenta eadem sepius reperens, partim quædam addat: Adait illud corpus A tardius venire ab H, in G reflexum in B, per lineam E, quàm corpus D ex A in H, per lineam Z. sed tamen non probat: experimento cõstare negabit, qui sine intermissione motus, posse reflexionem fieri dicit, addit etiam si corpus H cùm reflectitur in puncto D non quiesceret, futurum, vt in eodem nunc sit, & non sic in D. Sed tamè nõ video cur magis hoc fiat in puncto reflexionis, quàm in puncto quouis medio. Si enim fertur A per hanc lineã A—B—G. continenter, profectò antequam attingat punctum G, attinget punctum B, atque in eo nullo tempore quiescet, sed cum primũ attinget, elabatur, simul ergo accedet, & recedet, atque in eodem nunc erit, & nõ erit, aut si in B hoc male colligitur, certè neq; in D bene colligebatur, sed fuerit illud H in D nullo tempore, sed solum in vnte, in nũc autem nulla quies est. Verùm Arist. nõ contentus dictis, huc solutionem occurrens addit, verùm antiquam solutionem non dicèdum (nimirum antiquiores Arist. hoc modo respondebant his argumentis.) Neque enim dici potest illud H esse in puncto D sectione, hoc est, puncto temporis solum. Atque neque factum esse in eo siue accessisse, neque recessisse, sed atigisse solum. Hoc autem non posse dici probat quodam superiorum argumento repetito: nam necesse est, id quod mouetur per lineam aliquam, à cuius extremo reflectitur, venire antequam reflectatur in finem eum qui sit actũ, & non potentia: finis autem, qui est in medio, est potentia, hic autem, qui in extremo est, actũ: & finis est infernè, & principium supernè: ergo & motuum eodem modo in hoc puncto est finis motus, qui sit infernè, sursum; & principium motus, qui sit supernè deorsum: ergo necesse

est stare id quod reflectitur in recta: nõ igitur potest perpetuus motus, & continuus fieri in recta. Huic confirmationi diximus antea quo modo respondere possit, si quis velit, nimirum finem actũ esse, non solum cùm finitur motus quiete, sed etiam cùm finitur alio motu.

¶ Eodem modo occurrendum est interrogantibus Zenonis sermonem, & putantibus si semper dimidium percurrere oportet, hæc autem infinita, infinita autem impossibile est percurrere, velut hunc eundem sermonem quidam aliter interrogant, consentes simul cum ipso moueri medietatem, prius numerari iuxta quodcunque factum dimidium: quare percurrente totam accidere infinitum numerum numerasse. hoc autem cõsensu omnium est impossibile, in primis ergo sermonibus de motu soluebamur, quia tempus infinita habet in seipso, nihil enim absurdum si in infinito tempore infinita quis percurrat. Similiter autem infinitum in longitudine est, & in tempore. Verùm hæc solutio ad interrogantem sufficiens est, interrogabatur enim an contingat in tempore infinita percurrere, aut numerare. ad rem autem, & ipsam veritatem, non est sufficiens: si enim aliquis dimittens longitudinem, & mittens interrogare an in tempore finito contingat infinita percurrere, querat de ipso tempore hæc (habet enim tempus infinitas diuisiones) non amplius erit sufficiens hæc solutio. Sed dicendum est, quod res habet, quod dicebamus in prioribus sermonibus. si enim aliquis continuam diuidat

diuidat in duas medietates, hic vno si
 gno ve duobus vtiur facit enim idem
 principium, & finem: hoc autem fa-
 cit etiam qui numerat, & qui in me-
 dietates diuidat. Ita autem si quis di-
 uidat non erit continuus neque linea,
 neque motus: continuus enim motus
 continui est, in continuo autem insunt
 infinita dimidia, tamē non actu, sed
 potentia. Si autem faciat actu, non fa-
 ciet continuum, sed stabit, vt fieri con-
 stat in eo qui numerat dimidia. vnum
 enim signum necessarium ipsi est nu-
 merare duo: alterius enim medietatis
 principium & alterius finis erit, si nō
 vnam numerauerit cōtinuam, sed du-
 as medietates: quas e dicendum ad eū
 qui interrogat, an contingat infinita
 percurrere, aut in tempore, aut in lon-
 gitudine, esse quidem vt ita, & esse ve
 non. Actū enim existentia non con-
 tingit, potentia autem contingit:
 nam qui continenter mouetur per ac-
 cidens infinita percurrit, simpliciter
 autem non. Accidit enim linea infi-
 nita dimidia esse, substantia autē est
 alia, & ipsum esse.

¶ Obiter redit nunc ad diluendum argumē-
 tum quoddam Zenonis, cui libro sexto ca-
 2. responderat nō tam diluens, quā reici-
 ciens in hominem, rediſſet deinde ad ac-
 ceptam disputationem. Argumentum erat
 huiusmodi. Nunquam potest percurrī to-
 ta linea, quin percurratur prius dimidium,
 dimidia autem sunt infinita in quouis con-
 tinuo, & quæ infinita sunt non possunt
 percurrī, ergo nullū spatium à corpore quoquā
 percurrī potest. Hoc idem argumentum
 quidam vt firmius facerent hoc modo po-
 nebant. Si quid potest per lineam moueri,
 pone, vt illud quod mouetur, attingit quā-
 scunque partem lineæ quæ superest percur-

renda, ita eam numerari, vel ab eodem qui
 percurrit, si possit, vel ab intelligentia ali-
 qua, quæ partes motus vt fit, vel lineæ, vt
 percurritur, numeret, fietque vt antequam
 linea quantalacunque percurratur, partes
 infinitæ numerentur, sed infinita numeri-
 ri nō possunt, ergo neque spatium aliquod
 percurrī. In primis ergo sermonibus de mo-
 tu (vocat primos sermones de motu, qui-
 bus nondum ad disputationem de primo
 mobili, aut motore, aut motu, peruenitum
 erat, sed generatim de motu disputabatur:
 hi verò erant præcipuè quintus, & sextus)
 soluebamur (inquit) dicentes, vt linea infi-
 nita habet, ita etiam tempus habere in se
 ipso infinita: nihil ergo absurdum accide-
 re, si in infinito tempore infinita quis per-
 currat. Est autem tempus eodem modo
 infinitum, quo longitudo. Verūm rectè di-
 cit Arist. hanc dilator em esse satis ad re-
 spondendum ita interroganti, putā Zeno-
 ni, quia ille hoc vnum interrogabat, qui sic
 ri posset, vt finito tempore percurreretur,
 aut numerarentur infinita. tamen ad rem
 ipsam non erat latis: nam si quis nō ita in-
 terroget, sed mētēs magnitudinem de ipso
 tempore per se ita interroget, Quo pacto
 possit quis horam vnam transigere, cum ho-
 ra habeat partes infinitas, atque rursūm po-
 nar eas vt transiguntur numerari, atque ita
 infinita numerari colligat, non erit sufficiens
 iam dicta solutio, sed op^o erit dicere quod
 res habet, quodque in superioribus sermo-
 nibus dictum est, videlicet si quis magnitu-
 dinem continuam diuidat, is vno signo vti-
 tur, vt duobus: nam idem signum, putā pu-
 ctum intercessionis, facit principium, & fi-
 nem: hoc idem facit qui continui alicuius
 partes numerat, & in medietates diui-
 dit. Si autem quis ita diuidat, non erit con-
 tinua magnitudo, neque linea, neque mo-
 tus: nam cōtinuus motus continui est, hoc
 est, secundum continuū locum sit aut qua-
 le, aut quantum, in continuo autem sunt
 infinita, non actu, sed potentia: vbi vbi
 facit, illa quæ sunt potentia esse actu, faciet
 vt non sit continuum, quia diuidet. Signi-
 tur qui diuidit, aut numerat, facit medietate
 res actu, qui continuo motu fertur, non po-
 test numerare, neque infinita actu transige-
 re, sed potest transigere cōtinuum, in quo
 sunt infinita potentia. Nam qui percurrit
 continuum, per se percurrit ipsum cōtinu-
 um, per accidens percurrit infinita: nata
 linea

lineæ accidit habere inſiſſita dimidia, tamē ſubſtantia, ſiue eſſentia litteæ alia eſt. Itaq; argumentum Zenonis ita diluitur.

¶ *Manifestum verò quod & niſi ſa-
ciat quis temporis diuidens ſignum,
quod prius, & poſteriorius, ſemper po-
ſterioris rei ipſi erit idem ſimul exi-
ſtens, & non exiſtens, & cùm factū
eſt non exiſtens: ſignum ergo ambobus
& prioris commune & poſterioris;
& idem & vnum numero, ratione
autem non idem, alterius enim ſinis,
alterius autem principium, rei autem
ipſi ſemper poſterioris paſſionis eſt. tē-
pus, in quo A G B, res in qua D,
hac in toto A tempore alba, in B au-
tem non alba, in G igitur alba, & nō
alba, in quocunq; enim ipſius A al-
bam dicere eſt verum, ſi totum hoc tē-
pus erat alba, & B non alba, G au-
tem in ambobus: non ergo dandum
eſt in omni, ſed præter vltimum nunc,
in quo G, hoc autem iam quod poſte-
rius, & ſi fiebat non album, & ſi cor-
rumpebatur album, in toto A factū
eſt, aut corruptum in G. quare albū,
aut non album primum in hoc verum
eſt dicere, aut cùm factum eſt, nō erit,
& cùm corruptum eſt, erit: aut ſimul
album, & non album, exiſtens, & nō
exiſtens, neceſſe eſt eſſe.*

¶ *Cùm properet iam totus ſermo ad ſinē,
decidere curat Ariſt. obiter, omnia quæ ex
ſuperioribus videntur pendere, nondum
ſatis deciſſa, velut nuperrime quod argu-
mento Zenonis quærebatur, & nunc quid
dam aliud, quod ex his, quæ hoc capite di-
cta ſunt, colligit, id verò eſt, In omni gene-
ratione, hoc eſt, eūdem aliquid ſit, ſignum tē-
poris, ſiue punctum quod diuidit tempus*

prius & poſteriorius, hoc eſt, tempus quo il-
lud nondum eſt à tempore, quò iam eſt, eri-
bui debet poſteriori paſſioni; quòd eſt il-
lud punctum pertinere ad tempus poſte-
rius, & in illo rem iam eſſe, velut ſi homo
ſit ex non homine, punctum diuidens tem-
pus, quo nō eſt homo, à tempore, quo iam
eſt, eſſe punctum, in quo primum eſt, & an-
te quod non fuit. hoc eſt, quod barbari ex-
plicat dicentes res permanentes incipere
per primum ſui eſſe. Probat verò Ariſt.
hoc ita habere, quia niſi ita dicatur, fiet vt
ſimul idem exiſtat, & nō exiſtat, & vt cūm
factum ſit, non exiſtat. Nam ſit (inquit) tē-
pus A G B, & res ſit, in qua D, res ſcilicet
quæ ſit, vt homo. hæc res ſit ex alba non
alba, ſi in toto A, quod eſt primum ſignum
temporis, eſt alba, & in toto B, quod vlti-
mum illius temporis eſt, non alba, igitur in
G, quod medium eſt vtriuſq;, eſt alba, quia
eſt in toto A alba, in toto B non alba: ergo
in G, cūm pertineat ad vtrunq;, erit alba,
& non alba. Hæc ratio videtur hoc modo
clarius explicari, ſi in A eſt alba, & in B non
alba, & ſignum diuidens non pertinet ad
poſteriorius, non eſt diuidens ſignum B. ſed
G: in illo ergo aut neutrum eſt, aut vtrūq;,
aut inquam neque alba, neq; non alba, aut
alba, & non alba: ergo non eſt dandum (in-
quit) in omni A G eſſe albam, ſed in omni
præter vltimum ſignum, in quo G, quia ſi
hoc eſt ſignum diuidens, in hoc iam eſt, &
pertinet ad poſteriorius. Deinde probat fieri,
vt cūm factum eſt, non ſit, aut corruptum
ſit: nam ſi A erat tempus, in quo fiebat non
album, aut corrumpebatur albū in G, cūm
hoc ſit poſt A iam erat factū, aut corruptū:
iam ergo erat, ſi factum eſt, aut non erat ſi
corruptum. aliter, ſit vt quod factum eſt,
non ſit, aut quod corruptum, ſit, aut ſimul
album & non album, ens & non ens erit
igitur ſignum diuidens, quod vnum nume-
ro eſt, & ratione duo, quia prioris eſt ſinis,
& poſterioris principii, quod ad tē ipſam
attinet, quæ ſit, poſterioris eſt. Hic prote-
dō Ariſt. aperte videtur docere, idq;, vt
monui, ita omnes explicant, eſſe punctum
temporis quo primum eſt, res quæcunq;
ſit. Sed ſi hoc ita eſt, conſtat eſſe inſtans. ſi-
ue punctum temporis, quo primum ſit res
quæcunq; permanentis vocata. ſiue ea com-
paretur ſine motu mutatione quadam ve-
lut ſubſtantia, ſiue motu velut paſſiones:
nam album, & non album motu videntur

fieri,

fieri, sed si hoc ita est, erit motus primum mutatum esse, si hoc enim signum, quo primum est album, est primum mutatum esse, quia ante illud non fuit motus, cum non fuerit album: non enim est motus antequam res sit partim in termino ad quæ. Si igitur rectè monstratum est libro sexto non posse esse primum mutatum esse, constat signum dividens tempus prius à posteriori cum sit album, non pertinere ad posteriorem passionem: neque cum sit aliud quicquam, quod comparatur motui. Atqui perfectio res ita habet, neque quod Arist. hic dicit intelligendum venit nisi de his rebus quæ mutatione fiunt, velut substantiæ, & quæ opponuntur secundum contradictionem. Atqui proinde non dixit in exemplis, velut si fiat ex albo nigrum, sed ex albo non album, quia scilicet motus est ex subiecto in subiectum, ex subiecto autem in non subiectum non est nisi mutatio, ut lib. quinto ca. s. dictum est. Itaque sententia Arist. hoc loco est, in his quæ mutatione quadam fiunt, signum dividens, tempus quo non sunt, à tempore posteriori quo sunt, pertinere ad posterius: quod supra aliis verbis dixeramus esse vnicum mutatum esse, atque in eam rem esse. In rebus autem, quæ motu fiunt signum dividens, ad prius potius pertinere videtur: quia non tam est punctum, in quo primum est album, quam in quo vltimo non est: illud verò est punctum illud indivisibile, ex quo motum incipere lib. sexto, & lib. hoc 8. cap. primo diximus.

¶ Si autem quod erat prius non ens, necesse est fieri ens, & quod sit non est, non potest in indivisibilibus tempora dividi tempus. Si enim in A tempore hoc D factum est album, fiebat autem simul & est in altero indivisibili, tempore proximo autem in B. si in A fiebat, non erat, in B autem est, generationem oportet aliquam in medio esse. Quare & tempus erat, in quo fiebat: non enim eadem ratio erit & istis, qui non indivisibilia dicunt, sed ipsius temporis, in quo fiebat, factum est, & est

in extremo signo, cuius nihil contiguum est, neque deinceps, indivisibilia autem tempora deinceps, constat autem quòd si in toto A tempore fiebat, non erit plus temporis, in quo factum est, & fiebat, quam in quo toto fiebat solum.

¶ Ex his etiam, quæ nunc dicuntur, arripit occasionem Arist. probandi, tempus non componi ex indivisibilibus, quod quidem supra factis iam probatum erat. Si (inquit) necesse est ex non ente fieri ens, quare quod sit ens, necesse est prius esse non ens. Deinde ens, & quod sit non est, non potest tempus ex indivisibilibus componi: aut in indivisibilia dividi. Nam si corpus D factum sit album in tempore A, & fiebat in A, cum in eo quo sit non sit, in illo non erit, sed fiet in illo, & erit in alio, quod proximum sit, velut in B. si autem in A non erat, quia fiebat, & in B est, necesse est inter A & B esse aliquam generationem, quare & tempus aliud, & rursum inter illud & B eadem ratione probabitur esse aliud, quare nunquam dividetur usque ad indivisibilia. Neque quidem hæc ratio eadem est aduersum eos, qui non ponunt indivisibilia: nam non dicit in quodam tempore fieri, & in alio, quod sit contiguum, aut deinceps, esse, velut hi, qui ponunt indivisibilia (hæc enim sunt deinceps alia post alia) sed in toto tempore, quo sit, fieri & in extremo eius puncto, siue nunc esse, velut si tota hora sit in vltimo nunc horæ, est primum quo sit, ut non sit maius tempus, quo sit & est primum, quam quo sit, quia nunc additum tempori non facit illud maius. hæc Aristot. Verum illa assertio, quæ aliis etiam locis eiusdem authoris occurrerit, quod sit non est, non ita intelligenda venit, ut nihil sit id quod sit, nam quod sit calidum, calidum est, imo vero non sit calidum, nisi calidum iam aliquatenus est, si rectè monstratum est supra ante omnem motum esse mutatum, sed quod sit, quatenus sit, non est: non enim sit, quatenus est actu aliquid, sed quatenus est potentia id quod nondum est.

¶ Quibus igitur aliquid ve propriis sermonibus credere possit, hi & tales quidam

quidam sunt. Logice autem considerantibus etiam ex his videatur hoc idem accidere. Omne enim quod mouetur continue, si à nullo impediatur, in quod venit secundum loci lationem in hoc ferebatur prius. velut si in B peruenit, & ferebatur in B, & non cum prope erat, sed statim ac incepit moueri: cur enim magis nunc quam prius? eodem autem modo & in alijs, quod autem ab A in B fertur, cum in G peruenerit, rursus venit in A continenter motu. Cum igitur ab A ferebatur in G, tunc & in A ferebatur motum à G: quare simul contrarios (contrarij enim, qui secundum rectam) simul autem & ex hoc mutabitur, in quo non est, si igitur hoc est impossibile, necesse est quiescere in G, non igitur vnus motus: qui enim intercipitur quiete, non vnus est. Adhuc autem & ex his est manifestum vniuersim magis de omni motu. Si enim omne, quod mouetur, dictorum motuum aliquo mouetur, & quiescit quiete contraria rum aliquam (non enim erat alius præter hos) quod autem non semper mouetur hoc motu (dico autem quicunque diuersi speciei & non si qua particula est totius) necesse est prius quiescere contraria quiete, quies enim priuatio motus est: si igitur contrarij quidem motus qui secundum rectam, simul autem non contingit moueri contrarijs, quod ab A in B fertur, non feratur simul & à B in A. quandoquidem autem non simul fertur, mouebitur autem, hunc motum necesse est

quiescere prius apud G. hæc enim erat contraria quies motui à G, constat igitur ex dictis, quod non est continuus motus. Adhuc autem hæc ratio magis propria est dictis: simul enim corruptum est non album, & factum est album, si esset continua alteratio in album, & ex albo, & non manet tempus aliquod, simul corruptum est non album, & factum album, & factum est non album, & rursus enim erit idem tempus, & motus, sed deinceps: nam quomodo sit idem extremum contrariorum, vt dealbationis, & denigratonis?

¶ Nam nunc misis his, quæ per digressionem dicta sunt, redit ad institutum. Probat rursum, quod reflectitur necessarium quiescere in puncto reflexionis, dicit verò superiora argumenta fuisse firmiora, & quæ cuius posset facere eadem, ea quæ sequuntur Logica esse, & probabilitatem solum quandam præferentia. est hoc primum. Quod fertur in rem aliquam, ita vt nisi impediatur ab aliquo, continenter in eam vique feratur, à principio ferebatur in illam, non solum cum prope erat, velut si peruenit in B, in B ferebatur, & quæ ascendit à terra in cælum, ex quo moueri cepit, ferebatur in cælum. sed quod fertur per hanc lineam A—E—G, & in A reflectitur ex G continenter & intra intermissionem, cum fertur ab A in B, continenter venit ex G in A, ergo fertur simul ex A in G, & in A. quare contrarijs motibus mouetur nam qui in contrario sunt secundum lineam rectam, contrarij motus sunt, atque simul mutatur ex eo, in quo non est, nam mouetur simul ab A in G, & ex G in A. si igitur hoc est impossibile, constat necesse esse vt quiescat in G: non igitur est vnus motus, nam qui intercipitur quiete, non vnus motus est. Est aliud argumentum, omne quod mouetur aliquo dictorum motuum mouetur, altera ratione scilicet secretionis, aut lationis, hæc

que

que aut recta, aut secundum circulum: & quod quiescat aliqua harum quietum quiescit, quod autem non semper mouetur hoc motu, sed alio, qui esset ab hoc diuersus, & non pars alia eiusdem motus, necesse est an requam hoc motu moueri incipit quiescere quiete contraria eidem motui, quia quies priuatio motus est, omne autem, quod fit, ex priuatione fit. si igitur quod mouebatur ab A in G, nunc mouetur à G in A, necesse est, vt prius quiescat in G, quia hæc quies dicebatur supra esse contraria huic motui. Inferit etiam huic argumento repetitiones prioris, si motus illi sunt contrarii, & contrariis nihil potest moueri simul, non fiet continenter alius ex alio, quia si ita sunt, si mulseratur quidpiam in G & in A, vt probabatur antea: non igitur erit vnus motus, sed incerpicietur quiete. Addit aliud argumentum, quod dicit esse prioribus magis proprium, tamen reuersa est idemmer, scilicet si simul fit ex non albo album, & ex albo non album, ita vt nullum tempus quietis intercedat inter motum, in album & ex albo, sit vt simul fiant hæc tria, corrumpatur non album, & fiat album, & fiat non album, quia horum omnium erit idem tempus, simul ergo corrumpetur non album, & fiet non album, & fiet album, & corrumpetur album. Præterea (addit) non quod tempus sit continuum, ex quo res est profecta ab A, & rediit in A per eandem lineam, & motus necesse est esse cõtinuus, sed sunt deinceps positi alius post alium. Nam quomodo potest esse idem extremum dealbationis & denigrationis? Hæc sunt Arist. argumenta. superio: a quidem mihi videor satis superque diluisse, hæc ipse Arist. dicit esse logica, & sanè meritò. Nam non tam habent vim, quam verisimilitudinem quandam: nam quod per lineam illam mouetur ab A in G, et si non sit quieturum in G, tamen non fertur in A, nisi fortè per accidens, quia fertur in G, vnde fertur in A. per se tamen fertur in G, & inde recurrit in A. Neque tanè vt prius diximus mouetur cõtinenter, et si non quiescat: nam contrarii motus, inter quos quies non interfit, non erunt cõtinui, sed contigui. Illud verò, quod secundo argumento accipiebatur, necesse esse quod cepit motu aliquo moueri, quiete illi contraria quiesuisse manifestè est peritio principii: nam quia contraria sententia responder, hoc ipsum est, quod negat

Neque dicit idem esse extremum dealbationis & denigrationis, sed simul esse virtusque extrema, alterius initium, & alterius finem. si minus Arist. quoque cogetur dicere idem esse extremum motus & quietis contrariæ: nisi verò inter motum, & quietem intercedat aliud, quod contraria separaret. Itaque quanquam Arist. argumeta multum diuque cõsideraui, nõdum video quæ causa sit, qua non possint contrarii motus esse nulla quiete separati: quin potius contrarium profus puto necesse esse, vt sæpe accidat, si quis motus esse cõtinuus. Nam pone magnam aliquam molem ex alto cedere, multos autem statum, & tenuissima corpuscula, ita vt sit furfum ferti, & euenti molli occurrere, in puncto contractus recurret sine omni quiete, nisi molis magna motus vaporis occurru interrumperetur. Nam enim fieri potest, vt quod ascendit quiescat, & quod descendit continenter moueatur, eam se tangant. Quod si à quavis earum rerum, quæ ascendunt, descenda dentis motus interruptitur, profectò nullo puncto loci non interruptetur, cum ex terra vapores saltem continenter ascendant. pone ex furno siguli per toram horam ascendere fumum cõtinuò, & monti æqualem molem desuper secundum eandem viam ruere, necesse erit toram horam montem superne pendente fumo detineri, aut aliquam exhalationis partem sine quiete recurrere, cum continenter ascendat: quare si quæcunque pars occurrat denudò aliquantisper in quiete motum continet, profectò vsquedum cesset ascensus cõtinuus fumi, durabit montis quies. Si verò aliqua fumi pars tangens motum non eum detinet, neque ipsa moratur, quare ea sine quiete reflectetur. Præterea, id, quod ascendit, non potest aliter cohibere motum descendens, quam resistendo descensui. nam quo alio modo? sed ea, quæ resistunt alterius motui, non omnia cogit quiescere, sed quædam quiescere faciunt, quædam solum faciunt lenius moueri: ergo eorum, quæ ascendentia occurrunt descendentibus, cum poni possit plus, aut minus resistentia, & differentia secundum magis & minus sint infinitæ, quædam poterit facere, vt descendentium motus interrumpatur, quædam vt tardetur solum, atque eorum, quæ tardare possunt, quædam sensibilibiter, quædam insensibiliter id faciunt: ea verò, quæ non interrumpunt descendentium motum,

Motus contrarios nullo quiete separatos esse probatur.

motum, non possunt non ab his reflexa, si ne quiete recurrere. Quod si hoc neges, dicens, quæcumq; resistunt ei quod fertur interrumpere motū, differentia vero maioris aut minoris resistentiæ, esse in maiori aut minori interruptione, cum iis quæ mouent resistant nō solum ea quæ cōtraherūtur, sed etiā quæ quiescentia in medio sunt: ergo & ipsæ mediū partes facient descensus interruptiōnem: quare cum cōtinenter quæ descendit occurrat aliis & aliis partibus mediū, cōtinenter cogetur quiescere: quare aut continenter quiescet, & cōtinenter mouebitur, aut impossibile est omnino aliquid moueri. Quod si dicas, quæ resistunt cōtralata interrumpūt motū, quæ quiescentia nō interrumpunt, hoc quoq; est impossibile. Nam cum vtraq; resistat aliqua certa resistentia, & vtraq; possint plus & minus resistere, & inter omnia finita sit proportio aliqua, certè aliqua eorum quæ ascendunt, possint esse minus resistentia, quam multa eorum quæ quiescentia non possunt descensus motum interrumpere, quare neq; illa poterunt interrumpere, etsi cōtraherūtur, quare illa cōtralata & occurrentia, reflectuntur sine media quiete. Hæc sunt mea argumenta, minime Logica, sed nōstratiōne cōtinentia. proinde de quæstione ita sentio, nihil repugnare, posse quæ reflectitur sine quiete recurrere, quare neq; cōtrarios motus esse, qui nulla quiete separentur. Tamè cum vltimus motus est naturalis, & ab interno principio, vt cum lapis sursum proiectus sponte recurrit, vel vterq; est naturalis, vt dilatatio & contractio cordis, necesse est priorè omnino sedari, & finiri quiete, antequam secundus incipiat. In motu cordis, quoniā eadē vis non potest apponere contra cōtrarios simul, neq; secundū antequā à priori nō nihil conqueuerit. In motu naturali, qui violento succedit, quia violentus motus sit, cum externus impetus maior est externo, naturalis verd succedit, cum exter no debilitato internus præualuit, factusque est externo maior. Non potest aut ex minori factus esse maior, qn fuerit æqualis, tūcque velut in æquipoindio necesse est rem quiescere. At qui necesse est tēpūs aliquod esse, quo velut in æquipoindio res sit: nam etsi continenter altero impetu crescente, & altero decrecente solo momento temporis possint esse exactè æquales, tamen nō quicunq; ponderis excessus mouet, sed certus

quidam nō enim quodcumq; cōtrifeculum altera ex parte incidat in statērā, ipsam depimit, sed quoddā igitur neq; cum primū cōperit impetus externus esse maior res descendet, sed cum quodā excessu erit maior, & eadē ratione prius ascendere cessabit quod proicitur, quam omnino æqualis sit internus impetus, sed cum aliquanto minor: at ex aliquanto minori aliquanto maior, non nisi tempore quodam fiet, quo quidē quiescet. Atq; ad eod ad monstrandū, id quæ Aristi vult, videlicet primum, & perpetuū motū nō posse esse secūdū lineā rectā, quia quod vniū est, vt nullo modo possint esse motus contrarij sine media quiete, sed satis est, vt motus naturales esse non possint, quin quies intercedat. Nam primum illū, & æternum motū constat nō posse esse violentum, sed omni ex parte naturalem, quia quod vniū lentum est, non est perpetuum: frustra erho laborat volens monstrare nulla ratione posse esse contrarios motus, qui non separantur quiete, cum ad præsentem doctrinā illud vnum, quod ego dixi, sit satis.

Qui autem super circulo erit vnus, & continuus, nihil enim impossibile accidit. quod enim ex A mouerit simul, mouebitur in A secundum eandem propositionem: nam in quod veniet, mouetur etiam in illud, sed non simul mouebitur contrarijs, neque oppositis: non enim omnis, qui ex hoc ei qui in hoc, contrarius, neque oppositus, sed contrarius quidem, qui super recta: huic enim est contrarius secundum locum, vt qui secundum diametrum, abest enim plurimum. Oppositus autem, qui secundum eandem longitudinem: quare nihil prohibet continenter moueri, & nullum tempus intermittere. Nam motus in circulo est, qui ab eodem in idem, qui autem secundū rectā ab eodem in aliud,

De cōtrarijs motibus sponte recurrentibus

Et is quidem qui in circulo nunquam in eisdem, is autem qui secundum rectam saepe in eisdem. Cum ergo qui semper in alio, & alio sit, contingit moueri continenter, eum verò, qui in eisdem saepe, non contingit, necesse enim sit simul moueri contrarijs: quare neque in semicirculo, neque in aliqua alia peripheria contingit continenter moueri. Sape enim necesse est hæc moueri, & contrarijs mutari mutationibus: non enim coniungitur principio finis, circuli autem coniungitur, & est solus perfectus. Constat autem & ex hac diuisione, neque alios motus contingere esse continuos: in omnibus enim contingit eadem moueri saepe, vt in alteratione, quæ in medio sunt, & in eo qui quanti magnitudines medias, & in generatione & corruptione eodem modo. Nihil enim interest pauca, aut multa facere, in quibus est mutatio, neque in medio addere quippiam, aut auferre: nam vtroque modo accidit hæc moueri saepe. constat ergo ex his neque Physiologos bene dicere, qui omnia sensibilia moueri dicunt semper. Moueri enim necesse est aliquo horum motuum, & maxime secundum illos est alterari: fluere enim dicunt semper, atque minui. Adhuc autem & generationem & corruptionem alterationem dicunt, ratio autem nunc dicta est vniuersim de omni motu, secundum nullum motum contingere moueri continenter, præter eum, qui circulo: quare neque secundum alterationem, neque secundum

accretionem. Quod quidem igitur neque infinita est mutatio aliqua, neque continua præter lationem, in circulo, sint tot nobis dicta.

¶ Hæcenus probauit motum qui super recta non posse esse perpetuum, nunc probat eum qui circulo posse, vt hunc cõter, siquidem oportet aliquem esse primum & perpetuum, eum esse circularẽ. Qui (inquit) super circulo fixerit vnus & cõtinuus, intellige, & perpetuus: quia nihil accidit impossibile, neque quicquam obstat, eorum quibus probatur, non posse rectum motum esse huiusmodi. Nam in motu circulari, quod ex A puncto mouetur, simul mouetur in A secundum eadem propositionem, quæ vtabamur, videlicet in illo mouetur res, in quod cõtinèter mota veniet. Sed quod circulo mouet ex A cõtinèter motum redibit in ipsũ & in A. neque proinde accidet, vt moueat motibus contrarijs, neque oppositis, vt in recto accidebat: non enim est contrarijs, neque oppositis quicquam est ab hoc, ei qui in hoc: sed cõtrarius est is qui in hoc ei qui ex hoc per eandem lineam rectam: oppositus verò, qui per eandem lineam, est recta nõ sit, vt motus ab oriente in occidentem per meridiem motus ab occidente in orientem per meridiem: tamen motus ab oriente in occidentem per meridiem motus, ab occidente in orientem per oppositam meridiem partem, neque contrarijs est, neque oppositus. Reddens rationem Arist. qua eos, qui per eandem rectam sunt, vocat contrarios, alios oppositos, dicit, huic enim est contrarijs secundum locum, vt qui secundum diametrum: maxime enim distat. nimirum si linear, quæ percurrunt ut, sunt æquales, tanto distantiora sunt loca à quo & in quem, quanto linea rectior summe distat, eum omnino recta. proinde hi sunt cõtrarii motus, quia omnem rationem contrariorũ habet, parã sub eodem genere maxime distantia, mutuo sese pellent. Alii tunc oppositi, quia se cohibent, non contrarij tamen, quia nõ ex maxime distantibus. Cũ ergo (inquit) sine motibus contrarijs, aut oppositis, redeat quod circulo mouetur in idem vnde egressus est, nihil prohibet continenter moueri, & nullum tempus intermittere. Nam motus in circulo est ab eodem in idẽ, motus

motus secundum rectam est ab eodem in aliud: & qui circulo mouetur ab aliquo puncto, & redit in idem, nunquam est in eisdem locis, cum recedit, & cum accedit: quod tamen secundum rectam moueretur, inter aliqua puncta saepe esset in eisdem, nam per eandem omnino lineam rediret, per quam prius esset motum. Eum ergo, qui semper in alio, & alio loco sit, contingit moueri cōtinenter, quia neque contrariis, neque oppositis mouebitur, tamen quæ saepe in eisdem non contingit, quia necesse sit simul moueri contrariis. Vnde colligit non solum secundum rectam non posse fieri cōtinenter perpetuum motum, sed neque secundum semicirculum, aut aliquam aliam peripheriam, quæ non sit perfectus circulus. Nam quod per semicirculum moueretur saepe percurreret per eundem semicirculum, cum integram circuitiōnem non absolueret: quare cōtrariis, vel saltem oppositis motibus ageretur, cum non sit coniunctus principio huius, velut in circulo, in quo coniungitur, estque solus circulus perfectus. Ex præsentis diuisione, hæc scilicet, quæ diximus, quæ sunt in eisdem saepe non posse moueri cōtinenter, quæ verò semper in alio & alio posse, dicit manifestum esse, neque aliquæ aliam motum à latatione posse esse cōtinuū, intellige & perpetuum. Nam si quidpiam ponatur alteratione aliqua alterari semper, aut inter quosdam terminos magnitudinis crescere & minui, necessarid fiet saepe, in eisdem, & eadem mouebitur saepe, in alteratione quæ in medio sunt, vt si ex albo nigrum, & ex nigro album fiat, saepe mouebitur per hos ipsos gradus candoris & nigriciei, qui in medio sunt, in eo motu, qui quanti, in accretione scilicet vel decreitione, saepe mouebitur magnitudines medias, vt si ex tam exiguo tanta magnitudinis fit, & ex tanto rursum tam exiguum, semper mouetur per easdem magnitudines, quæ inter sunt. In generatione etiam & corruptione eodem modo: nam (inquit) siue pauca, siue multa sint in quibus est mutatio, siue in medio addamus quidpiam, aut auferamus, nihil refert: nam vtunque hoc habeat, contingit eadem moueri saepe, quare nullo tali motu potest quippiam semper moueri. Hinc colligit, etiam Philosophos, qui dicebant, omnia sensibilia moueri semper: nam aliquo dictorum motu mouerentur, atque alteratione maximè dice-

bant: nam dicebant omnia semper fluere, & minui (obiter hoc quoque illis obicit, quod dicerent generationem, & corruptionem alterationes quædam esse) tamen cōmuni ratione probatum est nullum talem motum posse esse cōtinuum, & perpetuū, neque omnino aliquem alium præter circulum. Quod quidem igitur (concludit diuisionem) neque infinita est mutatio aliqua, neque continua, hoc est, non est cōtinua & infinita, præter latationem in circulo, sint tot nobis dicta.

CAP. NONVM.

¶ Esse igitur latationum primam eam, quæ circulo agitur, manifestum est: omnis enim latatio, vt prius etiam dicebamus, aut circulo, aut recta agitur, aut mixta est, quàm hanc autem necesse est priores esse illas, ex illis enim constituta est, quàm ea autem, quæ recta, eam quæ circulo, simplex enim, & perfecta magis: infinitum enim non est per rectam ferri, infinitum enim hoc modo non est. Sed neque si sit moueri possit quippiam: nõ enim sit quod impossibile est, percurrere autem infinitum impossibile. Qui autè in recta finita reflexus quidè, cōpositus, et duo motus non reflexus autè imperfectus, & corruptibilis. Prius autè & natura, & ratione, & tēpore, perfectum quidem imperfecto, & corruptibili incorruptibile. Præterea prior, quæ contingit esse perpetuū, eo què nõ cōtingit: eū aut qui circulo cōtingit perpetuū esse, aliorum autè, neque latatione, neque alium alium quem, quiete enim oportet fieri. Si aut quietes corrumpitur motus, secundum rationem verò enenit eū, qui circulo, vnum

esse continuum, & non eum, qui recta. Eius enim, qui recta, definitum est principium, medium, & finis, & omnia habet in seipso: quare est unde incipit id quod mouetur, et ubi finiet: nam in extremis quiescit quodcumque, aut unde, aut ubi: peripheria autem indefinita. Cur enim magis extremum quodcumque eorum, quae in linea, eodem enim modo quodcumque & principium, & medium, & finis, ut semper aliquis sit in principio, & sine nullo quare: quare mouetur & quiescit quodammodo sphaera: eundem enim tenet locum, causa autem, quod omnia haec acciderunt centro. etenim principium & medium, & finis magnitudinis est: quare quia hoc est extra peripheriam, non est ubi id quod fertur quiescat, ut quod praeterierit: semper enim fertur circa medium, sed non ad extremum. Quia autem hoc manet, semper quidem quiescit quodammodo totum, & mouetur continenter. Accidit autem e contrario, etenim quod mensura motuum circumducto est, primam necesse est ipsam esse: omnia enim mensurantur primo. Et quia primus mensura est aliorum. Adhuc autem & aequalem contingit esse eum solum, qui circulo: nam quae super recta inaequaliter à principio feruntur & in fine. Omnia enim quanto plus absunt ab eo, quod quiescit, feruntur celerius, solius autem eius, qui circulo, neque principium neque finis in ipso est, sed extra. Quod autem latius secundum locum primus motus est, restantur omnes qui-

cumque; de motu mentionem fecerunt, principia enim ipsius tribuunt mouentibus hunc motum: segregatio enim & congregatio motus secundum locum sunt. Ita autem mouet amicitia & lus: haec enim ipsarum separat, illa congregat. Et mentem dicebat Anaxagoras primo mouentem segregare. Ita autem & quicumque nulla huiusmodi causam dicunt, ob vacuum autem moueri dicunt: etenim hi eo qui est secundum locum motu naturam moueri dicunt, motus enim, qui propter vacuum, latius est, & ut in loco: aliorum autem nullum accidere primis, sed ipsae, quae putantur ex his: augetur enim, & minui, & alterari congregatis, & segregatis insectilibus corporibus dicunt. Eodem autem modo & quicumque per densitatem aut raritatem parant generationem, aut corruptionem: congregatione enim & segregatione haec disponunt. Adhuc autem & praeter hos, qui faciunt animam causam motus: idem enim seipsum mouens principium esse dicunt eorum, quae mouentur, mouet autem animal, & omne animatum seipsum motu secundum locum. Et praecipue moueri dicimus solum id quod mouetur motu secundum locum, si autem quiescat in eodem, crescat autem, aut decrescat, aut alteretur, quodammodo moueri, simpliciter autem moueri non dicimus. Quod quidem igitur & semper motus erat, & erit toto tempore, & quod principium perpetui motus, ad huc autem qui primus motus, & quod motum solum contingat esse perpetuum, & quod primo mouet esse immobile, dictum est.

Quod rationem esse primum motuum omnium
 satis antea probaverat, nunc probat latius
 non primam esse eam, quæ circulo agitur,
 ut hinc conilletur rationem, quæ agitur circulo,
 esse primum motuum. Interim probat
 rursum rationem esse primum motuum,
 idque esse consentaneum omnium Phisico
 logorum placitis. Esse igitur inquit ratio-
 num primam, eam quæ circulo agitur, ma-
 nifestum est, primum argumentum, Omnis
 latio, ut prius etiam dicebatur, aut circulo
 agitur, aut recta, aut mixta est, necesse est
 autem priores esse illos, rectam, inquam, &
 circumlatam, quam mixtam, quia hæc ex illis
 est constituta, et eam quæ circulo agitur ne-
 cesse est esse priorem ea quæ recta, nam sim-
 plicior est, & perfectior: nam motus rectus
 non potest esse tempore infinitus, quin re-
 flectatur, quia non est spatium infinitum,
 neque sicut, possit per illud fieri infinitus
 motus: Nam quod impossibile est factum
 esse, non potest fieri, transactum autem esse
 infinitum impossibile est (hoc idem argu-
 mentum occurrit antea: ubi nos perpendi-
 mus quantum habeat vim) ergo neque per-
 curri potest. Si verò reflectatur, probatum
 (inquit) est, necessarium fieri duos motus,
 qui autem non reflectitur, siquidem ut di-
 ctum est non potest esse infinitus, necessa-
 rium est imperfectus, & corruptibilis. is qui
 circulo agitur, perfectus est, & incorrupti-
 bilis, infinitus enim esse potest idem & vnus.
 præter perfectum imperfecto, & incorru-
 ptibile corruptibile prius est omni ratione:
 nam natura, & ratione, & tempore. Na-
 tura & ratione prius idem est, id scilicet
 quod rationem causæ habet, aut ex quo
 aliud fluit, est tempore non antecedit: tem-
 pore verò prius, quod aliquo tempore an-
 te aliud est. Addit aliud argumentum,
 quod reuera se priori continetur. Prior
 (inquit) est motus, qui potest esse infini-
 tus, eo qui non potest: is autem, qui cir-
 culo agitur, potest, & nullus alius, neque
 qui latio sit, neque aliquis alius potest:
 nam quietem oportet fieri in reflexione, si
 autem sit quietes, contrahitur motus. De-
 inde dicit Aristotel. qua ratione eveniat,
 ut is, qui circulo agitur, motus sit vnus, &
 continuus: is autem, qui recta, non sit. Me-
 rito (inquit) hoc evenit: nam eius motus,
 qui sit in recta, certum, definitumque est
 principium, medium, & finis, & omnia ha-
 bet in seipso; quare est tunc incipit, & ubi

finiet, id quod mouetur. Nam in extre-
 mities quiete quocumque, aut vnde, aut ubi,
 hoc est, aut in termino à quo, aut ad quem.
 tamen peripheria indefinita sunt, initium,
 medium, & finis: nam non est cur sit extre-
 mum pars quæpiam lineæ circularis, potius
 quam quæcumque alia, nam eodem modo
 potest quæcumque in ea pars, principium,
 & medium, & finis dici, ita ut semper sit ali-
 quis, qui scilicet moueatur per peripheri-
 am in principio, & in fine nunquam. Hinc fit,
 ut sphaera quodammodo moueatur, &
 quieteatur simul, nimirum etiam si mouetur
 in loco; tamen tenet tota eundem locum
 semper. Huius causam esse dicit Aristotel.
 quod magnitudinis sphaericæ centrum est
 simul principium, & medium, & finis: quæ-
 re cum centrum sit extra peripheriam to-
 tam, & ab omni parte necessarium æquè di-
 stans, non est ubi quieteatur id quod fertur
 per peripheriam, utpote quod principium
 semper præterit, & finem nunquam at-
 tingat: nam semper fertur circa medium,
 & non ad extremum, quod idem medium
 est, sed circa illud semper distans æqualiter.
 atqui cum ipsum centrum semper man-
 neat eodem loco, sit ut totum corpus sphae-
 ricum, quod circumducitur, quieteatur quo-
 dammodo totum, quia scilicet totum eod-
 dem loco persistit, & ut moueatur conti-
 nenter in loco scilicet, & circa medium.
 Addit deinde Aristot. aliud argumentum
 à posteriori. Accidit (inquit) è contrario,
 nimirum circumductio est mensura alio-
 rum motuum: nam circumductione cæli
 mensuramus motus omnes, qui penes nos
 sunt, igitur est primus motus, nam quia
 primus motus est, est mensura aliorum:
 primo enim oportet posteriores mensura-
 ri. Præterea (inquit) hunc solum motum
 contingit æqualem esse semper, hoc est, si
 eundem omnes partes æquè celerem. Nam
 qui super lineam rectam sit, nunquam retinet
 eandem celeritatem à principio ad finem,
 sed inæqualiter feruntur quæ recta quia om-
 nia feruntur semper tanto celerius, quanto
 longius ab sunt ab eo, quod quieteatur. Intelli-
 git hæc de his, quæ mouentur naturaliter, &
 id quod quieteatur vocat terminum à quo. Itaque
 quod dicit est, quod mouetur naturaliter,
 tanto maiore celeritate semper comparat, quan-
 to longius recessit à termino à quo egressum
 est, velut lapis ruens semper maiorem
 celeritatem capit. atqui id quod quieteatur

*Estor que
tandem.*

in quocumque motu, alii potest vterque terminari, quia in vitro quiescit in principio, antequam incipiat mori, in fine eum finitus iam est. Tamen Aristot. non dicit tanto celerius moueri quodcunque, quanto magis accedit ad id quod quiescit, sed quanto magis recedit ab eo quod quiescit: non enim lapis tanto celerius iam mouetur, quanto propius accedit ad terram, sed quanto ex altiori loco ruit. Vt ex hoc aperit, si me iam constet falli eos, qui dicunt, quod fertur naturaliter proinde comparate celeritatem eundo, quod propius loco naturali fiat. Nam non proinde fit, sed quod à termini, à quo violenter derinebatur, longius recedit. Causam autem huius supra apertius diximus, nunc ad argumentum redeamus. Si (inquit) sola circumductio inter naturales motus potest esse æqualis, hæc est primus motus: hic enim solus potest esse infinitus, perfectus, & æqualis, quia hic solus nullum principium, aut finem habet, nisi extra se, putà in centro. His dictis docet Aristot. omnium aliorum Philosophorum placitis esse consentaneum lationem esse primum motuum: maximum enim argumentum omnia in se est, quod ab omnium consensio ne capitur. Quod ergo (inquit) latio primus motum est, testantur omnes, qui de motu mentionem fecerunt: principia enim ipsius (hoc est, mouendi, aut motus) tribuunt mouentibus hunc motum, id est, mouentibus secundum locum. Nam alii dicebant principium rerum & totius motus esse congregationem & segregationem, congregatio autem & segregatio lationes quædam sunt. Alii dicunt amicitiam & hanc, constat vero ad amicitiam congregando, inimicitiam segregando facere. Empedocles dicebat causam primam esse mentem, hanc verò segregando generasse. Alii etiam dicebant vacuum esse primum principium mouendi, qui etiam necessariò ponebant primum motum esse lationem: minam motus, qui agitur vacui causa, latio est, atqui hi ipsi Philosophi nullum aliura motum præter lationem consentant accideris primis corporibus, sed his in iam lationem, excretionem autem, & alterationem concretis ex primis corporibus. Nam augeri, aut minui, aut alterari quodcunque dicebant corpusculis indubitabilibus (quæ ponebant esse elementa) congregatis, aut segregatis: ipsi ergo elementa congregari tantum, aut segregari, corpora con-

trera augeri, aut minui, aut alterari. Alii dicebant raritatem & densitatem esse primas mutationes & raritatem ac densitatem omnia generari. atque horum etiam placito fit lationem esse primum motum, nam congregatione & segregatione hæc dispositiones. Congregatione aut segregatione dicunt fieri densitatem & raritatem, congregationes autem & segregationes latione. Alii dicebant primam mouendi causam esse animam, atqui hi dicebant omnes motus causas reduci in id quod seipsum mouet, ut animal, non alio motu, quam latione esse seipsum mouens: neque enim aliter quam secundum locum dicimus animalia seipsum mouere. igitur hi quoque faciunt lationem primum motum, & vique adeo omnium placitis consentaneum est lationem esse primum motum. Quin etiam (addit) moueri præcipue dicitur id quod loco mouetur, si quid enim dicimus simpliciter moueri, quis intelligit loco moueri, si autem quiescens aliquid crescit, minuitur, aut alteratur, non simpliciter dicimus id moueri, sed quodammodo dicentes moueri secundum magnitudinem, aut qualitatem, ut vel ex hoc constet lationem esse primum, & perfectum, & maximè proprium motum. Facit deinde epilogum eorum, quæ demonstrata sunt dicens, quod quidem igitur & semper motus erat, & erit toto tempore, & quod principium perpetui motus, adhuc autem qui primus motus, & quem motum solum contingat esse perpetuum, & quod primò mouet, esse immobile, dictum est.

CAP. DECIMUM M.

Hoc autem necessariò esse sine partibus, & nullam habere magnitudinem nunc dicamus, primum de prioribus ipso definitis: horum autè vniū est, non posse finitum quippiam mouere tempus infinitum. Tria enim sunt, quod mouetur, & quod mouet, & iterum, in quo tempus: hæc autem aut

omnia infinita, aut omnia finita, aut quedam velut duo, aut vnum. Sit autem *A* quod mouet, & quod mouetur *B*, tempus infinitum, in quo *G*: ergo ipsum *D* mouerit partem aliquam *B*, eam in qua *E*, non quidem in aequali ipsi *G*, in maiori enim maius: quare non infinitum tempus, quod ipsius *Z*, sic itaque ipsi *D* addens consumam ipsum *A*, & ipsi *E* ipsum *B*, tempus autem non consumam, semper auferens aequale, infinitum enim: quare aut tota *A* totam *B* mouebit in tempore finito *G*, non igitur potest à finito moueri aliquid infinitum motum. Quod quidem igitur non potest quod finitum est infinitum tempus mouere manifestum. Quod autem omnino non potest in magnitudine finita infinita esse virtus, ex his manifestum est. Sit enim maior virtus semper ea qua aequale in tempore minori facit, ut qua calefacit, aut dulcedine ingerit, aut proicit, et omnino mouet: necesse est igitur & à finito quidem, infinitam autem habere vim, partem aliquid id quod patitur, & plusquam ab alia: maior enim virtus qua infinita. Verum tempus non potest esse aliquod: si enim est, id in quo *A* tempus, in quo infinita virtus calefaciebat, aut pepulit, in quo autem *A* finita aliqua, ad hanc maiorem semper accipiens, finita autem, perueniam aliquando in *A* tempore mouisse, finito enim semper addens præteribo omne finitum, & auferens faciam deficere eodem modo: in tempore ergo aequali mo-

uebit finita, & infinita, hoc autem impossibile: nihil igitur finitum potest infinitam potentiam habere, non igitur neque in infinito finitum. Atque contingit in maiori magnitudine maiorem virtutem esse, sed adhuc magis in maiori maiore. sit igitur id in quo *A* *B* infinitum, hoc igitur *B* *G* habet virtutem aliquam, qua in aliquo tempore mouebit hanc *D*, in tempore in quo *E* *Z*, si igitur ipsius *B* *G* duplum accipiam, in dimidiato mouebit tempore ipsius *E* *Z*. sit enim hæc analogia: quare in *Z* *B* mouebit, non igitur ita accipiens semper *A* *B* aliquando præteribo: tempus autem eo quod datum sit semper minus accipiam, infinita ergo virtus erit, omnem enim potentiam finitam excedet, omni autem potentia finita, necesse est finitum esse & tempus: si enim in quodam tarta, maior in minori quidem, definito autem tempore mouebit secundum conuersionem analogie: infinita autem omnis potentia, ut & multitudo, & magnitudo, qua vincit omnem finitam. Est autem & hoc modo demonstrare hoc. Accipimus enim potentiam aliquam eadem genere cum ea qua est in magnitudine infinita, in magnitudine finita existet tempus, qua mensurabit eam, qua in infinito finitam potentiam. Quod quidem igitur non contingit infinitam esse potentiam in magnitudine finita, neque finitam in infinita ex his constat.

¶ Cum multa alia de primo mouente disputauerit, tandem in fine totius dissertationis monstrat illud esse sine magnitudine.

esse itaque virtutem quædam incorporeâ, eamque in summo cælo. Ratio autem demonstrationis est hæc. Nulla virtus finita potest mouere tæpus infinitum, & in magnitudine finita non potest esse virtus infinita, neque in infinita finita, sed primò mouens mouet infinitum tæpus, ergo sine magnitudine est: nam aut haberet finitam, & ita & virtutem finitam, quare nõ posset infinitum tempus mouere: aut infinitam, quare haberet etiam virtutem infinitam, quod fieri non potest: nam præterquam quòd supra est monstratum, non posse magnitudinem aliquam infinitam esse, moueret, & in nullo tempore, quod repugnat mori: ergo neque finitam, neque infinitam habet magnitudinem, id quod est primò mouens. Verùm in hoc argumento hæc indigent demonstratione, primum non posse virtutem finitam mouere tempus infinitum, deinde posse virtutem infinitam esse in magnitudine finita, neque finitam in infinita, deinde virtutem infinitam si moueat, in nullo tempore mouere. primum ita monstrat, Triasunt, quod mouet, & quod mouetur, & tæpus, quo mouetur: hæc autem aut omnia sunt finita, aut omnia infinita, aut quedam finita, quedam infinita, velut duo, aut vñ, finita, aut infinita, velut si quod mouet & quod mouetur sunt finita, tempus autè infinitum, hæc autem fieri non potest. Nam sit A finitum quod mouet, & B quod mouetur finitum etiam, & G tempus infinitum, in quo morus fit, sitque D pars ipsius A, quæ moueat E partem ipsius B, mouerit quidem D pars partem E in tempore nõ equali ipsi G, sed in minori, quia maior in maiori mouebitur, totum ergo B in maiori quàm pars ipsius E, ergo tempus, in quo D moueat E sit Z tempus, in quo mouebitur totum B, certa proportione erit maius quàm Z, quia & totum A est certa proportione maius quàm D, & totum B quàm E, non ergo erit tempus infinitum, quod ipsius Z erit duplum, aut triplum, aut quadruplum, aut alia proportione. Nam si infinitum esset, non posset habere eandem proportionem ad tempus Z, quàm A ad D, & B ad E. nam addens ipsi D aliquoties æquales partes consumam totum A, & addens ipsi E consumam totum B, tamen addens ipsi nunquam consumam totum G, si est infinitum: sed oportet eandem esse proportionem, ergo non potest tempus esse infinitum,

in quo mouens & id quod mouetur sint finita. Multo minus fieri possit (id quod in argumentatione Aristotele videtur deesse) vt quod mouet finitum sit, & quod mouetur infinitum. Nam rationem quamdam esse oportet eius quod mouet, & eius, quod mouetur: nullo ergo modo potest virtus finita mouere infinito tempore. Deinceps probat non posse esse virtutem infinitam in magnitudine finita, hoc argumento quòd nullo tempore moueret. Nam sit (inquit) semper virtus maior, quæ in tempore minori facit æquale, vt quæ calfacit aut dulcedinem ingerit, aut proficit, aut omnino aliquid facit: nam hæc dicebamus antea esse ratione celeritatis cõstare verò cæteris paribus, quo virtus efficiens maior est, eo esse motum cæliorem. necesse est ergo à magnitudine finita, & infinitam habente vim, pati aliquid id quod patitur, & plus quàm ab alia quacunque: nam infinita virtus maior est quacunque finita. Verùm tempus, in quo patietur, non poterit esse aliquod: nam sit A tempus, in quo virtus infinita mouit, & A B sit tempus, in quo mouit virtus aliqua finita: tempus A B aliqua proportione maius erit quàm tempus A, virtus ergo, quæ tanto maior erit quàm illa illa, quæ mouebat in A, quanto tempus A B tempore A, mouebit etiam in A: tamen erit finita, cum certa quadam proportione sit maior finita, ergo finita & infinita mouebunt eodem tempore. hoc autem (inquit) est impossibile, ergo nihil finitum (colligit) habere potest virtutem infinitam. Deinde monstrat, neque finitam virtutem in infinito corpore esse posse. Non igitur (inquit) esse que in infinito finitam virtutem esse contingit: tamen contingere (dicit) obiter quod attentè considerari velim) virtutem maiorem esse in magnitudine minori, & minorem in maiori: quanquam magis contingat in maiori maiorem esse. Nõ posse autè in infinito finitam esse, ita monstrat. sit corpus infinitum, quod finitam vim habere dicis A B, ergo pars ipsius aliqua, quæ sit B G habet virtutem aliquam, quæ in aliquo tempore mouebit rem aliquam, quæ sit D. illud tempus sit E Z. si ergo accipiam duplo maiorem partem, quàm B G, mouebit duplo minori, quàm E Z, si triplo maiorem in triplo minori, atque ita semper quacunque autem proportione accipieris, pars maior erit toto in finito minor, ergo omnes illæ

partes tempore quodam finito mouebunt: nam finita erit cuiusq; illarum virtus, quia aliqua certa proportione erit maior quada finita: virtus tamē totius infiniti maior erit quacunq; illarū, ergo erit infinita. Nā vt in magnitudine, & multitudine, quæ superat omnē finitam, est infinita, ita etiā in virtute, ea quæ vincit finitā, est infinita: igitur in magnitudine infinita non potest esse virtus finita. Est autē (inquit) & hoc alio modo demonstrare. Accipiatur potētia in magnitudine finita eiusdē generis cū ea virtute, quā in infinita magnitudine finitā esse ponis, vt gratia exempli, si ponis ignē infinitum, accipiam ignē cuiusdā magnitudinis, illius virtus mēsurabit totam virtutē ignis infiniti, nam erit pars certa illius, cūm sic vtraq; finita, tamen mēsurabit non quāuis mēsurabit magnitudinē, sed ille ignis, quē toties accēptus, vt virtutē totius infiniti accipiat, redēdet, erit in magnitudine finitus: quare fieri vt totū infinitum non habeat maiore vim parte sua finita. Quod quidem igitur (coligit) non contingit infinitam esse potentiam in magnitudine finita, neque finitam in infinita, ex his constat. hęc Arist. Sed si quis ardentē consideret quæ in hac disputatione dicta sunt, videat omnia esse magnis difficultatibus plena. In primis falsum esse videtur quod Arist. accipit virtutē finitam nō posse mouere tēpus infinitū. Nam si virtus agit sine resistētia, & defatigatione, estq; incorruptibilis, profectō et si finita sit, mouere poterit tēpus infinitū: nam si defatigatio tollitur, nō est maioris potentia plus quā minus tēporis mouere. Non est autē idē in corruptibile esse virtutē, & sine resistētia operari, atq; infinita esse: siquidē omnes incorporeæ virtutes sine defatigatione mouent, non tamen omnes sunt infinitæ: non ergo si prima causa infiniti tēpore mouet, proinde sequitur infinita esse, sed in corruptibile. Deinde argumentum, quod id contendit Arist. confirmare, videtur omnino futile. Nam cur si totū A moueat totū B, in tēpore G, pars ipsi? A moueat partē ipsius B, in tēpore minori ipso G, aut cur nō potius in eodē, cūm eadem sit proportio totius ad totum, & partis ad partē? Rēspōdent quidā vanū esse hoc argumentū, si cōferatur pars mouētis cum parte eius quod mouetur, de bere tamē fieri nō ira, sed cum parte spatii: atq; aded verū esse si totum mouens tanto tēpore mouet totum corpus per tantū spa-

tii, partem mouētis totū corpus per dimidiatum spatii eodē tempore mouere. sed mirum quōd hi omnes hac rēspōsione satiat se obiectioni fecisse satis. In primis quod accipiunt, si tanta virtus tantū corpus tāto tēpore per tantū spatii mouet, dimidiatum virtutē idē corpus per dimidiatū spatii posse mouere eodē tempore, nō est omnino verū, nisi cōcedatur quātulumcunq; virtutem posse quantumcunq; corpus aliquatenus mouere. Nam aliter fieri poterit, vt tāta virtus possit corpus aliquod per tantum spatii tanto tempore mouere, dimidiata vero virtus idē corpus omnino mouere nō possit, nisi in quā nulla virtus sit, quæ quodcunq; corpus aliquatenus mouere nō possit. quod si concedis, sit statim omnia moueri semper, quia omnia sunt intra cœlum in se motuō actiua: aut ergo cōcedendū est omnia esse in perpetuo motu, aut propositio nō illi addendum hoc, si tāta virtus tantum corpus per tantū spatii tanto tempore mouere potest, dimidiata virtus, si idē corpus potest mouere, per dimidiatū spatii eodē tēpore mouebit. Itaq; quod illi simpliciter affirmant, magnā difficultatē cōtinet. sed sit hoc verissimū, cōstat, nihil abesse longius, ab eo quod Arist. in sua mōstratione accipit. Nā ille ita dicit, sit A quod mouet, & B quod mouetur, & G tempus infinitū, ergo ipsum D (est autē D pars A) mouerit partem ipsius B, quæ sit E, quæ quæso mentio hęc sit spatii: nulla profectō, sed eius quod mouet, & eius quod mouetur, & temporis: igitur illi enarratores nō explicat quid dicat Arist. sed quid sibi videat deuisse dicere. Sed finita diceret, haud quaquā posset argumentū infinito acōmodari, & de primi mobilis motu, & primo motore concludi. Nā primum mobile nō fertur per spatii aliquod rectum, sed in eodē circūducitur, idē autem spatii infinities repetitū est, vt infinitū spatium, cuius non potest accipi pars certa, & quā vocant aliquotā. si ergo quammaximē fingamus Arist. in argumento spatii in flexisse, illud vnū videtur mōstrari posse, non posse virtutē infinitā mouere per spatium finitū corpus aliquod tēpore infinito, id quod suprā cap. 2. libri texti idē Arist. mōstrare voluit, sed in illo loco mōstrauimus, tunc quoq; addendū esse celeritate vni formi, aut equali. Nā si corpore semper euntē decrescat motus celeritas secundum proportionē, profectō intelligi possit (quam

quam fieri fortasse non possit) motus infinitus per spatium finitum. Sed mirro hæc, quæ sunt præsumptiva disputata. Collat hoc argumentum motui primi mobilis à primo motore non posse accommodari, cum infinita circuli repetitio per infinito spatium sit. Quid ergo de Arist. argumento dicendum? Ego quidem quod antea etiam dixi non semel, hic quoque dicam, plerumque Arist. assertiones veras esse, argumenta tamen, quibus confirmetur, non raro esse fallacia, velut profecto modo, primam causam incorpoream esse verissimum est, argumenta autem quibus confirmat, inania. Perpendamus ergo in primis reliqua, deinde nos dicam quibus indubitabilis, & infinitas Dei monstrari possunt. Probat Arist. non posse esse virtutem infinitam in magnitudine finita, quia in nullo tempore moueret. Videtur tamen hinc fieri primam causam non esse virtutem infinitam, quia in aliquo tempore mouet, quod si lubet concedere non esse virtutem infinitam, sit ex superiori argumento, ut non possit infinito tempore moueri: cum ergo infinito tempore moueat, erit infinita, & aliquo tempore moues. Ego quidem intelligo Arist. non intellexisse primam causam esse infinitam virtutis, sed neque finitam, neque infinitam, eo quod sine corpore sit: nam finitum, & infinitum ad quantitatem pertinentem antea dixit. Dicit itaque primam causam, quia neque finitam, neque infinitam est, neque omnino esse quantam, non esse autem finitam, aut infinitam ita probat, quia si infinita esset, non posset moueri tempore infinito, si infinita, non posset in tempore aliquo moueri. Ceterum neque hac in parte videtur argumentum bene concludi, non enim quanto virtus quæ mouet est maior, tanto minori tempore mouet, nisi ponatur virtutem semper operari necessariam, & quantum possit: nam si virtus operetur non quantum potest, sed quantum vult, profecto possit esse infinita, & mouere quadam certa celeritate, ergo aut Arist. tacite ponit primam causam non esse liberam, sed necessariam & naturaliter operari quantum potest (id quod eius placitis est admodum consentaneum) aut male concludit argumentum. Non enim sequitur causa prima mouet certo quodam tempore, ergo non est infinita, sed aut non est infinita, aut non est libera. Affirmati ergo primam causam esse liberam, non est monstratum, eam non esse infinitam, quare neque esse sine magnitudine. Dicunt quidam enarratores de sententia Arist. primam causam, etsi sit infinita, mouere tamen certo quodam tempore, quia libera est, hoc verò Ari-

stotelem, etsi non dixerit, intellexisse tamen, quia dixit esse incorpoream: corporeas enim operari quantum possunt, incorporeas libere quantum volunt. Sed hi dum contenti sunt, dicunt quædam planè falsa. Nam quid absurdius, quam dicere, omnes virtutes corporeas operari quantum possunt, cum experiamur quotidie equum fortè lentè incedere, & veterimos, gratissimosque equos constantissime currere? Nimirum facultas animalis, quantum corporea est, non semper apponitur tota, sed pro voluntate, imaginatione, & appetitu. Magis ergo consentaneum est Arist. hic posuisse tacite primam causam non esse liberam, quam omnes facultates corporeas quantum possunt operari. Ego quidem non a me eorum ingenium, qui omnia, quæ vera esse credunt Arist. inuitu etiam dicere cogunt, quia vix credere videtur quicquam verum esse, quod Arist. negauit. Quæ demerita fortasse in quorundam animis impietate quadam in generat, sed non minus fidei tribuit Arist. quæ sacris eloquiis, res plena periculo. Quis nescit lumine fidei multa nobis innotuisse, quæ lumine naturali solo laud quaquam potuissent innotescere? quid ergo referat omnia ab Arist. petere, nihilque satis confirmatum esse, putare, quod Arist. tributum non sit? Satis profecto est Arist. cum iudicio legere: fidem verò tribuere solis sacris literis, & Eccl. Fides cui habetena. Fides cui habetena. Primam causam incorpoream esse non dubium est, cum id proficitur Ecclesie, tamen Arist. non videtur id bene demonstrasse: quare si quis sibi intelligens deinde fallacia esse argumenta, facile adducetur ut neget. Moueo ergo Arist. cum iudicio legere, & solis Dei oraculis habere fidem, ne quando hominum autoritate tereris. Arist. itaque dicit primam causam neque finitam esse, neque infinitam, neque liberam: nobis verò infinitam esse, & liberam ipsemet Deus per sanctam Ecclesiam reuelauit. Hæc omnia quantum naturali ratione persuaderi possit videndum est: primum fallacibus argumentis Arist. refutatis. Quia finitum, & infinitum ad magnitudinem pertinere dixerat, magnitudinem verò & paruum ad quantitatem per se, ad qualitatem non nisi per accidens. Quod magnitudinem non habet infinitum esse negat. nimirum dictus habetenus consentanea addit modum. Nam nisi sumus oblitus eorum, quæ hucusque dicta sunt, nisi quæ profecto hæc tenemur meminit Arist. magnitudinis

dinis alicuius in qualitate, præter eam quam
 habet ex subiecta materia. Sed si nos rectè
 monstrauimus antea, esse virtutibus & qua-
 litatibus, præter eam quã habent à subiecto,
 propriã quãdam magnitudinẽ (siue propriã, siue
 per analogiã dicat, vt magnus & parus calor)
 constat virtutes incorporeas posse esse alias
 aliis maiores: quare secundũ hanc magnitudi-
 nẽ possit aliqua esse infinita. Nihil autẽ res-
 fert si cõtrẽdas istud in finitũ analogia quãdam
 dici, vt magnũ, & virtutũ, dici de quãtitate, p-
 propriã. Nã siue propriã siue analogia dicatur vir-
 tus infinita, ad præsens argumentum nihil fa-
 citurã virtus dicitur ad operationem, quare
 mouendi virtus si infinita est nõ potest ali-
 quo tẽpore mouere, nisi libera etiã est: Arist.
 verò neq; hac ratione infinita esse concede-
 ret, neq; liberã. Mouere enim primũ cœlum
 tanta celeritate ob modũ virtutis, apertè hoc
 loco inuenit. Quoniã ergo sine corpore est,
 infinitam nõ esse male intelligit, cum sit pro-
 pria virtutibus magnitudo, quẽ ex magnitu-
 dine eius, quẽd potest facere, capitur. Atq; ad-
 eò Arist. ipse quanquã hætenus eius ma-
 gnitudinis, quã præter subiectũ est, recusã-
 uerãt meminisse, hoc tamẽ capite nõ potuit
 deuitare quin diceret, dicit enim posse esse
 in minori magnitudine maiorẽ virtutẽ quã
 in maiori, quòd si in minori mole potest esse
 virtus maior, constat esse virtutibus pro-
 priam quãdam magnitudinem: quare prima
 causa possit esse infinita, etsi sit incorporea.
 quin etiã etsi quis poneret esse virtutem in
 corpore finitõ, possit intelligi extensione,
 hoc est, secundũ magnitudinẽ subiecti fini-
 ta, intentione autẽ siue propria magnitudi-
 ne infinita. Quo enim argumẽto probat Ari-
 st. nõ posse virtutem infinitam esse in ma-
 gnitudine finita? quia (inquit) moueret in
 nõ tẽpore. Auctò hoc non fit si quis ponat
 virtutẽ illam esse liberã, & pro arbitrio mo-
 uentem. Posse autẽ virtutẽ corpoream mo-
 uere liberã, ac nõ vlt; ad vltimũ potentia,
 indicat vis mouendi, quã animalibus inest,
 non ergo monstratũ latet est nõ posse virtu-
 tẽ infinitã esse in magnitudine finita: intel-
 ligentia potest sine repugnantia, aut ab-
 surdo. Quòd si ponatur, dicendũ est virtutẽ
 illã infinitã æqualiter toti magnitudini ines-
 se, ita vt in quavis parte infinita sit, aut si in
 qua parte sit finita toti tamẽ inesse in qua
 licet, ita vt alicui parti infinita inest: nam ali-
 ter nõ poterit in toto infinita esse, cum tota
 magnitudo finita esse ponatur. Igitur etsi cõ-

cedam? Arist. intellexisse primã causam esse
 infinitã, tamẽ hac ratione non potest mon-
 strari eã non habere magnitudinẽ, cum in-
 telligi possit virtus infinita in magnitudine
 finita. Posset sanè Arist. iuxta sua placita ali-
 quẽ multo melius principiũ capere ad mon-
 strandũ primã causam esse incorpoream:
 posuerat enim, id quod verissimũ etiam est
 (quanquã, vt diximus, ne hoc quidẽ satis in
 hac Philosophiẽ parte cõfirmetur) eam esse
 immobilẽ: quare cum motus cõmunis passio
 corporũ omninũ sit, nõ poterit substantia im-
 mobilis corporea esse. Nã si esset corporea,
 posset loco contineri: quare quantumuis om-
 nialio motu immobilis esse intelligitur,
 loco tamẽ moueri poterit: quare ergo omni-
 no est immobile, corporeũ esse non potest.
 Hac ratione (arbitror) firmior mōstratio in
 diuisibilitatis primẽ causẽ fit. Et nos aliã mō-
 strationem indiuisibilitatis primã causẽ ex
 eius simplicitate in fine quinti capitis scri-
 psimus, monstrãtes simul incorporeã & im-
 mobilem esse. Infinitã quidẽ esse Arist. nun-
 quam arbitror concessisset, nos tamen, qui
 affirmamus, non censemus argumentum illo
 ab æterno motu, & qui infinito tẽpore du-
 ret, confirmari, quia cùm sit causa incorpo-
 rea immobilis, ac proinde in defatigabilis,
 nõ est maioris virtutis, magno q̃ paruo, infi-
 nitoq; finito tẽpore mouere. Sed summa ra-
 tio ex rerũ orũ, quas sine causa necessaria,
 hoc est, siue materia à prima causa aliquãdo
 factas esse, monstrauimus ca. i. huius octauĩ,
 capitũ. Nam infinita operã est sine omni
 materia quippiã agere, maior enim est om-
 ni finita actione: quare in finita est virtu-
 tis, quod Arist. assequi nõ potuit, neq; alius
 quiquã antiquorũ Philosophorũ, cum ge-
 nerationẽ sine causa necessaria nullũ illorũ
 cõcessisset sciamus. Verũm si infinitẽ virtutis
 est prima causa, cõstat eã liberã esse: nã vi-
 demus actiones quasdam illius finitas, finitas
 enim operẽ est cœlestis quãdam celeritate mou-
 re, virtutis autẽ in finitẽ actiones omnes in
 finitas esse oportebat, nisi libera esset: est ergo
 prima causa impers, immobilis, infinita,
 et libera, præterq; horũ omninũ Philosophia
 mōstratõne, etsi nõnulla horũ Arist. negauerit,
 & alia nõ satis mōstrare valuerit, vsq; ad
 non idem est omni in re Philosophia &
 quod placet Arist. sed venio ad reliqua.

¶ De his autem, quæ feruntur, bene ha-
 bet dubitare quandam dubitationem
 priã

primus. Si enim omne quod mouetur mouetur ab aliquo, quacunq; nō ipsa seipsa mouēt, quomodo mouetur quēdā cōtinēter nō admoto eo quod moueat, vt quae impelluntur. Si autem simul mouet & aliud quiddā qui mouit, vt aērē, qui cūm mouetur mouet, eodē modo impossibile est primo nō admoto, neque mouēte moueri, sed simul omnia & moueri, & quiescere, cūm primum mouēs quiescerit, et si facit, vt lapis, velut mouere qui mouit. Necessē est igitur hoc dicere, primum mouēs facere, vt mouere, aut aērē hunc, aut a quam, aut aliud aliquid tale, quod naturum est mouere, & moueri. Sed non simul cessat quod mouet, & quod mouetur, sed quod mouetur quidem simul, cūm id quod mouet cessauerit mouere, mouens autem adhuc est: qua propter mouebit aliquid aliud proximum, & in hoc eadem ratio. Cessat autem cūm minor virtus facta sit in proximo, quā vt moueat. Tandem autem cessat, cūm non amplius fecerit primum mouens, sed quod mouetur solum. Haec autem necessē est simul cessare, illud quiddē mouere, hoc autem moueri, & totum motū. Sic igitur in his, quae possunt nunc moueri, nunc quiescere, sit motus, & non continuus, sed videtur, aut enim deinceps existentium, aut tangentium, est: non enim vnū est quod mouet, sed proxima inuicem sunt, quae propter & in aère, & in aqua sit idē motus, quē dicunt quidam antiperistasma esse. Impossibile est autem aliter soluere dabitur, quam dicto modo. Antiperista-

sis autē simul omnia facit moueri, & mouere, quare & quiescere.

¶ Cūm antea disputatū multis sit quod mouetur, moueri ab alio, praeter ea quae mouetur à seipsis, tamē superest obiectio quaedā difficilis. Nō enim videtur qua ratione possint moueri, ea quae proiciuntur: nā dictū est antea, id quod mouet debere esse proximū, ei quod mouetur; & id quod mouet, moueri vltique ad primā causam, quae mouet, & nō mouetur. Cūm ergo homo proicit lapidē, nō videtur à quo feratur in lapis, nō enim à seipso, neq; verō videtur ab homine proiciēte ferri, siquidē hic, ex quo lapidem expulit, neq; proximus illi est, neq; iā mouetur, quin etiā fieri possit, vt mortuus sit, antequā lapis moueri cesseret. Hāc quaestionem proponit Arist. modō, vt id quod deesse videtur disputationi superiori addat, simulq; ex respōsione accipiat occasione cōfirmādi rursum ea quae de prima mouēdi causa affirmant. Rogat ergo quomodo mouētur quēdā cōtinēter nō admoto eo quod moueat, vt quae impelluntur, atqui quati velint difficultatē quaestionis magis explicare, obicit rursum aduersus ea quae vidētur posse responderi. Si autē (inquit) dicas, id quod proicit nō mouere per se primō rē quae proicitur, sed impellēs aliā, quae illā impellat, vt aērē, quae cūm mouet moueat rē quae proicitur, hoc quoq; modo vidēt esse impossibile, quia in his, quae mouēt, & mouētur, & quodā ordine posita sunt, nihil potest moueri primo nō admoto, aut nō mouēte. Cessante enim eo quod primō mouet, cessant quae sequuntur: non possent ergo, si ita fieret, moueri id quod proicitur, cūm cessasset mouere id quod proicitur, quod tamē fieri videmus. At qui idē argumentū (inquit) est, si dicas facere lapidē (magnetē intelligit) qui trahit quicquid scens, si (inquā) dicas eadē ratione, quae magnetis, et si quiescat, potest trahere, posse id quod proicit et si quiescat pellere. Nā neq; ea, quae trahuntur à magnete, moueri possunt, si magnetis cessat mouere, neque ergo quod proicitur possit moueri, si proiciēs cesserit proicere. Sed quo modo possit proicere nō tangens igitur (colligit, quā cōflet esse vtrā respōsionē) necessē est dicere primum, mouens, hoc est, id quod proicit, facere aliqd cūm proicit, id verō esse mouere: ērē, aut aquā, aut quicquid aliud sibi proximū est.

est, & natū est mouere & moueri, quodq; mouetur à primo, & mouet id quod sequitur, tamē non simul cessat moueri id quod mouetur, & quod mouet, nam quod mouet cessat, cum id quod mouet cessat mouere, non cessat autē simul mouere & moueri, sed prius cessat moueri q̄ mouere: nā quod primū mouet, statim ac occupauit locū proximū, cessat moueri, mouet tamē adhuc, id quod pulsū loco, in aliū pellitur, atque cum uenit in proximū, cessat hoc, & quod sequitur mouetur, atq; in sequēs minor impulsio fit semper, quā in id quod antecessit: tunc ergo cessat motus, cum in proximū minor virtus facta sit, q̄ vt moueat, atq; tunc tandē cessat primū mouēs mouere, & solū illud mouet, quod mouetur, estq; proximū vltimo quod mouetur, & nō mouet. Hunc ergo motū dicit fieri in his reb⁹, quæ possunt nunc moueri, nūc quiescere, quem quidē dicit nō esse continuū, & vnū, etsi videatur cōtinuū esse, sed reuera dicit esse motum rerū, quæ postea sunt deinceps ordine quodā alia post alias, aut tangentiū se mutuo. Nam quod mouet nō est vnū, quod cōtineatur ad motū sit ei quod inouetur, & illud cōtinenter mouet, sed sunt multa momenta sibi inuicē proxima. Quapropter & in aëre, & in aqua fieri potest idē motus, puta proiectio, potest enim lapis partim per aquā, partim per aërem proici. His dictis refutat rursum alia sententiam de causa projectionis, quā lib. quarto tetigerat. Quidā (inquit) dicunt projectionē antiperistasis fieri, hoc est, per eā obstitentiā quā facit, id quod scinditur mediū mediū enim aërem sectioni, & pulsioni suæ obstitere, & pulsū suo loco deinceps in locū eius à quo pellitur succedere, & illud pellere rursū. Verūm non probat hanc sententiā Arist. primū quia impossibilis esse dicit, dubitatur aliter solueri, q̄ dicto modo, deinde quia illa antiperistasis simul facit moueri oīa, hoc est proiecta, & proiciētia, velut lapidē occupare locū aëris, & aëre nō detur vacuū occupare locū lapidis, sed si hoc ita esset, non posset hic mot⁹ durare, sed contingeret quiescere statim ac res proiecta, & prima pars aëris se mutuo locis expulissent. hac Ari. In primis cum Arist. negat projectionē esse continuū motū, ne intellige eum affirmare esse motū intercessum, sed esse multas motiones ordine positas, siue cōtingentes se inuicē, nō quod ut impātur quietibus, sed q̄ à multis alter

mutim mouētibus causis fiat: Quamquā ego quidē nō solum puto quod proicitur sine motu intercessione moueri, sed ab vno etiā mouete cōtinenter. Nō enim omnino probō hanc projectionis causam, quā Arist. excoGITauit, velut neq; ab alio quopiam Philosphorū huius seculi probari video, sed potius cōfiteor, quod & alii omnes, impetū quēdā imprimi in id quod proicitur ab eo quod proicit, quo quantūper durat, moueri potest etiā absente, etiam mortuo eo qui proiecit, estq; nihilomin⁹ id quod mouet, ei qd mouetur, proximū, physice scilicet, & per impressā vim. Nā quā ratione mouēs ego manū meā, & trūdēs lapidē, mouere possum aëris multas, & satis à me remotas aëris partes, alias per alias, satis aperit dicit Arist. sed qua causā harū omnium motū proicitur lapidis prosequatur, nō dicit. Nā si quis lapidē aquā cōmouens, multas vndas cietat ferre quodā, neq; lapis, neq; aliud quidpiā eas omnes vndas peruadit. Neq; profectō ex hac partū p partes motione potest integra projectionis causa prodire, nisi adiūgatur vacuū, aut antiperistasis, quæ ipse Arist. refutaui: quare melius sit his misis de projectione sentire, vt alii. Verūm lubet hoc loco addere quēdā, quæ videntur superiori disputationi deesse. Qui cōtendūt corpora inanimata moueri à generāte, cum quispā vtget dicens causam generantē nō esse proximā, vt moueri possit, ac fortasse ne esse quidē iā omnino, si quidē possit esse corrupta, respondent petinde accidere, atq; in projectione. nimirū reliquissē causam vim quādā, aut impetū, quonūc etiā abiens, aut corrupta moueat. Ceterū si quis rectē cōsideret, res est longē diuersa: nā quod ab alio accipit impetū, velut qd proicitur, eatenus ab illo mouetur, quatenus durat impet⁹, & impetus quidē, nō amplius durat q̄ motus, statim enim ac quiescere coacta, aut repercussa res est, cessat moueri, ab eo qui proiecit primū. Quo pacto ergo possit lapis, qui si ita res ferat, quieuit viginti annos, nūc actū eo impetu, quē à generāte accepit, ruere? Sed de horū motu satis multa dicta sunt, redeo ad projectionē. Videtur nō omnino esse verum, quod nuper imediximus, eatenus solū durare impetum quatenus ille primus motus, sed posse etiā cōtrariis motib⁹, eodē impetu rem proiciētā ferri, nā cum quidpiā proiectū in rē quāpiā durā, resilit, impetu eodē, quo proiecta est, videtur resillire, quia tāto celer⁹ resilit, quā

Causa pra
iellens.

eo vehementius periculis quibus quod eadem vi fieri, qua ipsa proicitur, oportet videretur in ea re. Atque quod non cessent ab ipso proicienda moveri etiam eam resiliit, esseque non velut duos motus, sed velut unum reflexum, atque ita esse eundem imperium, cum super eadem linea, aut ferre à contrariis in contraria fiat, non possunt non esse duo contrarii motus: id autem imperium non potest in contraria ferre, omnis enim in aliqua parte mouendi impetus, in contraria ferretur et pugnat. proinde ego aliter censeo. Res ipsa, ex qua quidpiam resiliit, mouet eam, que resiliit quia quod proicitur impellit eam, in qua incidit, atque qui pellit repellitur, nam omne, quod pellit, repellitur, atque quia quanto vehementius pellit, tanto vehementius repellitur, & quanto durior est res, tanto plus potest repellere, sit ut tanto celerius resiliat quiduis, quanto vehementius repulsum est, & quanto in eam durior incidit. Itaque primum imperium tribuit qui proicit, secundum res, que repellit. quod si addas, omne quod mouet moueri iuxta Arist. placita, parietem ergo quiescentem non posse pilam repellere, fortasse possis respondere, omnia que pulsantur insensibiliter moueri. Sin omnino hoc displicet, dic parietem, quia pulsatur, pati, atque quoniam patitur resistere, resistit et autem repellendo non resistenti omnem actionem quadam fieri. Ceterum motum stratum atque ita non omnino necesse esse moueri loco, quod proiciat, sed quodammodo moueri, pati scilicet pulsationem.

¶ Nunc autem videtur vnum aliquid moueri continenter, ab aliquo ergo, non enim à seipso. Quoniam autem in rebus necesse est semper motum esse continuum, is autem vnus est, necesse est hunc vnum & alicuius magnitudinis esse (non enim mouetur quod caret magnitudine) & vnus ab vno (non enim erit continuus) sed proximus alter alteri, & diuisus: quod ergo mouet, si vnum, aut mouetur, cum mouet, aut immobile est, si mouetur quidem, assequi ipsum necesse est, & mutari, simul autem ab aliquo moueri: quare quiescet, & veniet in motum ab immobili: hoc enim non necesse

est simul mutari, sed semper poterit moueri aliquid, nam sine labore est ita mouere, & ipsa motus equalis, aut solus, aut precipue: non enim habet mutationem aliquam, id quod mouet. Oportet autem neque id, quod mouetur, ad illud habere mutationem, ut similis sit motus: ne resse est autem in medio, aut in circulo esse, hæc enim sunt principia: sed celerrime mouetur que proxima sunt momenti: huiusmodi autem motus, qui in circulo, ibi ergo est quod mouet. Habet autem dubitationem, an contingat aliquid, quod mouearur, mouere continenter, an non, ut quod impellit rursus, ac rursus, & quod deinceps esse continuum. Aus enim ipsum oportet pellere, aut trahere, aut vtrunque, aut aliud aliquid accipiens aliud ab alio, ut nuper dictum est in his, que proiciuntur. Si igitur diuisibilis existens aer, aut aqua, mouet, sed ut semper motus, vtroque autem modo non potest vnus esse sed proximus: solus ergo continuus, quem mouet quod immobile, semper enim eodem modo habens, & ad id quod mouetur, eodem modo habebit, & continenter. Definitis autem his, constat impossibile esse primum mouens, & immobile habere magnitudinem: si enim magnitudinem habet, necesse est aut finitam eam esse, aut infinitam, infinitam ergo non posse esse magnitudinem monstratum est: prius in physicis. quod autem finitam, non potest habere infinitam potentiam, & impossibile esse à finito moueri aliquid infinitum tempus monstratum est nunc. Primum

*ergo mouens perpetuum mouet motu,
& infinitum tempus manifestum igi-
tur indiuisibile esse, & sine partibus,
& nullam habens magnitudinem.*

¶ Cūm dixerit de causa & ratione proiectio-
nis, redi nunc ad institutum, ad probandū
(inquam) primam mouendi causam esse in
corpoream, quod ut probet accipit multa,
quæ demonstrata antea sunt, ita ut sit cūm
disputatio quæ uis futiā proxima est. Dixit
quæ proiectiuntur non moueri cōtinenter,
nunc autē inquit uidetur vnum aliquid
moueri cōtinenter (hoc dicit de primo mobi-
li) ab aliquo ergo mouebitur, non enim ad
seipso, si quidem monstratū est antea omne
quod mouetur moueri ab aliquo. Quoniam
autem in rebus necesse est semper esse con-
tinuum motum, is autem motus qui est cō-
tinuus, est vnus, necesse est eū esse ita vnū,
ut sit alicuius magnitudinis, hoc est corpo-
ris alicuius (nam quod magnitudine caret
non potest moueri) & vnus corporis, & ab
vno mouente, reliqua omnia sunt monstra-
ta prius: illud vnū probat modo, ut sit vnus
cōtinuus motus opus esse, ut sit ab vno mo-
uente. Non enim (inquit) erit continuus, si
a multis mouentibus fiat, sed proximus al-
ter alteri, & diuisus, velut de projectione di-
ctū est nuper in me. Illud ergo quod ita mo-
uetur (hoc dicit de prima mouendi causa) aut
mouetur cūm mouet, aut immobilitate est: si
mouetur, duo contingent, primū ut asse-
quatur aliquando terminum ad quem, alter-
um ut mutetur, & ab alio moueatur. Ex pri-
mo rursus fiet, ut quiescat, tūc scilicet cūm
assequatur unum finem, quare cessabit etiam
mouere, & non erit motus continuus &
æternus. Ex altero rursus fiet, ut tandem per-
ueniatur in aliquid, quod moueat & nō mo-
ueatur: nam aliter ibitur in infinita. Igitur il-
lud primū necesse est esse immobile: hoc
enim (inquit) nō est necesse simul mutari,
hoc est mutationem aliquam in seipso reci-
pere, sed erit immutabile, sed cūm semper
eodem modo habeat, neque mutetur, semper
poterit ab eo moueri aliquid. Neque coges-
tur motū aliquod inmittere aut remitte-
re: quia ita mouere sine labore est, hoc est,
quod dū mouet mouetur, defatigatur mo-
uendo, tamē quod non mouetur, etiam mo-
ueat, non defatigatur: cūm ergo id quod ita

mouet non defatigetur, ille primus motus
æqualis erit, aut solus, aut omnium maxime,
non enim habet mutationem aliquam id
quod mouet. Oportet autem (inquit) neque
id quod mouetur ad illud habere mutatio-
nem, ut motus æqualis fiat, hoc est, id quod
mouetur eodem modo habere ad id quod mo-
uet, id quod ipserico corpori maxime con-
tingit, quia est secundū se totum sui simile,
cuiusmodi est totus tertiū globus. Probat de-
inde in celo maxime esse primū motorem
hoc argumento. Necesse est primū motorem
esse in medio rerum, hoc est in cætro aut in
circulo, hoc est in celo: nā hec sunt princi-
pia toti orbis (ille ponit necessitatē causam
primā esse in cætro aut celo, quia necessariū
rerū motus incipit hinc aut illinc, nō quod
loco cōtineri putet, cūm sine magnitudine
esse cōtendat) sed verisimile est illa esse pro-
xima mouenti primo, quorū celeritudo est
motus, huiusmodi autē motus est in circulo,
nimirum cætrum primū omni alia re cele-
rius mouetur: ubi ergo est quod primū mo-
uet. Sed rediens ad institutū, est inquit du-
bium, an possit aliquid eorū que cūm mo-
uent mouentur etiā, mouere cōtinenter, an
nū: velut quod impellit rursus ac rursus,
ut dictū est fieri impulsionē, & an possit id
quod est deinceps esse etiā continuum non
enim potest quod mouetur dum mouet, ali-
ter mouere quā motiunculis aliis post alias de-
inceps succedentibus. Nā quod ita mouet,
aut pellit, aut trahit, aut utrunque facit, acci-
piens aliquid ab alio, hoc est trahens,
aut pellens aliud per aliud, ut nuper dictum
est in his que proiectiuntur (hoc loco aperte
intelliges Arist. ad duas habet tractionē, & pul-
sionem redigere omnes species lationū) si
igitur (inquit) aqua si per eam aut aer si per
eum sit projectio mouet, ut diuisibilis exi-
stens, sed tamē mouet ut semper motus, ni-
mirū potest aliquid mouere ut diuisibile, ta-
men aut ut nō semper motū, aut ut semper
motum, velut si pars aeris impellat partem,
& antequā moueatur secunda cesset prima,
& antequā tertia cesset secunda, & ita deinceps,
mouebit aer ut diuisibilis, & non semper
cōtinenterque; motus, tamē si nō ita fiat,
sed prius exordietur motū tensens pars, quæ
sedata sit prior, mouebit ut diuisibilis quia
per partes, sed ut semper motus, quia nun-
quā facit mouendi intermissio. Vtroque
autem modo non potest motus esse vnus,
quia nō semper ab vno, sed proximo. Ergo
(colligit)

(colligit) solus ille est continuus motus (ad vocat autem continuam quia non interuallus, sed continuo vult idē & continuus) que mouet id quod immobile est. nam hoc semper eodem modo habens, & ad id quod mouetur eodem modo habebit, & mouebit continenter. hoc quidem pati solum motum primum qui à mouente immobili sit posse esse continuum modo dicto, ex Aristotele sententia de ratione projectionis optime colligitur: tamen ex comuni sententia de impello impetu, quā sequuti sumus, nō potest colligi: nihil enim ita prohibet projectionē esse continuam motū, cum sit perpetuus & eiusdem & ab eodem. His omnibus definitis tandem colligit Arist. quod presenti cap. proposuit. Definitis autem (inquit) his constat, non posse primum mouens & immobile habere magnitudinem. Nam si habebit magnitudinē, aut ea erit finita, aut infinita: nullam magnitudinem infinitam esse posse demonstratum est prius in physicis (vocat physica libros priores qui de principiis nature & de natura scripti sunt) fini

ta autem non potest habere virtutem infinitam, habere ergo finitam, quod autem finitam potentiam habet non posse infinita tempore mouere monstratum est nunc. Cum ergo primum mouens moueat continuum motum & infinitum tempus; manifestum est ipsum indiuisibile esse, & sine partibus, & nullam habes magnitudinem. Quia (dicit qui imponunt Arist. sententiā de infinita Dei virtute) magnitudine carēs habebit potentiam infinitam, & infinitum tempus mouere poterit. Ego verò, qui nihil infinitum Arist. somniasse antea indicaui, dico, quia magnitudine cum careat, neque infinitam, neque finitam potentiam habebit, & immobilis mouebit: quare sine de fatigatione, ac proinde infinitum tempus mouere poterit. Dico autem hæc, absit vt ex mea sententia, sed ex sententia Aristot. quem quia Dei oracula non audiuit eius infinita virtus lauit. Verum hæc quo argumento firmissimo suaderi possit, antea diximus hoc ipso libro. Gratia & honor ipsi stabili veritati, quæ suggestit. Amen.

Compluti
Excudebat Andreas ab Angulo.

1562.